


de iurisdictione  
et potestate  
episcopalis  
in rebus  
secularibus  
et in personis  
laicis  
et in  
iudiciis  
et in  
coercitione  
et in  
coactione  
et in  
coercitione  
et in  
coactione

M A  
1-294



84



~~87~~

Biblioteca Universitaria  
 GRANADA  
 Sala AA  
 Num. 1  
 Precio 2.94

3-3-282

1  
 5-235

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
 GRANADA

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19



~~27~~

3-3-282

Biblioteca Universitaria  
 CANADA  
 Sala AAA  
 Mesa 61  
 No. 294

No. 1  
 5-235

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
 CANADA



TRACTATUS

De

R. 1486

*Libera*

# IVRISDICTIONE ORDINARIII IN EXEMPTOS,

DEQUE ILLORVM EXEMPTIONE AB  
ORDINARIA IVRISDICTIONE:

MVLTVS PONTIFICVM DECRETIS

*Congregationum S. R. E. Cardinalium Declarationibus*

*illustratus.*

IN IVDICIO FORENSI OPIDO QVAM VTILIS

ac frequens.

CVM GEMINO INDICE: VNO QVAESTIONVM; ALTERO

*Rerum ac Materialium copiosissimo.*

*De Regio de la Camp ad de Nos. de Granada*

SER,<sup>moni</sup> ET ILL.<sup>moni</sup> PRINCIPEM FERDINANDVM

Electorem Colonien. Episcopum ac Principem Leodien.

Vtriusque Bavariz Ducem, &c.

*Auctore*

ERASMO A CHOCKIER IVRISCONSULTO LEODIEN,



*B.*



COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud IOANNEM KINCKIVM ad interfigne Monocroci

ANNO M. DC. XX.



SERENISSIMO AC REVE-  
RENDISSIMO PRINCIPI  
FERDINANDO

ARCHIEPISCOPO ET ELECTORI  
COLONIENSI, S. R. IMPERII PER ITALIAM  
ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI, EPI-  
SCOPO LEODIENSI, HILDESHEIMIENSI, MONASTERIENSI, PADER-  
BORNENSI, Administratori Stabulensi & Berchtesgadenfi: Comiti Palatino Rheni,  
vtriusque Bavariz, VVestphaliz, Angariz, & Bullonij Ducis,  
Marchioni Franchimontensi, Comiti Loffensi, Longiensi,  
Hornensi, &c.

Domino suo Clementissimo.



*Perosum & molestia plenum est, Serenissime Princeps, ea tractare, examinare, styloque committere, qua doctorum virorum oculis ac censura subijcienda sunt. Vt enim suus cuique sensus est; sic difficile est, ita ad gustu cuiusque sua adaptare, ut cuiusvis palato grata sint, qua litteris & posteritati publice commendantur. Idcirco adsolent qui lucubrationes & studia sua extra hominum liuorem esse optant, patronum sibi deligere, cuius auspiciis & auctoritate aduersus Aristarchos iniquosque censors, tueri sese possint. Qui igitur, Serenissi. Princeps, Tractatum hunc de Ordinaria in Exemptos, deque illorum Exemptione ab Ordinaria Iurisdictione succisuis licet horis, no sine magno labore discesseram benignus mihi mox adspectus Celsit. Vestra occurrit, utpote cuius authoritas talis est, & tanta, ut ex facili vel primo nominis auditu conticescant maledici; cuius virtutes tanta & rara, ut auitis nequaquam concedant. O beatam sobolem & bono publico natam, ut qua calistes illas & heroicas progenitorum suorum virtutes ita grauiter affecuta est, adeoque probe assimilauit & expressit, ut vera prorsus & animata illorum imago videatur. Quae enim in Alberto Bavariae Duce cognomento Sapiente Ab. uo Celsit. Vestra integritas & Principibus laudata moderatio, in Proauo G. I. helmo constantia & incredibilis animi magnitudo, in Auo Alberto singularis clementia, denique in huius filio parente eiusdem Cels. Vestr. omnibus spectata pietas, numerisque omnibus perfecta, & eminentis prudentia notata est.*



est, eam nunc virtutes velut micantia quadam sidera Serenitatem Vestram irradiant & illustrent. Quae sane virtutes deriuasse videntur ab Henrico I. huius nominis Imperatore, Bauarorum Duce, qui ob eminentes animi dotes dignus inuectus est, cui post Othone[m] 3. Imperij habena committerentur. Cui enim antea Iure hereditario deferretur Imperium, ut animaduersum in filiis & stirpe Caroli Magni, & Gregorius Papa V. atque Germani Principes, deprehenderent non semper heroum filios heroes esse, operum pretium existimarunt, ut deinceps per electionem Imperator Romanus assumeretur; cumque plerique ut assolet Imperium post obitum Othonis 3. prensarent, ambirentque; viuis ille Henricus Bauarus maximè idoneus repertus est qui ceteris omnibus praeferretur. Is itaque Anno salutifero 1003. à Benedicto VIII. Papa coronatus octo annis imperauit, quibus tamen nondum exactis, Saracenos magna vi & impressione Italiam impressos profligauit, aliaque tum duce tum bello laudabilia gessit, quae longum sit recensere. Atque istis quidem eximiis & raris virtutibus nituerunt maiores, Mi Sereniss. Princeps, ast super tot praeclaras, eximias, notabilesque virtutes, alia in Seren. Vestra maximè eminet, mira in literatos benignitas & innatus affectus, ita quidem ut natura ad hanc unam Cels. Vestram fecisse, studium exercuisse bonum publicum seruasse videatur. Atque ista eximia quidem & rara animi dotes melioribus disciplinis cesso tanquam elegantissimo ornata, eam de Celsitud. Vestra omnibus concitarunt opinionem, ut vel viuo patruo ERNESTO, atque etiam eo optante & lubente Praesul & Princeps Leodiensium, Electorque Imperij, sed & multarum aliarum gentium, Praesul & Princeps designareris. Ut sane ingrati merito damner, si optimo illo ERNESTO Principe non ita diuè viuis sublato, & Vestra Seren. in locum eius uno omnium ore & consensu suffecta, vnus ego ingrato, inuoluam silentio tot insignes animi dotes, tantam, ut sic dicam virtutum omnium encyclopediam: cuius quidem nunc affecti admiratione non adulatione vana adducti. Quot quot sumus ipsius ciues Seren. Vestram tanquam Palladium felicitatis nostra suspicimus, Patremque etiã Patria illa indiget amus. Haec igitur causa animum meum induxerunt, ut lucubrationes, istas Augusto Seren. Vestrae nomini humiliter inscribendas iudicarem; ut etiam sicut Pelluminatus vnio ab encausto pretiosior reddi solet, sic nostra vigilia à sui nominis splendore atque amplitudine lumen accipiant & commendationem. Nec me deterruit operis materia, quae fortasse nonnullis fronte prima, ordinariorum Iurisdictionem non nihil eleuare videatur, nam cum tempore primitiuae Ecclesiae Iurisdictione

omnis

omnis non tam Apostolis quam illorum principi Petro tributam legatur à Christo Domino, iniurium minus videri debet, si certis ex causis, Pontifices Petri successores, nonnullas personas iure Clericalis tituli audientes à Iurisdictione ordinariorum quadantenus exemerint. Vnde progressu temporis factum est, ut ius istud Exemptionum longe lateque per ipsum orbem, qui Pontificum Romanorum religione institutisque regitur, diffusum receptumque sit, ut nullum prope Collegium quae regularium, quae secularium inueniamus, quin Exemptionem aliquam praeferat, eamque totis ingenij neruis defendat atque tueatur, ac quia plerumque hac atate de huiusmodi Exemptionum iure, deque litibus quae enascuntur circa iudicia dirimendis atque terminandis, siue etiam de modis quibus Exemptiones acquiruntur finiuntur, amittuntur, controuertitur, imo etiam quod permultis variisque in casibus exempti subijciantur potestati ordinariae, quos ego sigillatim in operis discursu percensui. hinc non mediocriter me de ordinariis meritum esse, tantum abest, ut in inuidiam apud illos vocatum me existimem dum quam potestatem in exemptos habeant, quidue illis per Iura Canonica tribuatur sigillatim & plena manu pertracto. Neque enim ita Pontifices sua tenaces Iurisdictionis fuisse credendum est, ut de iure ordinariorum contra quam par fuit quicquam delibatum voluerint: cum aperte testetur D. Gregorius Papa, Si sua vnique Episcopo Iurisdictione non seruetur, quid aliud agitur, nisi ut per nos per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet, confundatur. Quinimo cum exemptiones à Iurisdictione ordinarie, Ecclesiae plerumque tranquillitatem interturbet, praebeantque exemptis plerumque ansam vitæ laxioris (ut testatur late B. Bernardus ad Eugenium, & diuersis in locis S. Oecumenicum Concilium Tridentinum) Curae pretium existimarunt S. Praesules, si exemptos nonnunquam ordinariorum Iurisdictioni subijcerent, hanc itaque ordinariorum Iurisdictionem plusculis in locis illustrauimus quemadmodum horum lectione Commentariorum ex facili patebit. Quam elucubrationem Princeps Sereniss. Domine Clementissime, ut equi bonique Vest. Seren. consulat, enixe rogo, itaque à me accipiat ut sit mea humilima in Celsit. Vestr. obseruantia perpetuum monumentum: eandem ut Deus Opt. Max. felicem in terris beatam in caelis faciat, meum est & bonorum omnium frequens votum. Datum Leodio 6. Aprilis, Anno 1620.

SER.<sup>ma</sup> CELSITVD. VESTRAE

Deuotissimus seruus

ERASMVVS A CHOKIER IC. LEODIEN.



## AD LECTOREM.



**S**tudij & componendi huius Tractatus LECTOR occasionē mihi dedit frequens illius in omni foro occurfus. Tota enim Europa, quæ Catholicam agnoscit religionem, abundat Religiosorum familiis, Canoniorum Collegiis, aliis denique personis, quæ diuersis Exemptionū priuilegiis, Iurisdictionem Ordinariam quadamtenus eleuant. Sed & forum Iurisdictione ordinaria secularis non paucas agnoscit exemptiones. Quis enim in Imperio nescit Austregas? in aulis Principum aulicos? Deniq; apud Monarchas & in togata armataq; militia varios esse Ordines qui ordinariæ Iurisdictioni laicæ, (cui alioqui immediatè subessent) iugum non submitunt? hinc varij olim & adhuc quotidie vtroque in foro casus exurrexerunt, quorum decisio eò difficilior adhuc visa fuit, quòd hactenus nemo quisquam fuerit, qui hanc materiam per iura vtriusque Scholæ Doctorumque nostrorum hypomnemata dispersam in ordinem & vnum veluti fascem studiosè collegerit. Id cum successiuis pro re nata temporibus & casibus in celebri præsertim Leodiensium foro enascentibus non vna pertica, vt dicitur, sed distinctè sigillatim tractassem, complacuisseque, deterruit me nihilominus ab editione plebeius ille & rudis sermo, quo nostri rerum forensium periti vtuntur, quorum vestigia sequi me par fuit, ne cacozelus solus inter tot in affectatè loquentes viderer. Quanquam sanè, *non opus est verbis, vt inquit Cicero, dum res cuius causa verba quesita sunt intelligatur.* Itaq; satis sit non incidere in Censuram, de qua Horatius:

*Reprehendite quod non*

*Multa manus & multa litura coercuit, & quod*

*Perfectum decies non castigauit ad unguem.*

Sed enim hunc laborem nostrum furtiuus, vt dixi, horis susceptum, æquum & bonum Lectorem, cui vt autumo vsui ille nonnunquam crit, boni consulturum puto, præsertim cum non careat multis diuersisque casibus, iam ab ipsis viginti & amplius annis in Dicasterio Leodiensi sub æquissimis integerrimisque Officialibus Ioanne Dullardo & Ægidio de Glen à me non indiligenter obseruatis. Si quid porro, *benigne Lector*, obscurius dictum aut omissum reperias, suppletum id habet is

## AD LECTOREM.

id habebis in Scholiis meis *ad Constitutionem Concilij Lateranensis*, hæc exemptiones modificantem, quæ post paullo Deo iuuante vulgabuntur. Interea, si qui sint qui studium hoc meum subsannent, non sum æquior Bartholo, acutior Baldo, tersior Fulgoso, purior Alciato, clarior Paulo, & Sazio, quos tamen omnes optimè alioqui de vtroque iure meritos, quis non videat ab leguleis & indoctis quibusdam Libriperdis reprehendi atque vellicari?

Itaque,

*Qui velit inuideat, seque hoc mærore fatiget:*

Tu verò quisquis es, *benigne Lector*, hoc opere tibi, vt spero, compendioso, vt ere, ac foeliciter vale.

INDEX



# TRACTATVS DE IV- RISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS DEQVE ILLORVM exemptione.

## PARS PRIMA

- C** Concernens originem, diffinitionem & generales exemptionum causas.
1. Quid sit exemptio, & vnde illius origo.
  2. Qualiter diuidatur.
  3. Quis possit eximere.
  4. Ius exemptionum an sit fauorabile vel odiosum.
  5. Dispositione generali an comprehendantur exempti.
  6. Exemptio an praescribatur.
  7. An sit necessaria scriptura ad exemptionem.
  8. Exemptio an & qualiter probanda.
  9. Quibus verbis concessa probetur exemptio.
  10. Censur solutio an arguat exemptionem.
  11. An valeat exemptio non inserta clausula derogatoria non obstantibus.
  12. In concessione exemptionum an sit necessaria citatio ordinariorum.
  13. Exemptio concessa simpliciter an eximat vniuersaliter.
  14. In exemptione suarum Ecclesiarum quam comprehendantur.
  15. Quid sit lex diocesana, & lex iurisdictionis.
  16. Monasteria an sint exempta.
  17. Sintne aliqui ordines exempti.
  18. Protobonarij apostolici an sint exempti.
  19. An oblati religionibus exempti.
  20. Apostata religionis exempti an retineant privilegium.
  21. Ordinati a Papa an sint exempti.
  22. An beneficiati per Praelatos exemptos.
  23. Exemptis canonicis an capitulum exemptum, & exempto capitulo an singuli Canonici.
  24. Quid de canonicis ad effectum.
  25. Exemptus habens ius sibi a priuato cessum an gaudeat exemptione.
  26. Continentia seu communitio causa subditi cum exempto an reddat exemptum & an continentia causa fundet Iurisdictionem Iudicis exemptorum.
  27. Scholares & alia vniuersitatis supposita an sint exempta.
  28. Exemptus a iurisdictione legati an sit exemptus a iurisdictione ordinarij.
  29. Vtrum vidua exempti sit exempta.
  30. An familiares exemptorum sint exempti.
  31. An hospitalia.
  32. Officiales Papa & curiales an exempti.
  33. Hospitalarij, Templarij, Cistercienses an exempti.
  34. Ius exemptionis an cedi possit.
  35. Ecclesia exempta an gaudeat centenaria praescriptione Rom. Ecclesia.
  36. Exemptus adificans in loco non exempto Ecclesiam num acquirat illi exemptionem.

37. Exemptio an augeatur aucto exempto.
  38. Exemptio an extendatur ad futura.
  39. De Conseruatoribus.
  40. An praelati exempti gaudeant privilegio cap. fin. de pœnis.
  41. An Episcopi Archiepiscopi immediate S. Sedi sint subiecti.
  42. An portio exempti accrescat non exemptis.
  43. Exemptis monachorum collis quid nomine cellarum comprehendatur.
  44. Exemptus contra Exemptum an vtai ur privilegio.
  45. An exemptus possit esse arbiter.
  46. An exempti possint esse tutores.
  47. An fideiussores.
  48. An edictum de alienatione Iud. muti caus. fact. vigeat in Exemptis.
  49. An valeat Exemptio surreptitiae obtenta.
  50. An & quatenus Concilium Trident. derogare censetur exemptionibus.
- PARS SECVNDA  
Tractans Iudicialia.
1. **E** piscopus an sedere pro tribunali possit in quouis loco suae diocesis etiam exempto.
  2. Legatus an iurisdictionem habeat in Exemptos.
  3. In impetratione rescripti contra exemptum an facienda sit mentio exemptionis.
  4. Exemptus an conueniri possit ex l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. coram Ordinario.
  5. Exemptus agendo an forum rei coram Ordinario sortiatur.
  6. Exemptus citatus coram Ordinario teneatur comparere & allegare suam exemptionem.
  7. Exemptus a Iurisdictione an eam prorogare possit.
  8. Remissio exempti ad suum Iudicem cuius fiat expensis.
  9. Exemptus an condemnandus in expensis ob non exceptionem sui privilegij.
  10. Exceptio exemptionis an opponi possit post litem contestatam.
  11. Iudices exemptorum an possint prorogari per non exemptos.
  12. An Ordinarius opposita exemptione cognoscat an sibi Iurisdictio competat.
  13. Cuius sit de questione exemptionis cognoscere.
  14. Commissa Ordinario causa exempti an illius Iurisdictio censeatur excitata ve delegata.
  15. Exemptus an privilegio gaudeat antequam illius habeat notitiam.
  16. Quid si pendente lite coram Ordinario concedatur exemptio.
  17. Exemptio si pendente lite reuocetur an illis ad Ordinarium reuertetur.
  18. Instantia cepta contra exemptum an transeat in illius heredem non exemptum.
  19. Quid e contra an instantia contra non exemptum coram Ordinario inchoata transeat in illius heredem exemptum.
  20. Inuentarium bonorum exempti coram quo Iudice faciendum.
  21. Finita exemptione an conueniri quis possit coram Ordinario de gestis tempore exemptionis.
  22. An ab exempto agente coram Ordinario reus exigere possit cautionem.
  23. Qualiter in Iudicio probari debeat exemptio. \* \*
24. Exem-



24. Exemplaria exemptionum qualiter authenticentur.
25. Pendente lite super exemptione an exemptus aduersus Ordinarium in possessione exemptionis manutenendus.
26. Libellus seu articuli in causa exemptionis quales esse debeant.
27. Priuilegium exemptionis an totum, an uero illius pars controuersa tantum edi debeat.
28. Exceptio exemptionis proposita in vim peremptoria an statim, an uero post litis contestationem reseruanda.
29. Exemptus agendo coram Ordinario an coram eodem & conueniri possit.
30. Exempti agendo coram Ordinario an teneantur seruare ordinationes & statuta Iudicij.
31. Confessio exempti coram Ordinario an & prauidicet.
32. Exemptus litigans coram Ordinario an iurare possit secundum suam mentem & non illius cui iuratur.
33. Exempti an testes esse possint coram Ordinario.
34. Exempti an ab Ordinario cogi possint ad testimonium.
35. Exemptus deponens falsum coram Ordinario an ab eo puniri possit.
36. An exempti possint iudicialiter interuenire pro suis hominibus seu subditis.
37. Interueniens an causam ad suum forum trahere possit.
38. Ordinarius coram quo res fuit ducta poteritne cognoscere circa

interesse inter emptorem & exemptum venditorem cui lis fuerat denunciata.

39. Excommunicatus sub conditione si postea eximatur an ueniente conditione ligabitur excommunicatione.
40. Sententia lata contra exemptum an sit valida.
41. Exemptus quantum temporis habeat ad appellandum.
42. Ad quem appellandum.
43. In causa exemptionis appellatio qualiter formanda.
44. Commissa ordinario executione utrum cognoscere possit de iustitia sententiae.
45. Quibus casibus Ordinarij Iurisdictionem habeant in exemptos.
46. An vigore camerale obligationis exemptus possit conueniri coram Ordinario.
47. Capitula quid possint in singulos.
48. Quis sit Ordinarius seu diocesanus exemptorum.
49. Concesso priuilegio ne quis ab Ordinario excommunicari possit an saltem coram eodem conueniri seu puniri possit.
50. An pro & absolute ab excommunicatione possint se subicere Ordinario.

### PARS TERTIA

Complectens modos quibus exemptiones finiuntur & amittuntur.

1. **E**xemptiones an possint reuocari.
2. An successor reuocare possit exemptionem

3. Vtrum legatus reuocare possit exemptiones.
4. An Episcopus possit.
5. An exemptiones expirent morte concedentis.
6. Reuocatio exemptionum afficiatne ignorantem.
7. Cessante causa exemptionis an cesset exemptio.
8. Sublata exemptione an etiam censeatur sublata aliorum qui in ea participabant.
9. An & quando censeatur reuocata per hanc vulgarem clausulam non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, &c.
10. An censeatur exemptio reuocata si Pontifex contra exemptionem rescripserit.
11. Obedientia Pralati exempti an inducat quasi possessionem subiectionis si capitulum non consentiat.
12. Exemptio an prescriptione amittatur.
13. Exemptiones an amittantur per non usum.
14. An amittantur per contrarium actum.
15. An amittantur propter delictum.
16. An reuocentur exemptiones propter ingratitude.
17. Idemne sit si Ordinario noceatur.
18. Exemptionis parte reuocata an censeatur tota reuocata.
19. Destructo loco exemptio an censeatur amissa exemptio.
20. Si locus restauretur an recuperabit exemptionem.
21. Quid si locus mutetur ac in altum transferatur.
22. Exemptio an amittatur si locus alteri ueniatur.
23. Vtrum reuocata unione censeantur etiam exemptiones restituta.
24. Quid si Ecclesia exempta mutet statum.
25. Collegio sublato an censeatur sublata uilius exemptio.
26. Singularis seu vnus de collegio an impedire possit ne ceteri prauidicent exemptioni.
27. Exempti a procuratore legatorum an exemptionem amittant temporis prescriptione.
28. Exemptione concessa habitantibus certi loci an si locum mutant amittatur exemptio.
29. Exemptio an perdatur si ex post facto fiat damnosa & alteri prauidicialis.
30. Si Papa iudicet contra exemptionem an censeatur eam reuocasse.
31. An ad priuationem priuilegij opus sit sententia declaratoria.
32. Excommunicatus an priuilegio exemptionis priuatus censeatur, seu an exemptione exemptionis se tueri possit.
33. Actus contra exemptionem gestus an sit ipso iure nullus.
34. Renunciari an possit exemptioni?



## PARS QUARTA

## Continens miscellanea.

1. **E**xempti qua solemnitate possint res suas alienare.
2. Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.
3. Legatus de latere an prestare possit exemptionis aut horitatem alienandi.
4. Electionum iura ordinaria an vigeant in exemptis.
5. Legatus à latere an confirmare possit electiones exemptorum.
6. Exempti an teneantur ad canonicam Episcopalem.
7. Vtrum generalis exemptio censeatur etiam eximere à subsidio per Papam imposito.
8. Vtrum Episcopus cum clero eximere possit à subsidio charitativo.
9. Ordinarius an exigat charitativum subsidium ab exemptis.
10. Quid si ad exemptum perveniat res non exempta, & è contra.
11. An Episcopus conferre possit ordines exemptis.
12. Religiosi exempti an transire possint ad strictiorem regulam sine venia.
13. Concedere an possit Pontifex privilegium ne quis excommunicetur.
14. Exempti an obligentur interdictis Ordinarij.
15. Ordinarius an tollere possit pravas exemptorum consuetudines.
16. Exempti an prestent Iuramentum fidelitatis superioribus Pralatis à quibus eximuntur.
17. Archiepiscopus Episcopus an celebrare possit in locis exemptis.
18. Archiepiscopo vel Episcopo aut pralato celebrante in loco exempto cuius erunt oblationes in missa facta.
19. Exempti an teneantur venire ad Synodum.
20. Pralati exempti qualem habeant Iurisdictionem in suos subditos.
21. Qualiter intelligenda sit consuetudo hac clausula. Quatenus sunt in usu & sacris canonibus Conc. Trident. non aduersantur.
22. Exemptio an extendatur ad Ecclesias futuras.
23. Visitare an possit Episcopus loca exempta.
24. Capitulum sede vacante an succedat in visitatione exemptorum.
25. Qua beneficia dicantur exempta.
26. Legatus an conferat beneficia exempta.
27. Beneficia exempta an resignari vel permutari possint.
28. Beneficia exempta an veniant in permutatione.
29. Appellatione beneficiorum diocesis an veniant exempta.
30. Exemptis negligentibus ad quem devoluatur collatio.
31. Beneficia exempta quis vñire possit.
32. Exemptus delinquens intra diocesim Episcopi an possit ab eo puniri.
33. Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi iure permissio non obtemperantes.
34. Exempti an teneantur Episcopo ad ius reuerentiale.

35. Exempti cui confiteantur.
36. Instrumento exemptionis amisso an probetur per illius confirmationem.
37. Ecclesia exempta quinam censeantur exempti.
38. Exempta Ecclesia an eius vasalli coloni exempti.
39. Episcopo inuocante contra exemptos brachium saeculare an patendum sit si exempti dicant se appellasse.
40. Exemptus ab Episcopo excommunicatus an à Iudice appellationis possit petere ad cautelam absolutiorem.
41. Monachus exemptus à quo ab excommunicatione possit absolui.
42. An exempti accipiant ab Episcopo ea qua sunt ordinis Episcopalis.
43. Abbates & alij Pralati exempti an possint subditis dare literas dimissoriales ad ordines.
44. Abbates vel Pralati exempti an possint clericum extraneum instituire habentem dimissorias.
45. Exemptus habens dimissorias an possit ab Episcopo examinari de literatura, & idoneitate.
46. Heres exemptus an ex persona defuncti non exempti conueniri possit coram Ordinario.
47. Ordinarius an procedat contra hereticos exemptos.
48. Exempti an pro solutione decimarum conueniri possint coram Ordinario.
49. Executores testamentorum si sint exempti an cogi possint ab Ordinario ad reddendam rationem.
50. Si accessus ad Papam vel Superiorem exemptorum sit difficilis vigeantne adhuc iura exemptorum.
51. An Ordinarius praesupposito accessu difficili ad Papam conferre possit beneficia exempta vel reseruatata.
52. An exempti si sit periculum fuga possint ab Ordinario capi.
53. Ordinarius habens à iure potestatem visitandi monasteria monialium an poterit Abbatissas destituere.
54. Subditus Ordinarij delinquens in loco exempto an ligetur statutis Ordinarij.
55. Locus exemptus sit ne in diocesi vel de diocesi.
56. Regulares exempti an possint absolue- re in casibus, quos specialiter Episcopus sibi reseruauit.
57. An liceat exemptis adificare hospitale in diocesi. Episcopi hac lege ne ei subijciatur.
58. Indulgentia quas Episcopi concedunt an prodesse possint exemptis.
59. Quid si in aliqua vniuersitate aliqui sint exempti coram quo ea conueni- etur.
60. Negligentia vel delictum Pralati exempti an praiudicet subditis.
61. Quid si in vno priuilegio exemptionis fiat mentio alterius exemptionis an ea debeat exhiberi.
62. Quid importet clausula. Alioquin indignationem BB Petri & Pauli se no- uerint incururos.
63. Que sit vis clausulae irritantis.
64. Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos.
65. Confugientes ad loca exempta an



- & quibus casibus extrahi possint.
66. Bulla seu constitutiones Papales in dubio an usu recepta presumantur.
67. Vtrum coram Abbatibus exemptis fieri possit resignatio beneficiorum.
68. Quid si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem in spiritualibus vero Episcopum coram utro fiet resignatio.
69. Qua sit vis clausulae a quibusvis censuris ad effectum presentium absolvens.
70. Quid iuris si vnum priuilegium referat se ad aliud.
71. Affectans priuilegium exemptionis an illo gaudere debeat.
72. Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.
73. Monachus a suo pralato male tractatus aut irrationabiliter a cura ad monasterium reuocatus coram quo agere debeat.
74. Appellatione dioecesis quam comprehendantur.
75. Vsurpantes Iurisdictionem in exemptos an incidant in aliquas censuras.
76. Vtrum priuilegia mendicantium quo ad facultates absoluendi in foro conscientiae sint sublata per Conc. Trident.
77. An si Episcopus regulares sibi presentatos admittere nolit, possint non obstante reiectione vacare confessionibus audiendis.
78. Ad impetrandam alicui exemptionem an opus sit mandato.
79. Actiones hypothecariae aut reales an contra

exemptos proponi possint coram Iudice Laico siue ordinario.

80. Ius patronatus si ad exemptos perueniat ad quem spectabit institutio.
81. Pralatus si certis casibus possit subditos subicere ordinario an possit se ipsum.
82. Implorato contra exemptos brachio seculari an indistincte pareri debeat.
83. Exempti coram quo petere possint restitutionem in integrum.
84. Exemptiones vniuersales an motu proprio an ad postulationem concessa presumantur.
85. Princeps an manum iniicere possit aut rationem exigere coram ordinario a suo oeconomio qui exemptus est.
86. Ecclesiarum appellatione an monasteria comprehendantur.
87. Vtrum in re modica impetrari possit a Pontifice rescriptum contra exemptum.
88. Monachorum correctio seu iurisdicchio ad quem spectet.
89. Solue Pralato an etiam coniunctum capitulum competat iurisdicchio.
90. Attentata pendente appellatione in causa exemptionis an reuocari debeant.
91. Recurrens ad conseruatorem pendente appellatione interposita a sententia ordinarij an dicatur attentare.
92. Exceptio exemptionis opposita in vim declinatoriae an reservari possit post litum contestatam.
93. Choraulis ecclesia exempta vocatus in ius coram Ordinario a Canonico eiusdem Ecclesiae an declinare possit.
94. Trahens exemptum coram Ordinario an cadere debeat suo iure,

95. Ad

95. Adhaerentes terra exempta an exempti censentur?
96. Exemptio an concedi possit Ecclesia construenda?
97. Salaria caussarum agitatarum coram Ordinario an ab exemptis coram eodem Ordinario exigere possint?
98. Captiuus an duci possit per loca exempta.
99. Castrum exemptum a Iurisdictione ciuitatis an gaudere debeat statutis & priuilegiis Ciuitatis eaque obseruare?
100. Commissio tribuens Ordinario Iurisdictionem in exemptum an conualidet antegesta?
101. Ordinarius iniuste excommunicans exemptum an iniuriarum actione teneatur.
102. Exempti an ratione portionis congrue coram Ordinario possint conueniri?
103. Residens in loco exempto an censetur residere in dioecesi?
104. Statuta aut consuetudines dioecesis an etiam vigeant in locis exemptis?
105. An subditi ordinario gaudeant consuetudine exemptorum?
106. An Regula cancellaria de non tollendo ius quaesitum habeat locum in exemptione?
107. Quid si exemptus citetur eodem tempore coram suo conseruatore, & alio Iudice coram quo comparere tenetur.
108. Persona miserabilis an ab exempto vocari in ius possit coram suo Iudice.
109. Ordinarius vtrum cognoscere possit de delicto sui subditi commissi in loco exempto.
110. Subditus delinquens in loco exempto an puniri a suo ordinario possit secundum eius statuta.
111. Iudices exemptorum quales habeant Censuras, animaduersiones & executiones.
112. Pralati exemptorum an habeant fiscum?
113. Quid de Austregis Imperij, quoad exemptiones.



## PARTITIO OPERIS.

Primus liber tractat De Origine, Diffinitione & generalibus exemptionum causis, idque quæstionibus quinquaginta.

Secundus totidem habet quæstiones concernentes materiam exemptionum forensis siue Iudiciale.

Tertius Modos exemptionis amittendæ quæstionibus triginta tribus.

Quartus Miscellaneas. Habet quæstiones huius materiæ centum & duodecim.

### Copia Censuræ Vicarij.

**P**ræsens de Ordinarij in exemptos Iurisdictione & c tractatus eruditus est dignusque qui ab omnibus legatur, nec in eo quicquam continetur, quod vel Orthodoxæ fidei vel bonis moribus officiat, Typis proinde excusus utiliter publicabitur. Ita censui,

P. STEVARTIVS  
Vicarius Leodiensis.



## I N D E X

# RERVM MEMORABILIVM

ORDINE ALPHABETICO IN HOC  
Tractatu de Iurisdictione.

A.



- Abbatibus dicuntur ordinarij Monachorum, lib. 4. q. 67. nu. 4  
Abbatibus exempti habent ecclesias sibi pleiò iure subiectas, d. q. 67. nu. 3  
Abbatibus alij exempti, alij non exempti, d. q. 67  
Abbatibus quomodo amicti esse debeant in Synodo, lib. 4. q. 19. n. 7  
Abbas potest repetere & vendicare suum Monachum, lib. 2. q. 8. nu. 1  
Abbatibus an dent suis subditis literas dimissorias, lib. 4. q. 43  
Abbatibus, vel Prælatis exempti disponente Concilio Tridentino non possunt ordinare etiam eos, qui habent dimissorias, lib. 2. q. 44  
Abbatibus an dimittere possint resignationes beneficiorum, lib. 4. q. 67  
Abbatibus agere possunt pro Monachis, lib. 2. q. 36. nu. 5. & 6  
Abbatibus eligi debent ad aliam Ecclesiam, Episcopi vero postulari, lib. 4. q. 4  
Abbas si habeat Iura spiritualia, & Episcopus temporalia quid Iuris, lib. 4. q. 68  
Abbatibus significatio an complectatur Abbatissam lib. 5. q. 5. nu. 10. & 11  
Absentia superioris qui adiri debet, efficit, ut recedatur à communi iure, lib. 4. q. 1. nu. 11. & v. 1. verb. accessus  
Absoluti ab excommunicatione à quo possint exempti, lib. 2. q. 50  
Absolutio ad cautelam quid sit, lib. 4. quest. 40  
Absolutio ad cautelam, à quibus Iudicibus quando, & quare concedi possit, d. q. 40. nu. 3. & seqq.  
Absolutio ad cautelam concedi non potest, nisi vocata parte, d. q. 40. nu. 6  
Absolvere ad cautelam an possit delegatus, d. q. 40. nu. 8  
Absolutio ad cautelam non præsumitur, d. q. 40. nu. 10  
Absolutionem ad cautelam petens, non præsumit excommunicationem, d. q. 40. nu. 11  
Absolvere ad cautelam an possint confessarij, d. q. 40. nu. 12  
Absolvere an possint regulares exempti in confessione à casibus, quos Pontifex suis specialibus





*ialiter referuauit, lib. 4. quæst. 56. Et an Conc. Trident. huic facultati derogauerit, lib. 4. q. 77*  
*Abutentes suis priuilegijs puniuntur ab Episcopo lib. 2. q. 45. n. 42*  
*Accessus ad Papam si sit difficilis aut periculosus, cessant exemptiones, lib. 4. quæst. 50. & seq.*  
*Accrescatne portio exempti non exemptis, lib. 1. q. 42*  
*Acquiritur exemptio prescriptione, & priuilegio, lib. 1. q. 1. n. 4*  
*Accumulatiue, aut priuatiue Iurisdictioni quando dicatur competere, lib. 1. q. 17. n. 22. & lib. 4. q. 88. n. 4. in fin.*  
*Actiões reales contra exemptos an proponi possint coram ordinario lib. 4. q. 79*  
*Actio extincta non reuiscit lib. 3. qu. 23. n. 2*  
*Actiorem aliud est esse, aliud actoris vice fungi, lib. 2. q. 4. n. 8*  
*Actoris est eligere Iudicem, quando Reus habet plures Iudices, lib. 4. q. 87. n. 4*  
*Actor sequitur forum Rei lib. 2. q. 5. n. 1*  
*Actu contrario an priuilegium perdat, lib. 3. q. 14*  
*Actus contra priuilegium, aut exemptionem gestus, an sit nullus, lib. 1. q. 33*  
*Actus voluntaria Iurisdictionis expediri possunt coram ordinario, lib. 2. q. 20. n. 8. v. inf. verb. voluntaria.*  
*Acta gesta coram incompetenti an probent, lib. 2. q. 31. n. 6*  
*Adherentes exemptorum an sint exempti, lib. 4. q. 95*  
*Adire Conseruatore, vel appellare an sit tutius lib. 4. q. 91. n. 5.*  
*Administrare an possint exempti ante confirmationem, lib. 4. quæst. 5. nu. 2. & quæst. 51. n. 7*  
*Administrationis ratione clerici à Principe laico puniri possunt, lib. 4. q. 85. n. 4.*

*Adscriptiij exemptorum an sint exempti, lib. 2. q. 45. n. 24*  
*Aduocati vsurpantium iura Ecclesie Romana, an incidant in censuras, lib. 4. quæst. 75. n. 3*  
*A Edificatione an acquiratur exemptio, lib. 1. q. 36*  
*A Edificare an liceat hac lege, ne locus Episcopo subijciatur, lib. 4. q. 57*  
*A Edificium per exemptum in loco non exempto factum cedit Iurisdictioni Episcopi, lib. 2. q. 45. n. 36*  
*A Equiparatur locus exemptus, & extra territorium, v. verb. locus.*  
*A Equiparatorum eadem est ratio, ita quod dispositum in vno habet etiam locum in alio, lib. 4. q. 54. n. 4.*

Affectus	}	Exemptionem,	} gaudere an debeat, lib. 4. q. 71.
		Priuilegium,	
		Iudicem,	
		Appellationem,	
		Commissionem,	
		Legationem,	
		Tutelas,	
		Absentiam,	
		Remissionem,	
		Bonorum cessionem,	
		Peregrinationem,	
		Inimicitias,	
		Officium, Clericatum,	
Ignorantiam,			
Titulum,			
Electionem,			
Negligentiam,			
Fanulitium,			

*Affectantium quamplurima incommoda, v. d. q. 71*  
*Alienatio facta in exemptum an censeatur facta in potentiorum lib. 1. q. 38*  
*Alienare qua solemnitate possint res suas exempti, lib. 4. q. 1.*

Alic-

*Alienanda res si sit in alio loco, quid Iuris, lib. 4. q. 2*  
*Alienationis verbo comprehenditur prescriptio lib. 1. q. 35. n. 5.*  
*Alienare qua solemnitate possint*  

}	Prædicatores,	} lib. 4. q. 3. n. 2. & seqq.
	Minores,	
	Augustinienses,	

*Alteri facere non debemus, quod nobis nolumus, lib. 4. q. 87. n. 14*  
*Amisio an probari possit per testes, lib. 1. qu. 7. n. 8*  
*Amisio an probetur per confirmationem, lib. 4. q. 36*  
*Amittuntur exemptiones multis modis, lib. 3. per tot.*


Amittantur exemptiones	}	Morte,	} lib. 3. per tot.
		Reuocatione,	
		Cessatione,	
		Sententia,	
		Prescriptione,	
		Non vsu,	
		Actu contrario,	
		Delicto,	
		Ingratitudine,	
		Destructione,	
		Mutatione,	
		Vnionem,	
		Ex communicatione,	

*Analogia fori*  

}	Exemptorum,	} lib. 1. q. 45. n. 5. lib. 2. qu. 37. n. 5.
	Laicorum,	
	Clericorum,	
	Forensium,	
Scholarium,		

*Antecedens cum est impræscriptibile, idem etiam & consequens, lib. 3. q. 27. n. 3*  
*Apostata an gaudeat immunitate Ecclesia, lib. 4. q. 65. n. 3*  
*Apostata an amittat exemptionem, lib. 1. qu. 20*  
*Apostasia Principis an liberet subditos ab illius*

*potestate, d. q. 20. in fin.*  
*Apparitores gerere debent signum apparatus, lib. 1. q. 18. n. 6.*  
*Appellationem omittendo Prælati præiudicat Ecclesie lib. 1. q. 37. n. 9.*  
*Appellationi à congrua portione Ordinaria deferre non debet, lib. 2. q. 45. n. 89*  
*Appellare oportet ab actu gesto ab Episcopo vti Canonico, & Capitulo ad ipsum Episcopum, lib. 1. q. 23. n. 9*  
*Appellari ad quem debeat à laudo exempti, & non exempti, lib. 1. q. 45. n. 3*  
*Appellari ad quem debeat ab Episcopo visitante, lib. 2. q. 14. n. 6.*  
*Appellationis in causa interuentio admittitur, lib. 2. q. 36. n. 6*  
*Appellari potest à reiectione exceptionis, lib. 4. q. 52*  
*Appellatum si sit brachium seculare, implorari non potest, lib. 4. q. 39*  
*Appellationi alterius adherere est permissum, lib. 2. q. 36. n. 8*  
*Appellari intra quantum tempus debeat, lib. 2. q. 41*  
*Appellari ad quem debeat, lib. 2. q. 42*  
*Appellatio in exemptionibus qualiter formanda, lib. 2. q. 43.*  
*Appellans ab excommunicatione an potest petere absolutionem ad cautelam, lib. 4. qu. 40*  
*Appellari oportet ab Episcopo procedente contra hæreticos exemptos ad Papam, lib. 4. q. 47. n. 3.*  
*Appellare an liceat in causis modicis, lib. 4. q. 87. n. 1*  
*Appellare ad quem oportet à Conseruatore, lib. 1. q. 39. n. 23*  
*Appellationi renuntiare an possit Prælati, lib. 1. q. 3 n. 9. in fin.*  
*Appellare potest exemptus, si Ordinarius iudicialiter de exemptione cognoscere voluerit,*





rit, illiusq; cognitio ad superiorem erit remittenda lib. 2. q. 12. nu. 7. in fin.  
 Appellare ad quem oporteat, quando ordinaria, & delegata potestas simul concurrunt, lib. 2. q. 14. nu. 2. & 5  
 Appellare possunt exempti ad legatum de latere, lib. 2. q. 42. nu. 5  
 Appellare an possunt exempti ad legatum cū potestate legati de latere lib. 2. q. 2. nu. 2. & seqq.  
 Appellare non licet à facto procurato, lib. 4. q. 71. nu. 4  
 Appellationis in fauorem tendentia, facilioremque exitum appellationis expediri possunt pendente appellatione, lib. 4. q. 91. nu. 1. & 2.  
 Appellatio & aditio Conseruatoris sunt remedia tendentia ad eundem finem, & effectū, d. 4. q. 91. nu. 4  
 Appellare an sit tutius, quam Conseruatorem adire, d. q. 91. nu. 5  
 Appellationis pendente causa ea fieri possunt, que pendente causa principali expediri poterant, d. q. 91. nu. 3  
 Arbitrari an esse possit exemptus, lib. 1. quest. 45  
 Archiepiscopi sunt exempti, libro 1. questione 41  
 Archiepiscopus an possit eximere, lib. 1. quest. 3. nu. 10  
 Archiepiscopi Iurisdicatio in subditos Suffraganeorum qualis, d. q. 3. n. 10  
 Argumentum ab Executoribus testamentarijs ad tutores, & econtra est validum, lib. 1. q. 46. nu. 14  
 Argumentum à rebus ad personas valet, lib. 1. q. 5. nu. 24  
 Argumentum à filijs familias & seruis ad monachos est validum, lib. 4. quest. 88. numero 4  
 Argumentum ab habentibus speciales Iudices

ad exemptos est validum, lib. 2. quest. 37. nu. 5  
 Arrestari possunt extranei, lib. 2. quest. 22. nu. 5  
 Arrestari an possint exempti, lib. 4. questione 72  
 Arresta sunt obliqua citationes, d. quest. 72. nu. 2  
 Arresta resoluuntur in simplicem citationem, d. q. 72. nu. 2  
 Arresta relaxantur per satisfactionem, d. q. 72. nu. 3 & 4  
 Arrestatione an inducatur praeventio iudicij, d. q. 72. nu. 5  
 Arrestatus habet ius reuocandi domum, d. q. 72. nu. 5  
 Articuli in causa exemptionis quomodo formandi sint, lib. 2. q. 25  
 Assignandus est terminus exempto, qui delinquit, intra quem presentet se Pontifici, lib. 2. q. 45. nu. 40  
 Assignanda est congrua portio presentatis etiam si exempti sint, d. q. 45. n. 88  
 Asylum v. lib. 4. q. 65  
 Attentati iure an reuocari possit priuilegium concessum lite pendente, lib. 2. quest. 16. nu. 17  
 Attentata in causa exemptionis an in primis reuocari debeant, lib. 4. q. 90  
 Attentari an dicatur, si pendente appellatione conseruatori audeatur, lib. 4. q. 91  
 Auditorum Rotae potestas in exemptos, lib. 2. q. 46. nu. 7  
 Aucto exempto an augeatur exemptio, libro 1. q. 37  
 Augmentum quando sortiatur naturam sui principalis d. q. 37  
 Auocatio causae fieri potest pendente lite, lib. 2. q. 16. nu. 12  
 Auctoritas qualis requiratur in alienatione rerum exemptarum, lib. 4. q. 1

Aucto-

Auctoritas cuius requiratur, si res sita sit diuersis in locis, lib. 4. q. 2  
 Auxilium prestare Episcopo an exempti teneantur, lib. 4. q. 39. n. 2.

B.

**B**annitus an ex officio iudicis à iudicio repelli possit, lib. 1. q. 6. n. 28  
 Beneficium exemptum an comprehendatur sub appellatione indefinita beneficiorum, lib. 1. q. 5. nu. 4. 20. 11.  
 Beneficiati per Pralatos exemptos an sint exempti lib. 1. q. 22  
 Beneficia quae dicantur exempta, lib. 4. q. 25. & 27. n. 4  
 Beneficia reseruata, & exempta differunt, d. q. 25. n. 4  
 Beneficia exempta an exempti resignare possint, lib. 4. q. 27  
 Beneficium exemptum quod dicatur, lib. 4. q. 27. n. 4.  
 Beneficia exempta an veniant in reseruatione, lib. 4. q. 28  
 Beneficiorum dioecesis appellatione an comprehendantur exempta, lib. 1. q. 5. n. 4. 20. 21. & lib. 4. q. 29  
 Beneficia exempta qui vnire possit, lib. 4. q. 31  
 Beneficia exempta conferre vtrum possit ordinarius, si accessus ad Papam sit difficilis, lib. 4. q. 41.  
 Blasphemia alia simplex, alia haeretica, lib. 4. q. 65. n. 3.  
 Blasphemus an gaudeat immunitate Ecclesiae, d. n. 3.  
 Bona Laicorum an ligentur constitutionibus Pontificum lib. 4. q. 66. n. 7  
 Bona postquam acquisita sunt per priuilegiatos, sumunt naturam priuilegiatorum, lib. 4. q. 46. n. 4 & 5  
 Bona exemptorum an arrestari possint coram

ordinario lib. 4. q. 72. n. 3  
 Bona profana an subsint Papa, lib. 1. q. 50. n. fin. & lib. 4. q. 79. & 66  
 Brachium seculare an obedire debeat Episcopo illud contra exemptos imploranti, lib. 4. q. 39. & q. 82  
 Bulla praescribens formam, quam ordinarij obseruare debent in punitione regularium exemptorum, lib. 1. q. 17. n. 29.  
 Bulla conseruatoria Cleri Secundarij dioecesis Leodiensis lib. 1. q. 39. n. 20.  
 Bulla Gregorij XIV. concernens extractionem ab Ecclesia, & loco exempto, lib. 4. q. 65. n. 13  
 Bullae ligant Prouinciales, etiam si non publicentur secus tamen si non recipiantur, lib. 1. q. 50. n. 27  
 Bulla Coena Domini ligat, etiam si non recepta dicatur, d. q. 50. n. 28.  
 Bulla Coena Domini neminem à suis censuris excusat etiam si regali splendore fulgeat, lib. 4. q. 75. n. 5

C.

**C**ampas sonans in loco exempto, quibus seditio excitatur in loco non exempto, an puniri possit ab ordinario, lib. 2. q. 45. n. 30  
 Capitis quasi diminutione locorum exemptio amittitur, lib. 3. q. 25  
 Cardinales veniunt appellatione S. Sedis, lib. 2. q. 2. n. 14. & lib. 4. q. 5. n. 1.  
 Cardinales an comprehendantur sub dispositione generali, lib. 1. q. 5. n. 6. & 26.  
 Canonica Episcopalis quid sit, lib. 4. q. 6. n. 1.  
 Canonica Episcopalis an debeat ab exemptis ratione rei non exempta, d. q. 6. n. 2. & 3.  
 Canonica Episcopalis an debeat, si tempore Testamenti Ecclesia erat exempta tempore vero mortis non, aut econtra, d. q. 6. n. 6.

4 3

Ca-



*Canonica an debeatur si pendente conditione exemptio concedatur, d. q. 6. n. 7*  
*Canonica Episcopalis an impediatur parochialem, d. q. 6. n. 8*  
*Canonici honorarij qui dicantur, & an sint exempti, lib. 1. q. 24*  
*Canonici exemptis an Capitulum sit exemptum, lib. 1. q. 23*  
*Capellani Regij an exempti, lib. 1. q. 32. n. 9*  
*Capitulum exempto an singuli Canonici exempti, d. q. 23*  
*Capituli debitum exigi non potest à singulis de Capitulo, d. q. 23. n. 2*  
*Capitulum sede vacante an succedat in Iurisdictione, lib. 2. q. 2. n. 23*  
*Capitula an iurisdictionem habeant in singulis de Capitulo, lib. 2. q. 47*  
*Capitulo sublato an censeatur sublata exemptio, lib. 3. q. 25*  
*Capitulum sede vacante an succedat in visitatione, lib. 4. q. 24*  
*Capitulo negligente non fit deuolutio ad Prælatum, lib. 4. q. 30. n. 12*  
*Capitulum an solum, an verò vnà cum Prælato Iurisdictionem habeat, lib. 4. q. 89*  
*Castrum ereptum à Iurisdictione Ciuitatis capitalis, non regitur amplius illius consuetudinibus, lib. 4. q. 5. n. 3*  
*Casus centum, & amplius, quibus exempti subiunguntur ordinarijs, lib. 2. q. 45. per tot.*  
*Causa cessante exemptionum, an cesset exemptio, lib. 3. q. 7. per tot.*  
*Causa preparantis, & preparata an idem sit Iudex, lib. 1. q. 26. n. 15*  
*Causa exemptionum multiplices, lib. 1. q. 1. n. 13. & seqq.*  
*Cautiones iudiciales respiciunt iudicia ordinataria, lib. 2. q. 22. n. 2*  
*Cautiones qua dicantur respicere decisoria, lib. 2. q. 22*  
*Cautionem prestare an teneantur exempti,*

*cum agunt, lib. 2. q. 22*  
*Cautio prestata coram iudice incompetenti non valet, d. q. 22. n. 10*  
*Cauere est onus, d. q. 22. n. 4*  
*Cellarum nomine quid significetur, lib. 1. q. 43*  
*Census solutio an probet exemptionem, lib. 1. q. 10. per tot.*  
*Census, reditus, pensio qualiter differant, d. q. 10. n. 2*  
*Censuarij exemptorum non sunt exempti, lib. 2. q. 31. n. 9. & q. 45. n. 37*  
*Cessio exemptionum an valida sit, lib. 1. q. 34*  
*Cessio facta exempto an transferat exemptionem, lib. 1. q. 25*  
*Cessum habens Ius, si sit exemptus, poterit coram ordinario conueniri, d. q. 25. n. 3*  
*Charitativum subsidium an Episcopus exigit ab exemptis, lib. 4. q. 9*  
*Charitativum subsidium an debeant exempti ratione rei non exemptæ, d. q. 9. n. 2*  
*Chirographa recognoscere coram ordinario an exempti possint, lib. 2. q. 45. n. 104*  
*Clausula Voluntas quod in charitate cum Episcopo permaneat, an liberet à charitativo subsidio, d. q. 9. n. 3*  
*Clausula Ipso facto quid operetur, lib. 4. q. 62. n. 3*  
*Clausula Te à quibusuis, &c. presumitur per obliuionem præterita, lib. 4. q. 69. n. 2*  
*Clausula Ad instar quid operetur, v. verb participatio.*  
*Clausula præsumpserit, quid operetur, lib. 4. q. 75. n. 4*  
*Clausula non obstantibus priuilegijs, quid importet, lib. 3. q. 9. per tot.*  
*Clausula quatenus sunt in vsu, & sacris canonibus, & decretis Conc. Trid. non aduerferentur, quomodo intelligatur, lib. 4. q. 21*  
*Clausula, Alioquin indigna, iocem BB. Petri & Pauli, quomodo intelligatur, lib. 4. q. 62*

Clau-

*Clausula irritantis energia, lib. 4. q. 63*  
*Clausula pleno iure, quid importet, lib. 4. q. 67. n. 5*  
*Clausula te à quibusuis censuris quid importet, lib. 4. q. 69. per tot.*  
*Clausula præsentibus post quinquennium minime valituris quid importet, lib. 1. q. 39. n. 18.*  
*Clausula irritans afficit ignorantes, lib. 2. q. 5. n. 16*  
*Clausula derogatoria potestas lata, lib. 3. q. 9. per tot.*  
*Clausula quorum tenores energia, d. q. 9. n. 7*  
*Clausula irritans inficit titulum, lib. 3. q. 63*  
*Clausula derogatoria an requiratur in concessione exemptionum, lib. 1. q. 11. per tot.*  
*Clausula ex certa scientia, qualiter colligatur, lib. 1. q. 50. n. 35*  
*Clausula saluo quod iustitia administratur quid importet, lib. 2. q. 8. n. 10*  
*Clausula irritans afficit ignorantes, lib. 2. q. 15. n. 3*  
*Clausula Quousq; reuocetur, vsq; ad nostrum beneplacitum, dum ea non reuocauerimus, interim dum hæc fuerit nostra voluntas, ad nostrum libitum, dum voluerimus, ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ad beneplacitum Papa &c. quid operetur, lib. 3. q. 5. per tot.*  
*Cingendus habetur pro cincto, lib. 1. q. 19. n. 4*  
*Citari debet hæres ad resumendum, lib. 2. q. 18. n. 5*  
*Citatus coram non suo iudice an comparere teneatur, lib. 2. q. 6. per tot.*  
*Citatio an requiratur in concessione exemptionum, lib. 1. q. 12*  
*Citatio non est necessaria in impetratione rescriptorum, aut priuilegiorum, d. q. 12. n. 2*  
*Citatio requiritur ex dispositione Conc. lxx. Lateranen. in concessione exemptionum, d. q. 12. n. 3*  
*Citatio in quouis actu requiritur, ex quo quis ladi possit, d. q. 12. n. 6*  
*Citatio an requiratur in transumptione priuilegiorum, d. q. 12. n. 8*  
*Citatio non requiritur, cum periculum est in mora, d. q. 12. in fin.*  
*Citatio exemptorum est iniusta, lib. 2. q. 6. n. 13*  
*Citatio vltra vnam diem an valeat, lib. 2. q. 6. n. 14*  
*Citationes habent tantum vim monitionis in confectione Inuentarij, lib. 2. q. 20. n. 8*  
*Ci- Prædicatorum, coram Ordinario in-  
 ta- Præmonstratensium, Qualida, lib. 2. q. 6. n. 17. & seq. & n. 39.  
 tio Scholarium, & seq. & n. 39.*  
*Ciuitas potest repetere suum ciuem, lib. 2. q. 8. n. 1*  
*Ciuitate ad aratrum condemnata an perdat sua priuilegia, lib. 3. q. 19. n. 4*  
*Circuitus est euitandus, lib. 4. q. 87. n. 9*  
*Clericus dicitur potentior laico ratione fori, lib. 1. q. 48. n. 3*  
*Clericorum appellatione an exempti comprehendantur, lib. 1. q. 5. n. 5*  
*Clerici an dicantur alijs potentiores, lib. 1. q. 48. n. 3*  
*Clerici citati coram laico an debeant comparere, vt allegent priuilegium, lib. 2. q. 5. n. 4*  
*Clericus remittitur ad suum forum suis expensis, lib. 2. q. 8. n. 6*  
*Clerici puniri possunt à Rege ratione mala administrationis, quam sub eo gesserunt, lib. 4. q. 85. n. 4*  
*Cognoscere an sibi iurisdicctio competat quis iudex possit, lib. 2. q. 11. per tot.*  
*Coloni collectarum sub indictione exempti non comprehenduntur, lib. 1. q. 5. n. 3*  
*Coloni exemptorum an sint exempti, lib. 4. q. 38. per tot.*  
*Coloni perpetui Ecclesiarum an gaudeant priuilegio Ecclesiastico, d. q. 38. n. 7*

Co-



- Coloni an sint exempti à solutione decimarum ex privilegio suorum dominorū d. q. 38. n. 14
- Coloni conuenti coram laico ratione rerum, quas ab Ecclesia tenent, retrahere possunt causam coram Iudice Ecclesiastico. d. q. 38. n. 12
- Coloni Ecclesia seu loci, cuius Iurisdictio temporalis pertinet ad Ecclesiam, censentur exempti d. q. 38. n. 10
- Competentia decretum non sanat nullitatem, lib. 2. q. 7. n. 8
- Concilio Tridentino derogant posteriores constitutiones illi contrariae. lib. 1. q. 50. n. 30. & seqq.
- Concilio quando Papa derogat, an opus sit specifica illius mentione, seu derogatione, lib. 1. q. 12. n. 5
- Concilium Tridentinum committendo aliquid ordinario comprehendit etiam vicarium, lib. 1. q. 1. n. 10. secus si diocesano, d. n. 10
- Concilium Lateranense requirit in concessione exemptionis citationem ordinariorū, lib. 1. q. 12. n. 3
- Concilium Tridentinum non receptum censetur esse in suspensio lib. 1. q. 50. n. 20
- Concilium Tridentinum multis in casibus derogat exemptionibus, lib. 1. q. 18. n. 8.
- Concilium Tridentinum an omnes liget, d. q. 18. n. 10. & q. 50. n. 22.
- Concilium Tridentinum an. & quatenus derogare censeatur exemptionibus. lib. 1. q. 50
- Concilium à quo tempore liget, d. q. 50. n. 1
- Concilij interpretatio spectat ad Pontificem, d. q. 50. n. 2. & 23
- Concilium an publicari debeat, d. q. 50. n. 4. & seqq.
- Concilium an satis sit publicari Romae, d. q. 50. n. 5
- Concilium non receptum an liget, d. q. 50. n. 12
- Concilij Tridentini leges non ligant probabiliter ignorantes, d. q. 50. n. 24
- Concilio derogare potest solus Papa, lib. 1. q. 12. n. 4
- 4 & q. 50. n. 31. & 32
- Concilium Tridentinum an sustulerit privilegia regularium absolueda in casibus Episcopo reseruatis, lib. 4. q. 76.
- Concubina clerici an gaudeat privilegio fori, lib. 1. q. 29. n. 6
- Conditionis tempus quod inspiciatur, v. 1. verb. tempus.
- Conditionalis ter excommunicatus an veniente conditione ligabitur, lib. 2. q. 39.
- Confessio Pralati an noceat Ecclesia, lib. 4. q. 60
- Confessio rectoris Ecclesia nocet Ecclesia, lib. 2. q. 40. n. 8.
- Confessio exempti coram ordinario an ei praeiudicet, lib. 2. q. 31
- Confessionem filij pater reuocare potest, lib. 2. q. 31. n. 7.
- Confiteri cui teneantur exempti, lib. 4. q. 35
- Confirmatio an probet exemptionem, lib. 1. q. 8. n. 8
- Congruam portionem exempti coguntur assignare presentatis, lib. 2. q. 45. n. 88.
- Conseruator quis sit, lib. 1. q. 39. n. 1.
- Conseruatores quis creet, & qui possint esse, d. q. 39. n. 3. 4. & seqq.
- Conseruatores an cognoscant de circumstantijs notorijs, d. q. 39. n. 9. & seqq.
- Conseruatorum hodie auctoritas heteroclitica est, plurimūq. à iure exorbitans, d. q. 39. n. 15
- Conseruatores diuersi se inuicem impediunt quid Iuris, d. q. 39. n. 16. & 21
- Conseruatores maiores sunt Legatis à latere, d. q. 39. n. 17
- Conseruatores an subdelegare possint, lib. 1. q. 39. n. 19. & 22
- Conseruatorum à sententijs ad quos appellatur, d. q. 39. n. 23
- Conseruatoris aditio, & appellatio sunt remedia tendentia ad eundem effectum, lib. 4. q. 91. n. 4.

- Conseruator si adeatur precedente appellatione ab ordinario, an dicatur attentatum, lib. 4. q. 61.
- Conseruatorum sententias an reformare possit nuntius habens facultatem cognoscendi de causis appellationum à Iudicibus auctoritate sancta Sede delegatis, d. q. 36. n. 28
- Conseruatorem adire vtilius est, quam ab ordinario appellare, lib. 4. q. 91. n. 5
- Conseruatores an possint inquirere, d. q. 39. n. 24
- Conseruatores quemodo coercere possint ordinarium, d. q. 39. n. 27
- Conseruatorum Iurisdictio est odiosa & refringenda, d. q. 39. n. 29
- Conseruatores an cognoscant in prima instantia, d. q. 39. n. 30
- Conseruatores dati ad cognoscendum de iniurijs, an cogere poterunt debitores refractarios ad solutionem, d. q. 39. n. 31
- Conseruatoria Abbatis sancti Laurentij privilegiorum Cleri secundarij diocesis Leodiensis ad longum hic refertur, d. q. 39. n. 20
- Conseruatio inhibere non potest ordinario legitime inter exemptos cognoscenti, lib. 2. q. 35. n. 3. in fin.
- Consensum an satis sit petere, si non impetretur lib. 4. q. 77. n. 1
- Consequens quando conceditur, an concedatur etiam antecedens, lib. 4. q. 33. n. 1. & 3
- Constitutiones Papales an allegari debeant, & alligent bona temporalia, lib. 1. q. 50. n. 36. & 37
- Constitutiones an vsu recepta presumantur, lib. 4. q. 66
- Consuetudines ordinarijs an tollere possit, lib. 4. q. 15
- Continentia cause an operetur exemptionem, lib. 1. q. 26. per tot.
- Continentia cause multiplices effectus, d. q. 26
- Continentia cause in diuiduis nihil operatur, d. q. 26. n. 11 & 12
- Conuersi religionum an sint exempti, lib. 1. q. 19. n. 6
- Conuersorum idem est iudicium, lib. 2. q. 19. n. 1
- Crimen enorme quod sit lib. 4. q. 65. n. 5.
- Crimen enorme committentes an gaudeant asylo Ecclesia, d. q. 65. n. 5
- Crimen enorme est causa amissionis privilegij, lib. 1. q. 20. n. 2
- Crimina enormia quae, & qualia sint, lib. 4. q. 65. n. 5.
- Curati dicuntur adiutores Episcopi, lib. 4. q. 18. n. 4. in fin.
- Curator ad litem quae Iudex debeat exempto dare lib. 2. q. 29. n. 15.
- Curialista an sint exempti, lib. 1. q. 32
- Curialista subiciuntur Episcopo ratione beneficiorum, d. q. 32. n. 1.
- D.
- D Annum proximi est impediendum, lib. 4. q. 87. n. 4
- Debitores exemptorum an cogi possint ad solutionem à conseruatore, lib. 1. q. 39. n. 31
- Degradatio exemptorum spectat ad Episcopum, lib. 2. q. 45. n. 99. & lib. 4. q. 88. n. 6
- Decani Capitularum an habeant iurisdictionem in Capitulares, lib. 2. q. 47. n. 6
- Decani an dicantur Pralati, lib. 2. q. 47. n. 10
- Decimarum debitores si exempti sint, an coram ordinario conueniri possint, lib. 2. q. 45. n. 17. & lib. 4. q. 48. per tot.
- Decreti competentia vtilitas, lib. 2. q. 6. n. 6
- Delegata, vel excitata Iurisdictio qua dicitur lib. 2. q. 14. per tot.
- Delegatus non tenetur se conformare ordinario, lib. 2. q. 30. num. 2
- Delegatus, vide plura in verbo Legatus.
- Delictum an sit causa amissionis privilegij, lib. 3. q. 15



I N D E X.

- Delictum Pralati an praiudicet subditu, lib. 4 q. 60  
 Delicta alia grauia, alia leuia, lib. 4. quest. 88. n. 3  
 Delicta enormia qua dicantur, lib. 4. q. 65. n. 5.  
 Delinquens in Ecclesia an in ea capi possit, lib. 1. q. 3. n. 12  
 Delinquens in loco exempto an ex illo extrahi possit, lib. 4. q. 65  
 Delinquens intra diocesi an ab Episcopo puniri possit, lib. 4. q. 32. lib. 2. q. 45. n. 1  
 Destructo loco exempto an amittatur exemptio, lib. 3. q. 19. per tot. & q. 20  
 Destructo collegio an pereant priuilegia, d. q. 19. n. 1. & d. q. 20.  
 Destructo Ordine, Ciuitate, &c. an pereant priuilegia monasteriorum, aut ciu. um, &c. lib. 3. q. 29. n. 4. & 7  
 Dicitur Et in textu Conc. Trid. stat. disiunctiue, non vero copulatiue lib. 2. q. 45. n. 7  
 Dicitur n & d. differunt, lib. 4. q. 15  
 Dicitur suarium quomodo capiatur, lib. 1. q. 14  
 Dicitur Quasi est nota improprietas, lib. 4. q. 20. n. 6  
 Dissimulare est tacite ad iudicium prouocare, lib. 2. q. 4. n. 20  
 Differentia inter exemptiones reales, & personales, lib. 1. q. 2. n. 2 & seqq.  
 Differentio exemptionis, lib. 1. q. 1. n. 1. & seq.  
 Diocesis appellatione quam comprehenduntur, lib. 4. q. 74  
 Diocesis quid sit, lib. 1. q. 1. n. 7  
 Diocesanus totius orbis est Papa, lib. 1. qu. 17. n. 3  
 Diocesum & ordinarij differentia, lib. 1. q. 1. n. 6. & seqq.  
 Dispositione generali an comprehendantur exempti, lib. 1. q. 5. per tot.  
 Disponere de eo quis non censetur, quod sua non est potestatis d. q. 5. n. 29  
 Dispositio de re contenta non includit contententem, lib. 1. q. 13. n. 6  
 Dispositio de personis non est extendenda ad Capitulum, lib. 1. q. 23. n. 3  
 Dispositio non reprehendit eos, quibus verba non adaptantur lib. 1. q. 29. n. 8  
 Dispositio circa metiens extenditur ad mensum, lib. 1. q. 45. n. 7  
 Dispositione Clericorum non veniunt exempti, lib. 2. q. 5. n. 5  
 Dispositio generalis Papa non extenditur ad maiora expressis, lib. 2. q. 2. n. 11. & lib. 4. q. 85. n. 2  
 Dispositio generalis non comprehendit Principes, lib. 4. q. 85. n. 2  
 Dispositio generalis tantum operatur in genere, quantum specialis in specie. lib. 1. q. 5. n. 18  
 Dispositio ad aliam relata quid operetur, lib. 4. q. 70  
 Discuti an debeant exempti, lib. 1. q. 47. n. 7. & q. 48. n. 5  
 Diuerso iure aliquid censi non debet, lib. 4. q. 85. n. 5  
 Diui Bernardi encomium de Pontifice, lib. 1. q. 3. n. 14  
 Diuisio exemptionum, lib. 1. q. 2  
 Doceri debent exempti ab ordinario, lib. 2. qu. 45. n. 72  
 Doctores magis student veritati indaganda in lectionibus, quam in consilijs, lib. 1. q. 9. nu. 7. post med.  
 Dolus dans causam contractui pro parte, pro illa tantum parte nocet lib. 3. q. 8. in fin.  
 Dominus vendicare potest suum seruum, lib. 2. q. 8. n. 1  
 Domino mortuo expirat exemptio famuli lib. 1. q. 29. n. 4  
 Dominus an cognoscat an sibi Iurisdicchio competat in vasallum lib. 2. q. 12. n. 5  
 Dominus agere potest pro suo seruo, li. 2. q. 35. n. 5. & 6.  
 Dubitandi ratione questio carens est stulta, lib.

I N D E X.

- lib. 4. q. 71. n. 1  
 Duo specia alia circa idem concurrere non possunt lib. 4. q. 83. n. 3  
 Duo quando equiparantur, dispositum in vno censetur dispositum in alio, lib. 4. q. 54. n. 4  

E.

**E**cclesiarum appellatione comprehenduntur exempta, lib. 1. q. 5. n. 22  
 Ecclesia exempta, populus illius non est exemptus, lib. 1. q. 13. n. 4  
 Ecclesie exempta an gaudeant centenaria prescriptione Ecclesie Romanae, lib. 1. qu. 35. per tot.  
 Ecclesia exempta quinam censeantur exempti lib. 4. q. 37  
 Ecclesiarum appellatione an monasteria comprehendantur lib. 4. q. 86  
 Ecclesia Louanensis, Thenenfis, Dieffhenfis, Arscotana an translata sit in aliam diocesim, vna cum suis exemptionibus, lib. 3. q. 21. n. 1.  
 Editio exemptionis debet fieri ordinario lib. 1. q. 8. n. 12  
 Editio cuius expensis fieri debeat, d. q. 8. nu. 14. & lib. 2. q. 27. n. 4  
 Edi an debeat totum priuilegium, an vero pars illius controuersa, lib. 2. q. 27  
 Edi quomodo debeat exemptio, lib. 2. q. 24  
 Effectus quando porrigitur extra locum exemptum, Episcopus cognoscere potest, lib. 2. q. 45. n. 28. 30. 59  
 Effectus qua non sunt sortita in vita concedentis, non transeunt in successorem, li. 3. q. 5. n. 7  
 Effectus translationis vnus loci in alium, vnusq. obligationis in aliam quis sit, lib. 3. q. 21  
 Effectus stanti non porrigitur extra territorium lib. 4. q. 54. n. 1  
 Electionum iura ordinaria an habeant locum in exemptis, lib. 4. q. 4  
 Electio & postulario differunt, lib. 4. qu. 4. nu. 4.  
 Elegancia nominis exemptionis, lib. 1. quest. 1. n. 1  
 Emptor coram quo iudice conueniat venditorem ad garandisandum, li. 2. q. 27  
 Episcopus an possit eximere, li. 1. qu. 3. nu. 2. & seqq.  
 Episcoporum potestas pendet a Pontifice, li. 1. q. 11. n. 7  
 Episcopi sunt exempti, & immediate Papae subiecti, lib. 1. q. 41  
 Episcopus an sedere possit pro tribunali in quouis loco sua diocesis, li. 2. q. 1.  
 Episcopus an derogare possit exemptionibus, li. 3. q. 4. per tot.  
 Episcopus an eximere possit a charitatiuo subsidio lib. 4. q. 8  
 Episcopus confert exemptis ordines, lib. 4. qu. 10.  
 Episcopus an celebrare possit in locis exemptis, li. 4. q. 17  
 Episcopus an punire possit exemptos in casu sibi commisso non obtemperantes, lib. 4. quest. 33  
 Episcopalis ordinis qua sint, li. 4. quest. 42. n. 1  
 Episcopalis canonica qua sit, lib. 4. q. 6  
 Episcopales casus sunt minores casibus Pontificijs, lib. 4. q. 76. vers. probatur.  
 Exceptio tacite dicitur reijci per progressum ad vltiora, li. 4. q. 92  
 Exceptio tacite vel expresse reiecta appellari potest, d. q. 92. in fin.  
 Exceptione exemptionis proposita in vim declinatorie, an illius probatio reseruanda sit post litem contestatam, lib. 2. q. 28  
 Exceptio declinatoria nouiter orta proponi potest, lib. 2. q. 16. n. 1  
 Exceptio exemptoris an opponi possit in vim peremptoriae, li. 2. q. 10. per tot.



I N D E X.

Exceptionem habens potest eam proponere coram Iudice suo, lib. 2. q. 4. n. 8. & 16  
 Exceptiones alia stant de per se, alia competunt stimulo actionis d. q. 4. n. 16  
 Excitata Iurisdicctio, vel delegata quando dicitur, v. sup. verb. delegata.  
 Excommunicatus sub conditione, an si pendente conditione eximatur, excon. municatione ligabitur, lib. 2. q. 39  
 Excommunicatio lata in exemptum non valet lib. 2. q. 40. n. 2  
 Excommunicatus an exemptionem allegare possit, lib. 3. q. 32  
 Excommunicari quis potest pro summa modica, lib. 4. q. 87. n. 2  
 Excommunicatio lata in Curialistas an sit valida, lib. 1. q. 32. n. 3  
 Excommunicatus in loco non exempto remanet excommunicatus, postquam redit in locum exemptum, lib. 2. q. 45. n. 35  
 Excommunicatorum sepulturam impedit Episcopus, lib. 2. q. 45. n. 44  
 Excommunicati in loco exempto sepulti extrahi debent, d. n. 44  
 Excommunicatus non perdit privilegium fori, lib. 3. q. 32  
 Excommunicati non perdunt beneficia defensiva, d. q. 32  
 Excommunicati an gaudeant Immunitate Ecclesie, lib. 4. q. 65. n. 2. & 6  
 Excommunicatus non agit ex lege diffamari, lib. 2. q. 4. n. 21  
 Executores debent gerere pixidem siue signum, lib. 1. q. 18. n. 6  
 Executionis bulla continere debet tenorem sententie, lib. 4. q. 64. n. 2.  
 Executores testamentorum possunt esse religiosi, lib. 1. q. 46. n. 11.  
 Executionem retardare quandoq. potest ordinarius expectando secundam infusionem, lib. 2. q. 14. n. 4.

Executio sententia in exemptos lata non spectat ad Ordinarium, lib. 2. q. 22. n. 6  
 Executione commissa an cognosci poterit de Iustitia sententie, libr. 2. question. 44. per tot.  
 Executores Testamentorum si sint exempti, an coram ordinario conveniri poterunt, lib. 4. q. 48. per tot.  
 Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos, lib. 4. q. 64. per tot.  
 Exemplari quomodo debeat exemptio, lib. 2. q. 24.  
 Emancipationum, Manumissionum, Privationis, Translationis Pralati in aliam Ecclesiam, Vasallorum, Scholarium, Clericorum, Habensium speciales Iudices. lib. 1. q. 1. n. 12. & seq.  
 Exempti precellunt ceteros honore, lib. 1. q. 1. n. 2  
 Exemptio est de reseruat. Papa, lib. 1. q. 3. n. 33. & q. 6. n. 13.  
 Formalis Ratio, Finalis Fautor S. Sedis, Quies exemptorum. Verum, Presumptum, Impulsiva Oppressio, Compensatio, Lis, Materialis Persona, Loca. lib. 1. q. 1. & seq. Es-

I N D E X.

Efficiens Pontifex, Episcopus, Imperator.  
 Effectus, Libertas a lege Diocesana, Iurisdictionis.  
 Exemptionum alia Reales, Personales, Immediata, Mediate, Quibus renuntiaripotest, Quibus non potest. lib. 1. q. 2.  
 Exemptionum alie sunt Generales Reales, Singulariter personales, Communiter personales, Singulariter, & communiter personales, Communiter tantum corporales. Reales, Singulariter personales, Communiter personales, Singulariter & communiter personales, Communiter tantum corporales. Speciales Limitata, Illimitata. lib. 1. q. 2.  
 Exemptio Concessione, 3 Prescriptione, 6 Participazione, 17 Communione, 26. quest. lib. 1. A Edificatione, 36 Accessione, 37 Alijsq. modis.

Exemptiones in dubio censentur reales, lib. 2. q. 2. n. 6. & 7.  
 Exemptio acquiritur prescriptione & privilegio, lib. 1. q. 1. n. 4  
 Exemptiones sunt stricti Iuris, lib. 2. q. 2. n. 7. & q. 4. per tot.  
 Exemptiones qualiter iudicentur reales, aut personales, lib. 2. q. 2. n. 10.  
 Exemptiones an sint favorabiles, vel odiosae, lib. 1. q. 4. per tot.  
 Exempti sunt digni honore, & prerogativa, lib. 1. q. 5. n. 2. & 15  
 Exempti magis subiiciuntur Papa, quam alij, lib. 1. q. 5. nu. 9. & lib. 4. q. 27. n. 2. & q. 86. n. 4.  
 Exemptio vniuersalis acquiri non potest, lib. 1. q. 6. n. 14  
 Exemptionis cognitio ad quem spectet, lib. 1. q. 8. n. 15.  
 Exemptiones sunt praiudiciales Reipublica, lib. 1. q. 11. n. 3. & seq.  
 Eximere an possit Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, Legatus, Pontifex. lib. 1. q. 3.  
 Exemptio surreptitie obtenta an valida, lib. 1. q. 49  
 Exemptio simpliciter concessa eximit ab omnibus, excepto Papa, lib. 2. q. 2. n. 13  
 Exemptio allegari debet in iudicio, lib. 2. q. 5. n. 8.  
 Exemptio pendente lite concessa an profit quoad illam litem, lib. 2. q. 15. per tot.  
 Exemptio ad postulationem, aut motu proprio concessa differunt, lib. 2. q. 19. n. 5. & seq.  
 Exemptione finita an conveniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis, lib. 2. q. 21



Exemptio ab omni Iurisdictione præscribi non potest, lib. 2. q. 25. n. 3  
 Exemptio an concedi possit Ecclesiæ confirmandæ li. 4. q. 96  
 Exemptiones an possint reuocari, lib. 3. q. 1  
 Exemptiones an amittantur per non usum, aut contrarium actum, libr. 3. quæst. 13. & 14

Exemptio nes an amittantur

Morte, Reuocatione, Cessatione, Sententia, Præscriptione, Non usu, Actu contrario, Delicto, Ingratitudine, Destructione, Mutatione, Vnionē, Excommunicatione, Si fiat damnosa.	} loci	lib. 3. per tot.
---	--------	------------------

Exemptio generalis an eximat à charitatiuo subsidio, lib. 4. q. 7  
 Exemptiones vniuersales an motu proprio, an ad postulationem concessa præsumantur, li. 4. q. 84  
 Exemptus à Legato non est exemptus ab ordinario, li. 1. q. 28. n. 1  
 Exemptus ab ordinario, est etiam exemptus à Legato, d. q. 28. n. 2  
 Exemptus à Iudice an censeatur exemptus ab illius delegato d. q. 28. n. 3  
 Exemptus contra exemptum an vtatur priuilegio, lib. 1. q. 44  
 Exemptus an possit esse arbiter, libr. 1. quæst. 45  
 Exempti an possint esse Tutores, libr. 1. quæst. 46  
 Exempti an sint idonei fidei iussores, lib. 1. quæst. 47

Exempti an censeantur alijs potentiores, lib. 1. q. 18  
 Excusio an fieri debeat exemptorum, li. 1. qu. 48. n. 5  
 Exempti non comprehenduntur sub appellatione Cæricorum, li. 2. q. 2. n. 12  
 Exempti an possint conueniri coram Ordinario ex lege d. ff. anari. C. de Ingen. & Manum. ff. lib. 2. q. 4  
 Exemptus citatus coram ordinario an teneatur comparere, & alligare suam exemptionem, lib. 2. q. 5. per tot.  
 Exempti comparantur extraneis, lib. 2. q. 19. n. 4  
 Exempti de gestis ante exemptionem coram quo conueniantur, lib. 2. q. 2. n. 4  
 Exempti agendo coram ordinario an teneantur prestare cautionem, lib. 2. q. 22. per tot.  
 Exempti an teneantur ad Canonicam Episcopalem, lib. 4. q. 6  
 Exemptum eximens è iudicio an teneatur edicto ff. ne quis eum, qui in ius vocatus, lib. 2. q. 8. n. 12  
 Expensa facienda non est, quam res non patitur, lib. 4. q. 87. n. 7  
 Expensa profusa aut delicata non sunt refundende, d. q. 87. n. 20. & 15  
 Expensas prestare debet, qui actum fieri postulat, lib. 2. q. 8. n. 5  
 Expensas luere an debeat exemptus, qui exemptionem non allegauit, lib. 2. q. 6. & 9  
 Expulsi ab ordinibus exemptis an retineant suam exemptionem, lib. 1. q. 20. n. 4  
 Extendenda est exemptio ex mente priuilegiantis, lib. 1. q. 13. n. 9  
 Extendaturne exemptio ad futura, lib. 1. q. 38. & lib. 4. q. 22  
 Extraneorum iure censeatur exempti, lib. 1. q. 46. n. 2. & lib. 2. q. 29. n. 4  
 Extranei minus subiciuntur ordinario, quam exempti, lib. 2. q. 45. n. 18

F.

Falsum deponens coram quo puniendus sit, li. 2. q. 35  
 Familia appellatione quid veniat, lib. 1. q. 30. n. 5.  
 Familiars exemptorum an sint exempti, li. 1. q. 30. per tot.  
 Familiars Papa an sint exempti, lib. 1. q. 32. n. 5  
 Familiars exemptorum an sint exempti, libr. 1. q. 29. n. 4. & lib. 4. q. 38. per tot. & d. qu. 30  
 Famuli temporales exemptione non gaudent, sed tantum perpetui d. q. 30. n. 9  
 Favor, & odium quando concurrunt, praualeat odium, lib. 4. q. 7. n. 13  
 Favorabilis est restitutio ad Ius commune, lib. 1. q. 4. n. 12  
 Favorabilis est Iurisdictione ordinario, ideo extendenda, li. 1. q. 4. n. 18. & 19  
 Fautore alicuius que sunt inducta non sunt conuertenda in odium, lib. 4. q. 58. n. 6.  
 Festos dies ab Episcopis indictos obseruare debent exempti, lib. 2. q. 4. n. 55  
 Feudalibus in causis Clerici subijciuntur Domino, lib. 4. q. 85. n. 3  
 Fideiussor exempti, qua cautela exemptione principalis debitorum gaudebit, lib. 2. q. 37. n. 18  
 Fideiussores agunt coram proprio suo Iudice, lib. 2. q. 4. n. 14  
 Fideiussores an esse possint exempti, & vbi conueniendi, lib. 1. q. 47.  
 Fictio retrotractiua non habet locum in censura, lib. 2. q. 39.  
 Finis, & non principium quando attendi debeat, lib. 2. q. 18. n. 4.  
 Fiscus succedens in Ius priuati vtitur iure priuati, lib. 1. q. 25. n. 4

G.

Fiscus interueniens trahit causam ad suum forum, lib. 2. q. 37. n. 4  
 Formulae quibus cognoscitur excitata, an delegati fuerit Iurisdictione, lib. 2. q. 14. num. 3.  
 Formula varia exemptionum, libr. 1. qu. 9. per tot.  
 Forenses, & exempti equiparantur, lib. 2. qu. 34. nu. 2. & v. sup. verbo Extraneorum, & inf. verb. Locus  
 Forum penitentiæ an prorogari possit, lib. 2. q. 7. n. 10  
 Forum a ieni iuris an prorogari possit, d. q. 7. per tot.  
 Forum quis sortitur in loco delicti, lib. 4. q. 32. n. 1  
 Forum penitentiæ quis non sortitur in loco delicti, lib. 4. q. 35. n. 2  
 Forum penitentiæ est improrogabile, d. q. 35. n. 3  
 Fratrum appellatione an comprehendantur sorores, lib. 1. q. 4. n. 10. & 11.  
 Frustrasti per priuata, quod potest fieri per pau-ciora, lib. 4. q. 87. n. 11  
 Frustra legis auxilium inuocat, qui in legem committit, lib. 4. q. 85. n. 6.  
 Fuga quando est periculum exemptus ab ordinario capi potest, lib. 4. q. 52  
 Fugitiuum debitorem creditor arrestare potest, d. q. 52. n. 2  
 Fugitiuus amittit priuilegia legalia, d. quæst. 52  
 Fugitiuus an allegare possit incompetentiam iudicis, d. q. 52  
 Fugiens ad Ecclesiam, vel locum exemptum an inde extrahi possit, li. 4. q. 65. per tot.

Generales ordinum iurisdictionem habent in religiosos etiam si exempti sint, aut Papa Capellani, lib. 2. q. 45. n. 51.



I N D E X.

Generales ordinum an Iurisdictionem habeant accumulatiue, vel priuatiue, lib. 1. q. 17. n. 22. & lib. 4. q. 88. n. 4. in fin.  
 Generales ordinum quam iurisdictionem habeant in sibi subditos, d. q. 17. n. 22.  
 Generali visitatori derogatur per specialem, d. n. 22  
 Generi per speciem derogatur, lib. 1. q. 17. n. 22. & lib. 4. q. 88. n. 4. in fin.

H.

**H**Aereditas adita non representat amplius defunctum, lib. 2. q. 20. n. 3  
 Heres citari debet ad resumendam causam, lib. 2. q. 18. n. 5  
 Heres exemptus an ex persona defuncti non exempti conueniri possit coram ordinario, lib. 4. q. 46  
 Heres ex privilegio communi declinare potest, secus ex proprio, d. q. 46. n. 1  
 Heres est eius conditionis, quo defunctus, d. q. 46. n. 3  
 Heres non exemptus an ratione defuncti exempti forum ordinarij declinare poterit. lib. 2. q. 18. per tot.  
 Hæretici exempti an subijciantur ordinario, lib. 4. q. 47  
 Hæresis eo in casu quomodo iudicanda, d. qu. 47. n. 4.  
 Hæretici an gaudeant immunitate Ecclesiastica, lib. 4. q. 65. n. 4  
 Hæreseos inquisitores possunt contra exemptos inquirere, lib. 2. q. 45. n. 58  
 Honore præcellunt ceteros exempti, lib. 1. q. 1. n. 2  
 Hospitalale aliud religiosum, aliud prophanum, lib. 4. q. 57  
 Hospitalia an sint exempta, lib. 1. q. 31  
 Hospitalium rectores an exempti, d. quæst. 31. n. 7

Hospitalarij an exempti, lib. 1. q. 32

I.

**I**doneus semel semper præsumitur idoneus, lib. 4. q. 45  
 Idoneus non præsumitur, si maior assumendus esset gradus, d. q. 45  
 Ignorans sibi exemptionem esse concessam, an exemptione gaudeat, lib. 1. quæst. 15. & lib. 3. q. 6  
 Ignorantia num operetur in receptionem legis, lib. 1. q. 50. n. 13  
 Ignorantia exemptionis non validat sententiam ordinarij, lib. 2. q. 15.  
 Ignoranti an noceat reuocatio exemptionum, lib. 3. q. 6. per tot.  
 Ignorantia constitutionis an præsumatur, lib. 4. q. 66. n. 6  
 Ignorantia an excuset à censuris, lib. 4. qu. 75. n. 5  
 Ignorantes non ligantur Concilio Tridentino, lib. 1. q. 50. n. 24  
 Immunitas loci prodest socio, lib. 1. q. 26. n. 1. & seqq.  
 Impensa facienda non est, quam res non patitur, v. in verb. Expensa.  
 Imperator & Papa fraternisunt, lib. 4. qu. 13. n. 5  
 Imperator lacerare Imperium non potest, d. qu. 13. n. 3  
 Impunitas delicti continetur. exempti puniri possunt ab ordinario, lib. 2. quæst. 5. num. 43  
 Indulgentias non concedunt Prælati exempti, lib. 4. q. 20. n. 4  
 Indulgentia Episcopales an prosint exempti, lib. 4. q. 50. per tot.  
 Incorrigibilis subijcitur ordinario, lib. 4. q. 88. n. 6  
 Ingratitudo an sit causa reuocationis privilegij,

I N D E X.

ij, lib. 3. q. 16.  
 Iniuria ex loco exempto in locum non exemptum facta à quo puniatur, lib. 1. q. 45. n. 30.  
 & 31  
 Iniuriam suam astimant exempti, lib. 2. q. 45. n. 91  
 Innouatio an probet exemptionem, lib. 1. q. 8. n. 9.  
 Innouatio priuilegij an requirat citationem, lib. 1. q. 2. n. 6  
 Inquirere an possit Conseruator, lib. 1. q. 39. nu. 24  
 Inquiri an possit contra hæreticos exemptos, lib. 1. q. 31. & lib. 4. q. 47  
 Instantia cepta contra exemptum an transeat in illius heredem non exemptum, lib. 2. q. 18. per tot.  
 Instantia cepta contra non exemptum an transeat in illius heredem exemptum, lib. 2. q. 19. per tot.  
 Instantia an transeat in monasterium, d. qu. 19. n. 9  
 Instantia laici an transeat in clericum, d. qu. 19. n. 7  
 Instantia cepta & rescriptum impetratum transit in successore, d. q. 18. n. 1  
 Interdictis ordinarij an ligentur exempti, lib. 4. q. 4  
 Interdictum quid sit, d. q. 14. n. 1  
 Interdictum ordinarij ferre non potest in exemptos, d. q. 14. n. 2  
 Interdicta quæ seruat Ecclesia matrix tenentur exempti obseruare, d. q. 14. n. 3  
 Interdictum aliud generale ordinarij, aliud Prælati exemptorum, d. q. 14. n. 6  
 Interdicti ne quis possit, an priuilegio concedi possit, d. q. 14. n. 8  
 Interpretari quis possit exemptiones, lib. 2. qu. 13  
 Interpretari cuius sit verba, d. q. 13. n. 13  
 Interpretatio Concilij Tridentini spectat ad Pontificem, lib. 1. q. 50. n. 23  
 Interesse principaliter quando dicatur, lib. 2. q. 36  
 Intervenire an possint exempti pro suis hominibus, d. q. 36. per tot.  
 Interueniens an causam ad suum forum trahere possit, lib. 2. q. 37. per tot.  
 Interuentio duplex, altera qua adffistitur tantum liti, altera verò qua principalis à lite liberatur, lib. 2. q. 37. n. 12  
 Inuentarium vbi conficiendum, lib. 2. q. 27.  
 Iudex procedendo ad vltiora, tacite censetur reuocare exceptionem, lib. 4. q. 52. in fin.  
 Iudex incompetens sic competens lato competentia decreto, lib. 2. q. 6. n. 6  
 Iudex defuncti est iudex heredis, lib. 2. qu. 19. n. 2  
 Iudex idem est preparantis & preparati, lib. 1. q. 16. n. 15. lib. 2. q. 4. n. 10. & q. 38  
 Iudex an cognoscat vtrum sibi competat Iurisdictio, lib. 2. q. 12  
 Iudices exemptorum æquiparantur delegatis, lib. 2. q. 11. n. 3  
 Iurare an possit secundum suam conscientiam exemptus coram ordinario in ius tractus, lib. 2. q. 32. per tot.  
 Iuramentum licet desisuum an deferri possit exempto litiganti coram ordinario, lib. 2. q. 35. n. 4  
 Iuramentum cui præsent exempti, lib. 4. q. 16  
 Iuramentum fidelitatis an exempti præsent Episcopo, d. q. 16  
 Iure diuerso quid censer non debet, lib. 4. q. 85. n. 5  
 Iurisdictio aliquando competit accumulatiue, aliquando priuatiue, lib. 1. q. 17. n. 22  
 Iurisdictio alia est cognitionis extraiudicialis, alia cognitionis iudicialis, lib. 4. q. 83. n. 2  
 Iurisdictio voluntaria qua sit, lib. 1. q. 46. n. 8  
 Iurisdictio excitari. vel deligari quando censeatur, lib. 2. q. 14. per tot.



*Iurisdicchio ordinarij favorabilis, lib. 1. q. 4. n. 19*  
*Iurisdictionum in concursu quid agendum, li. 1. q. 39. n. 16*  
*Iurisdictionem qualem teneant Prelati exempti in suos, l. b. 4. q. 20. per tot.*  
*Iurisdictionem in exemptis usurpantes quas incurrant censuras, aut pœnas, lib. 4. q. 75*  
*Ius patronatus si perveniat ad exemptos, ad quem spectabit collatio, lib. 4. q. 8*  
*Iusio secunda quando expectanda, lib. 2. q. 13. n. 5*

L.

**L**atici in merè temporalibus subijciuntur  
*Papæ, li. 4. q. 79*  
*Laicus post delictum factus Clericus non puni-  
 tur à Laico, lib. 1. q. 15. n. 4*  
*Laicus an constituere possit tutores Clericos,  
 lib. 1. q. 46. n. 15*  
*Laicus coram quo conficere debeat Inventa-  
 rium, lib. 2. q. 10*  
*Laudum exempti, & non exempti reuocari  
 debet per superiorem exempti, lib. 1. q. 26. n. 3. & q. 45. n. 3*  
*Lecturus magis credendum, quam Doctorum  
 consilij, lib. 2. q. 7. n. 1*  
*Legatus an utatur clausula irritante, lib. 4. q. 63. n. 4*  
*Legati à latere comprehenduntur appellatio-  
 ne S. Sedis, lib. 4. q. 5. n. 1*  
*Legatus an vnire possit beneficia, li. 4. q. 31. n. 8*  
*Legatus in omnibus concurrat cum ordinario,  
 lib. 4. q. 3. n. 1*  
*Legatus a- }  
 tus a- }  
 lius } a latere, } lib. 2. q. 2. n. 1*  
*Legatus a latere an possit eximere, lib. 1. q. 3. n. 13*  
*Legati non possunt derogare Iuri, li. 1. q. 3. n. 13*  
*Legatus est maior ordinario, lib. 1. q. 28. n. 1.*

*Legati cum potestate Legati de Latere au-  
 thoritas, lib. 2. q. 2. n. 2*  
*Legati à latere proprie sunt soli Cardinales,  
 d. q. 1. n. 5 & 16*  
*Legati an iurisdictionem habeant in exem-  
 ptos, d. q. 2. per tot.*  
*Legatorum commissiones sunt diligenter in-  
 spicienda, & sequenda, d. q. 2. n. 17*  
*Legati potestas est odiosa, & restringenda, d. q. 2. n. 20*  
*Legatus an, & quando concurrat cum ordi-  
 nario, d. q. 2. n. 18. & seqq.*  
*Legatus est inferior in causa specialiter ordi-  
 nario commissa, d. q. 2. n. 19*  
*Legati habent ius reuocandi domum, lib. 2. q. 5. n. 8*  
*Legatus se non interponit in causis appellatio-  
 num ad Papam interpositarum, lib. 2. q. 42. n. 6*  
*Legatus à latere absoluit exemptos, lib. 2. q. 50. n. 6*  
*Legatus an reuocare possit exemptiones, lib. 3. q. 3. per tot.*  
*Legatus non potest statuere contra ius, li. 3. q. 3. n. 3*  
*Legato reuocato an eius gesta postea subsi-  
 stant, l. b. 3. q. 6. n. 2*  
*Legatus à latere an præstet authoritatem in  
 alienatione rerum exemptarum, lib. 4. q. 3*  
*Legatus à latere an confirmet electiones ex-  
 emptorum, lib. 4. q. 5*  
*Legatus an conferat beneficia exempta, l. b. 4. q. 26*  
*Legatus à latere dicitur diocesanus exempto-  
 rum, d. q. 26. n. 2*  
*Legatus an vnire possit beneficia exempta, lib. 4. q. 31. n. 8*  
*Legati à latere non possunt impedire conser-  
 uatores, lib. 1. q. 39. n. 17*  
*Legatus habens facultatem de causis appella-  
 tionum cognoscendi à iudicibus authorita-  
 te S.*

*re S. Sedis delegatis, an possit cognoscere de  
 causis appellationum à Conseruatore in-  
 terpositarum, d. q. 39. n. 28*  
*Legati à latere adiri possunt per exemptos via  
 appellationis, lib. 2. q. 42. n. 5*  
*Legatus se non intermiscet de his, quæ Ponti-  
 fex sibi reseruauit, lib. 4. q. 3. n. 1. vers. Ratio.*  
*Legatus absoluit à iuramento, d. q. 3. n. 1*  
*Legem querere, quando habemus rationem, est  
 infirmitas intellectus, lib. 2. q. 21. n. 2*  
*Legis ratio est pro lege, lib. 2. q. 21. n. 2*  
*Legis desuetudo non oritur, si casus ei contra-  
 rius non occurrat, lib. 1. q. 50. n. 13. & 14*  
*Leges posteriores declarantur per priores, lib. 4. q. 77. n. 4*  
*Lex non recepta non ligat, lib. 1. q. 50. n. 8*  
*Lex an præsumatur recepta, d. q. 50. n. 12. & li. 4. q. 66. per tot.*  
*Lex pro parte tantum recepta, pro parte tan-  
 tum ligat, lib. 1. q. 50. n. 29. & lib. 3. q. 18*  
*Lex diffamari: C. de ingen. & manumiss. an  
 locum habeat in exemptis, lib. 2. q. 4. per tot.*

**[** *Causarum audientiam,*  
**]** *Collatione Sacramentorū, ]*  
*Lex quanto tempore tollatur, lib. 1. q. 50. n. 29. & lib. 3. q. 18*  
*Libellus in causa exemptionis quomodo for-  
 mandus, lib. 2. q. 25*  
*Licentiam an satis sit petere, licet non obti-  
 neatur, lib. 4. q. 12. n. 1. & 4. & q. 77. n. 1*  
*Licentia an actum præcedere debeat, vel satis  
 sit si sequatur, d. q. 12. n. 4*  
*Limes qualiter consideretur, lib. 1. q. 2. n. 18*  
*Lite contra ordinarium super exemptione  
 pendente, possessio est continuanda, l. 2. q. 25*  
*Lite pendente concessa exemptio an subsistat,  
 l. b. 1. q. 16. per tot.*  
*Litigiosares in exemptum translata an fiat e-  
 ius fori, lib. 1. q. 48. n. 7*  
*Litispendingia non oritur ex iudicio ex neces-  
 sitate suscepto, lib. 4. q. 72. n. 5*  
*Locus congruus est arbitrarius, lib. 1. q. 8. n. 13*  
*Locus destructo an censetur amissa exemptio,  
 lib. 3. qu. 19. per tot.*  
*Loco restaurato an recuperentur priuilegia, li. 3. q. 20. per tot.*  
*Locus mutato, & in alium translato, an per-  
 dantur exemptiones, lib. 3. q. 21*  
*Locorum vnione an amittantur priuilegia, li. 3. q. 12*  
*Loci certi habitatoribus exemptio concessa  
 quid operetur, lib. 3. q. 28*  
*Locus exemptus, & extra territorium equi-  
 parantur, lib. 4. q. 54. nu. 2. & vide verb. Fo-  
 rensis.*  
*Locus exemptus sitne de diocesi, aut in diocesi,  
 lib. 4. q. 55*  
*Loca ad exempta confugientes an, & quando  
 extrahi possint, lib. 4. q. 65. per tot.*  
*Louaniensis scholarius agere debet contra scho-  
 larem Duacensem coram iudice Duacensi,  
 lib. 1. q. 44 (verbo Processionibus.*  
*Lythanijs interesse an debeant exempti, v. in*

Lex duplex	Dioecesis completitur	Cathedraicum,	lib. 1. q. 15
		Oblationem decimarum, Charitatum subsidium, Itionem ad exequias, Prædicationem, Legationem, Leta: ius, siue processiones, Angarias, Vexationes quasuis.	
Dioecesis completitur	lib. 1. q. 15	Obedientiam, Subiectionem, Reuerentiam, Institutionem, Correctionem, Reformationem, Canonice Episcopalem, Iurisdictionem, Dispensationem, Pœnitentiæ inductionem,	



M.

- M** Agis creditur lecturis quam consilijs, lib. 1. q. 7. n. 1  
 Maior pars minori praiudicare quando possit, lib. 3. q. 26  
 Magis dignum trahit ad se minus dignum, li. 1. q. 45. n. 4  
 Mandato non est opus ad impetrandam alicui exemptionem, li. 4. q. 78  
 Mandatio an sit opus ad impetrandum alicui rescriptum, d. q. 78. in fin.  
 Manus Papa apposto: quid operetur, lib. 2. q. 5. n. 15  
 Manum sibi ligare non potest Pontifex, lib. 3. q. 1. n. 2  
 Mare magnum tantum est per Conc. Trident. reuocatum, in quantum illi repugnat, lib. 4. q. 76. n. 1  
 Masculinum quando concipiat sœmininum, lib. 1. q. 4. n. 11  
 Materia subiecta semper est inspicienda, lib. 4. q. 70. n. 2  
 Miserabiles persona subiiciuntur Episcopo, li. 1. q. 46. n. 18. & li. 2. q. 45. n. 71  
 Miserabiles alij sunt actu, & habitu, alij habitu, aut actu tantum, d. n. 18  
 Modicis in causis an appellari possit, li. 4. q. 87. n. 1  
 Modicis in causis maiores Iudices adiri non debent, d. q. 87. n. 8  
 Modica & maxima causa, d. q. 8. n. 1  
 Modica causa qua sint, li. 4. q. 87. n. 5  
 Mercenarij exemptorum an sint exempti, lib. 1. q. 30. n. 6. & 9. & li. 4. q. 38. n. 13  
 Monachorum correctio ad quem spectet, lib. 4. q. 88. per tot.  
 Monasterij exemptio non extenditur ad capellas, li. 1. q. 3. n. 2  
 Monasteria exempta sunt à lege diocesana, li. 1. q. 16. n. 1  
 Monasteriorum exemptio quousque se extendat, d. q. 16. n. 2.  
 Monastica dicuntur esse in diocesi, lib. 4. q. 88. n. 1  
 Monachus agere potest contra Abbatem, lib. 4. q. 73. n. 1  
 Monasteria an comprehendantur sub appellatione diocesis, li. 4. q. 74.  
 Monasteria an comprehendantur appellatione Ecclesiarum, li. 4. q. 81. n. 4  
 Monasterium reductum ad statum secularem retinet exemptionem, li. 3. q. 24. n. 1  
 Monasteria de iure subiiciuntur Episcopo quoad legem Iurisdictionis, non autem quoad legem diocesana, li. 1. q. 15. & 16. & li. 2. q. 45. n. 7.  
 Monasteria exempta cogi possunt ab Episcopo ad clausuram, d. q. 45. n. 15.  
 Monachus incedens sine habitu punitur ab Episcopo, li. 2. q. 45. n. 33.  
 Monacho male à suo Prelato tractato qualiter prouideatur, lib. 4. q. 73  
 Monasterio destructo an pereant illius priuilegia, lib. 3. q. 19. n. 7  
 Moniales exempta ab Episcopo visitari possunt, lib. 4. q. 53  
 Morte concedentis an expirent exemptiones, lib. 3. q. 5. per tot.  
 Mortuo domino expirat exemptio famuli, lib. 1. q. 29. n. 4  
 Mora quando est periculum, receditur à regulis iuris communis, lib. 4. q. 1. n. 4  
 Mora quando est periculum, non est opus citatione, lib. 1. q. 12. n. fin.  
 Mutatione persona mutatur priuilegium, lib. 2. q. 20. n. 4. & q. 21. n. 2. & li. 4. q. 46. n. 4  
 Mutatione status an amittatur exemptio, lib. 3. q. 24

Mu.

Munus ordinarium quod sit, lib. 4. q. 9. n. 4

N.

- N**ecessarium tripliciter dicitur, lib. 4. qu. 87. n. 16  
 Necessitas non habet serias, lib. 4. q. 51. n. 3  
 Necessitatis causa multa sunt introducta, d. q. 51. & eodem lib. 4. q. 1. n. 9  
 Negligentiam Ecclesiastici supplet laicus, lib. 2. q. 8. n. 10  
 Negligentiam exemptorum quis suppleat, lib. 4. q. 30  
 Negligentia quando dicatur committi, d. qu. 30. n. 1. & q. 50. & 51  
 Negligentia Prelati exempti an praiudicet subditis, lib. 4. q. 60  
 Negligentia Prelati non appellantis praiudicat Ecclesia, lib. 3. q. 3. n. 9  
 Notorietas delicti subiicit exemptos ordinario, lib. 2. q. 45. n. 61  
 Notorij circumstantia an spectent ad cognitionem conseruatoris, lib. 1. q. 39. n. 9. 10. 25  
 Notoria exemptio an allegari debeat, lib. 2. q. 5. n. 9 & 23  
 Notoria consuetudo allegari non debet, v. sup. v. Consuetudo.  
 Notorium Index prasumitur scire, d. q. 5. n. 32  
 Nouitij an sint exempti, lib. 1. q. 19. n. 7  
 Nouitio decedente ab intestato succedatne ei monasterium, an proximiores consanguinei, d. q. 19. n. 9. & 11  
 Nullitas proponi potest post longum tempus, lib. 2. q. 40. n. 5  
 Nullitas non sanatur etiam lato competentia decreto, lib. 2. q. 7. n. 8  
 Nullitas sententia contra exemptum lata semper proponi potest, v. inf. verb. Sententia. & d. q. 40. n. 5. & q. 7. n. 8  
 Nuntius Apostolicus v. Legatus.

O.

**O**bedientia Prelati exempti an inducat quasi possessionem subiectionis, l. br. 3. q. 11.

- O**blati religionibus exemptis an sint exempti, lib. 1. q. 19. per tot.  
 Oblationes cuius sint, cum Episcopus celebrat in loco exempto, lib. 4. q. 8  
 Obligatio Cameralis an subiiciat exemptos ordinarijs, lib. 2. q. 46. per tot.  
 Obligationis Cameralis vis, & energia, d. qu. 46  
 Obligationis Cameralis vigore Clerici conueniri non possunt coram alieno iudice, d. q. 46. n. 4. & 9  
 Obligatio in aliam transfusa datur cum priuilegijs suis qualitatibus, lib. 3. q. 21. n. 3.  
 Odiosa est iurisdictione Conseruatorum, lib. 1. q. 39. n. 30  
 Odiosa est iurisdictione Legatorum, lib. 2. q. 2. n. 20. & v. sup. verb. Legatus.  
 Odiosa sunt exemptiones, ideo restringenda, lib. 1. q. 4. per tot.  
 Officiale vtrum Episcopus deputet in loco exempto, lib. 2. q. 45. n. 119  
 Officiales Papa an exempti, lib. 1. q. 31. per tot.  
 Officiales Pape an possint via inquisitionis molestari, d. q. 32  
 Officialis an possit esse Conseruator, lib. 1. q. 39. n. 4  
 Officiorum ratione an exempti possint coram ordinario conueniri, lib. 2. q. 45. n. 64. & nu. 117  
 Omisio licentia est legis solemnitas, li. 2. q. 34. n. 4  
 Omissum remanet in dispositione iuris communis, lib. 4. q. 18. n. 2  
 Opinio media cligenda est, lib. 4. q. 19. n. 3  
 Opiniones rusticorum more non sunt secunda per



per medium, d. n. 3  
 Opinio vltima Doctorum videtur amplectenda, lib. 4. q. 83. n. 3. in fin.  
 Ordinarius exemptorum est Papa, lib. 2. q. 48  
 Ordinariorum potestas pendet à Pontifice, lib. 1. q. 11. n. 7  
 Ordinarius presumptiuè fundatam habet iurisdictionem per totam suam diocesim, lib. 1. q. 8. n. 2. & 3  
 Ordinarij & diocesani differentia, lib. 1. q. 1. n. 6 & seqq.  
 Ordinarij appellatione qui comprehendantur, d. q. 1. n. 9  
 Ordinaria iurisdictione valde fauorabilis, lib. 1. q. 4. n. 19  
 Ordinarius an poterit cognoscere vtrum competat ei iurisdictione in exemptos, lib. 2. qu. 12. per tot.  
 Ordinarij à Papa an sint exempti, lib. 1. q. 21  
 Ordinarij Episcopalis quæ sint, lib. 1. q. 6. n. 17  
 Ordinarij Episcopalis postulari debent ab Episcopo, d. n. 17  
 Ordines an Episcopus exempti conferat, lib. 4. q. 11  
 Ordines qui sint exempti, lib. 1. q. 17 per tot.  
 { Prædicatorum,  
 Franciscanorum,  
 Augustiniensium,  
 Carmelitarum,  
 Participantium in eorum priuilegijs, } an exemptus, lib. 1. q. 17  
 Ordines participantes in priuilegijs aliorum quot, & quales sint, d. q. 17. n. 16  
 Ordines habentes generalem an sint exempti, lib. 1. q. 17. n. 22  
 Ordines facile eximuntur, d. q. 17. n. 31  
 Ordinarij Episcopalis quæ dicantur, lib. 4. q. 42. n. 1.  
 Origo exemptionum, v. sup. verb. exemptiones.  
 Otiantes Scholares non gaudent priuilegio Scholartium, lib. 1. q. 20. n. 2. & 3

Otiantes Curiales an gaudeant priuilegio Curialistarum, lib. 1. q. 32. n. 4

P.

Pacti vim an habeat iuramentum coram iudice incompetente præstitum, lib. 2. q. 32. n. 3  
 Palatium Episcopale continetur appellatione loci sacri, lib. 4. q. 65. n. 1  
 Pastores sunt coadiutores Episcopi, lib. 4. q. 18. n. 4. in fin.  
 Papa potest punire, non tamen potest à Romana Curia, lib. 2. q. 3. n. 4. 14. & 15  
 Papa non potest eximere, vt quis non possit excommunicari, d. n. 15. & 16. q. 3  
 Papa non potest sibi ligare manus, d. q. 3. n. 17  
 Papa in mere temporalibus iurisdictionem non habet in laicos, lib. 1. q. 3. n. 18  
 Papa est diocesanus exemptorum, lib. 1. q. 5. n. 8.  
 Par in parem non habet imperium, lib. 2. q. 47. n. 1  
 Parisiæ eadem est dispositio, lib. 4. q. 1. n. 7. & v. verb. A Equiparatorum.  
 Paria dicuntur fieri extra territorium, vel in loco exempto, lib. 2. q. 45. n. 3  
 Participatio alienorum priuilegiorum quid importet, lib. 1. q. 17. n. 17. lib. 4. q. 70. n. 5  
 Pater veniens ad defensionem filij potest eius confessionem reuocare, lib. 2. q. 51. n. 7  
 Pater potest vindicare seu repetere suum filium, lib. 1. q. 8. n. 1  
 Patriarcha qui sint, lib. 1. q. 3. n. 12  
 Patriarchæ an possint eximere, d. n. 12  
 Patriarchæ per totum orbem sunt tantum quatuor, d. n. 12  
 Peregrinantes non gaudent indulgentijs alterius diocesis, lib. 4. q. 58. n. 4  
 Peregrinantes Romam an in itinere fruantur indulgentijs, lib. 1. q. 19. & q. 32. n. 7

Per-

Permissum vni censetur alijs prohib. tum, lib. 1. q. 45. n. 1  
 Persona mutata mutatur actio, lib. 2. qu. 19. n. 10. & q. 20. n. 4  
 Pœna priuationis non est extendenda, lib. 4. q. 94. n. 3  
 Pontificis insigne encomium ex D. Bernardo, lib. 1. q. 13. n. 14  
 Pontificis est cognoscere de exemptione, lib. 2. q. 13. per tot.  
 Pontifex à Romana Curia eximere non potest, lib. 1. q. 3. n. 15  
 Pontifex sibi ligare manus non potest, lib. 1. q. 3. n. 17  
 Pontifex est diocesanus exemptorum, lib. 1. q. 5. n. 8  
 Populo exempto Ecclesia non censetur exempta, lib. 1. q. 13. n. 5  
 Populus Ecclesie exempta subijcitur Episcopo, lib. 2. q. 45. n. 23  
 Portio exempti an accrescat non exemptis, lib. 1. q. 42  
 Portione congruam exempti assignare coguntur, lib. 2. q. 45. n. 88 & seqq.  
 Possessio non releuat à priuatione exemptionis, lib. 1. q. 6. n. 3  
 Possessio incorporalium quomodo acquiri possit, lib. 3. q. 11. n. 2  
 Potentiores an dicantur exempti, lib. 1. q. 38  
 Praxis est lucerna iuris, lib. 2. q. 3. n. 8  
 Præiudicium tertij quando dicatur verti, lib. 1. q. 38. n. 4  
 Prælatus non appellando præiudicat Ecclesie, lib. 1. q. 3. n. 9  
 Prælatus qualem iurisdictionem habeant in suos subditos, lib. 4. q. 20  
 Prælatus an iurisdictionem habeant cum Episcopo cumlatiuè, vel priuatiuè, lib. 4. q. 88. n. 5  
 Prælatus præiudicare possunt in quærendis, sed non in quæsitis, lib. 1. q. 35. n. 9

Prælatus an habeant iurisdictionem separatim, vel cum Capitulo, lib. 4. q. 89  
 Præscriptione immittitur exemptio, lib. 3. q. 12  
 Præscriptio qualiter articulari debeat, lib. 2. q. 25. n. 2  
 Præscriptione centenaria an gaudeant Ecclesia exempta, lib. 1. q. 35. n. 9  
 Præscriptione acquiri potest exemptio, lib. 1. q. 6. per tot.  
 Præscriptio immemorialis quomodo articulanda, d. q. 6. n. 9  
 Princeps exemptiones concedere potest, lib. 1. q. 3. n. 1  
 Principi ministeriales an exempti, lib. 1. q. 30. n. 11  
 Principe deposito an durent eius priuilegia, lib. 3. q. 5. n. 9  
 Principis intentio sufficit ad derogationem, lib. 3. q. 9. n. 9  
 Princeps probabiliter ignorans exemptionem non presumitur eam reuocasse, lib. 3. q. 9. n. 4  
 Princeps non presumitur tollere iura tot vigilijs promulgata, lib. 3. q. 9. n. 2  
 Princeps cum actoris partes sustinet, iudex est suorum subditorum, nisi aliter sœdere iudicatum sit, lib. 4. q. 85. n. 1  
 Principes non comprehenduntur sub generali dispositione, d. q. 85. n. 2  
 Principis quanta potestas, lib. 2. qu. 5. nu. 7. & 8.  
 Princeps an eximi possit à Romana Curia, lib. 1. q. 3. n. 16.  
 Princeps an eximi possit, ne excommunicetur, d. q. 3. n. 14. & 16  
 Princeps reuocans exemptiones datas in vim contractus presumitur circumuentus, lib. 3. q. 1. n. 6  
 Principium & non finis quando attendi debeat, lib. 2. q. 18. n. 4  
 Principium, & non finis attenditur in delictis, lib. 4. q. 65. n. 6. in fin.

Pri-



I N D E X

*Priuilegium aliud proprium, aliud commune,* lib. 1. q. 1. n. 5  
*Priuilegium tenor semper inspiciendus,* libr. 1. q. 2. n. 9. & 10  
*Priuilegia consideranda ex mente Principis,* d. n. 10. & eod. lib. 1. q. 4. n. 2. q. 43. n. 2  
*Priuilegia extenduntur resp. Eui concedentis, sed non resp. terti, lib. 1. q. 4. n. 15  
 Priuilegium fauorabilius prescriptione,* libr. 1. q. 6. n. 6  
*Priuilegium registrari debet intra tres menses* lib. 1. q. 7. n. 9  
*Priuilegium vt proficit, an debeat innotuisse,* d. q. 7. n. 6.  
*Priuilegia & rescripta differunt* lib. 1. q. 11. nu. 4.  
*Priuilegium an prauidet non citato* libr. 1. q. 12. n. 1  
*Priuilegium concessum terre an censeatur concessum personis,* lib. 1. q. 13. n. 11  
*Priuilegia strictè intelligenda,* lib. 1. q. 14. n. 6  
*Priuilegij retorcutio an sit permissa* lib. 1. q. 17. n. 9  
*Priuilegiatus non utitur priuilegio contra concedentem,* lib. 1. q. 17. n. 21  
*Priuilegiatus contra priuilegiatum an utatur priuilegio* lib. 1. q. 44  
*Priuilegium perditur delicto,* lib. 1. q. 20. n. 2  
*Priuilegia sunt facti idèò probari debent,* lib. 1. q. 8. n. 1. & q. 22.  
*Priuilegium extenditur ad augmentum,* lib. 1. q. 37. n. 1  
*Priuilegiata persona excuti non debent,* libr. 1. q. 48. n. 6  
*Priuilegium superueniens pendente lite an proficit,* lib. 2. q. 16. n. 7  
*Priuilegio concesso ne quis ab ordinario excom nunciari possit, an saltem coram eo contemneri poterit,* lib. 2. q. 49  
*Priuilegia ad instar aliorum quid importent,* lib. 1. q. 17. n. 17

*Priuilegium ne quis excommunicetur an valeat,* lib. 4. q. 13  
*Priuilegium affectatum an proficit,* lib. 4. quæst. 71  
*Priuilegio suo exempti an possint renuntiare,* lib. 2. q. 7. n. 2. & latius lib. 3. q. 34  
*Priuilegia redacta in volumen statutorum regulantur ad instar statutorum, quæ facile non reuocantur,* lib. 3. q. 9. n. 2. & 3  
*Priuilegij prætextu crescere non debet flagitiorum auctoritas,* lib. 3. q. 17  
*Priuilegium debet amittere, qui permissi sibi ab utitur pot. st. ut,* d. q. 17  
*Priuilegium concedi potest Ecclesie construenda,* lib. 1. q. 96  
*Priuilegij parte reuocata in alijs inducitur confirmatio,* lib. 3. q. 18. n. 1  
*Priuilegium amittitur, si incipit esse damnosum,* lib. 3. q. 28  
*Probari debet exemptio, & qualiter,* lib. 1. q. 8. per tot. & lib. 1. q. 3  
*Probatio concludere debet necessario,* lib. 1. qu. 10. n. 7  
*Probatio per priuilegium est euidenissima,* lib. 4. q. 9. n. 6  
*Professionibus interesse quando debeant exempti* lib. 1. q. 45. n. 50. & 109  
*Processus Iudicis habentis iurisdictionem exceptione elidibilem valet,* lib. 2. q. 6. n. 5. & 19  
*Proco sul non cognoscit de causis fiscalibus,* lib. 4. q. 32. n. 3  
*Procurator in rem suam utitur proprijs exceptionibus,* lib. 3. q. 37. n. 7  
*Procurator constitutus contra omnem personam non poterit agere contra Capitulum,* lib. 1. q. 23. n. 7  
*Proficientes Romam sunt exempti,* lib. 1. qu. 32. n. 7  
*Promulgatio an sit de substantia consilij, aut legis,* lib. 1. q. 50. n. 4. & 22

Pro-

I N D E X

*Exemptos, Clericos, Laicos, Vasallos, Scholares, Forenses,* } lib. 1. q. 45. n. 5.  
 Proportio }  
 Proportio inter }  
*Prorogari an possint Iudices exemptorum,* lib. 2. q. 11. per tot.  
*Prorogari an possint delegati,* d. q. 11  
*Prorogatio necessaria qua dicatur,* lib. 2. q. 29. n. 7  
*Prorogare iurisdictionem ordinarij vtrum exempti possint,* lib. 2. q. 7. per tot.  
*Prorogare non licet, quando competentie decretum non predest,* lib. 2. q. 7. n. 9  
*Protestationis vis, & varij effectus,* lib. 3. qu. 27. n. 4. & li. 4. q. 66. n. 2. & seqq.  
*Protestatio interposita in solutione procuratoris, vel alterius oneris inducit malam fidem; impedit prescriptionem, facit solutionem precariam, & conseruat ius integrum protestantis,* d. q. 27. n. 4  
*Protestatio interposita in solutione redditus, operatur, vt soluens ad continuationem solutionum conueniri non possit,* d. q. 27. n. 5  
*Protestatio tum demum suos effectus operatur, cum aduersarius illi acquiescit,* d. q. 27. n. 7. & lib. 4. q. 66. n. 4  
*Protonotarij an sint exempti,* libr. 1. qu. 18. per tot.  
*Protonotarij qui sint,* d. q. 18  
*Protonotarij dicuntur primi notarij,* d. qu. 18. n. 1  
*Protonotarij sunt in dignitate constituti,* d. q. 18. n. 2  
*Protonotarios Leo Papa exemit,* d. q. 18. n. 3  
*Protonotarios Concilium Lateranense subiecit potestati ordinarij certis in casibus,* d. q. 18  
*Protonotarij iuxta Concil. Trid. subiiciuntur Episcopo, tanquam S. Sedis delegato,* d. q. 18. n. 5

*Publicatio an sit de substantia legis, v. verb. Promulgatio.*  
*Punire an possit Episcopus exemptos sibi in casu à iure permissio non obtemperantes,* lib. 4. q. 33

Q.

*Qualitas potentior præponderat, & est attendenda,* lib. 2. q. 33. & v. in verb. Maius dignum.  
*Qualitas extincta an, & quando reuiviscet,* lib. 3. q. 23. n. 2  
*Quæstiones non oportet rusticorum more secare per medium,* lib. 4. q. 9. n. 3  
*Quæstio est stulta, quæ caret ratione dubitandi,* lib. 4. q. 71. n. 1  
*Quæstio emergens decidenda est ante ingressum alterius negotij* lib. 4. q. 92  
*Questores puniuntur ab ordinario,* lib. 2. q. 45. n. 96

R.

*Ratio legis habetur pro lege,* lib. 2. quæst. 21. n. 2  
*Ratione dubitandi quæstio carens est stulta,* lib. 4. q. 71. n. 1  
*Rationem reddere coram ordinario compelluntur testamentorum executores, si sint regulares, seu si alicj,* lib. 1. q. 46. n. 12. & 13. & lib. 4. q. 48.  
*Rationabilis causa qua dicatur,* lib. 2. qu. 1. nu. 11  
*Reatus omnem honorem excludit* lib. 3. q. 17. in fin.  
*Reconueniri an possit exemptus coram ordinario,* lib. 2. q. 29. per tot.  
*Reconueniri clericus an possit coram iudice laico,* d. q. 29. n. 1. & 3.  
*Reconueniri an possit vasallus coram paribus* d. Curia,



I N D E X.

Curia, d. q. 29. n. 4  
 Reconuentio permittitur coram delegato ad  
 vnam causam, d. q. 29. n. 8  
 Reconuentio est necess. r. i. a quadam proroga-  
 tio, d. q. 29. n. 7  
 Reconuentio venit consecutiue ad causam  
 conuentionis, d. q. 29. n. 9  
 Reconuentionali in causa quis curatorem da-  
 bit, d. q. 29. n. 15  
 Regij Capellani an sint exempti, lib. 1. q. 3. n. 9  
 Relatio ad aliud priuilegium quid importet,  
 lib. 4. q. 61. & 70. vbi late.  
 Religiosi exempti an transire possint ad stri-  
 ctionem regulam, lib. 4. q. 12  
 Religiosi nomine comprehenditur nouitius, li.  
 1. q. 19. n. 12  
 Remedium aliud alio pinguius semper ample-  
 cti licet, lib. 4. q. 91. n. 7  
 Remedia tendentia ad eundem effectum cu-  
 mulare licet, & electio vnius alteri viam  
 non precludit, d. q. 91.  
 Remissio exempti ad suum iudicem cuius fiet  
 expensis, lib. 2. q. 8  
 Renuntiare non possunt exempti sua exem-  
 ptioni, lib. 2. q. 7. n. 2. & lib. 3. q. 34. vbi distin-  
 guitur.  
 Renuntiare non possunt exempti suo priuile-  
 gio etiam cum iuramento, d. q. 7. nu. 3. in  
 fin.  
 Rescriptum quid sit lib. 4. q. 87. n. 3  
 Rescripta ad lites surreptitia quandoq. i. s. o.  
 iure nulla sunt, d. q. 87. n. 13  
 Rescriptum ipso iure nullum, & validum sed  
 elidibile per exceptionem longe differunt,  
 lib. 1. q. 50. n. 19  
 Rescriptum ius non prebet ante presentatio-  
 nem, lib. 4. q. 63. n. 3  
 Rescriptum transit in successorem, lib. 2. qu. 18.  
 n. 1  
 Rescriptum facere mentionem debet omnium,  
 qua Principis animum huc illuc mouere

possent lib. 1. q. 49. n. 3. & lib. 2. q. 3  
 Rescripta & priuilegia differunt, lib. 1. q. 11. n.  
 4.  
 Rescripta gratia & iustitia differunt lib. 1. qu.  
 49. n. 1  
 Rescriptum contra exemptos an facere debeat  
 mentionem exemptionis, lib. 2. q. 3  
 Rescriptum continere debet plenam enarra-  
 tionem omnium d. q. 3  
 Restitutionem in integrum coram quo iudice  
 exemptus petere possit, lib. 4. q. 83  
 Restitutio tantum adfert, quantum abstulit  
 lesio, lib. 4. q. 20. n. 9  
 Retorcutio priuilegij an permissa, lib. 1. q. 17. n.  
 19  
 Restaurato loco an restituantur priuilegia lib.  
 3. q. 20. per tot.  
 Restaurator nunquam est idem numero, d. qu.  
 20. n. 2  
 Restaurata seruitus non dicitur noua, sed pri-  
 stina, d. q. 20. n. 4  
 Restauratus pons recuperat priora iura, d. qu.  
 20. n. 8  
 Restauratio tantum adfert, quantum abstule-  
 rat destructio, d. q. 20. n. 9  
 Restauratio tantum non adfert, quantum ab-  
 stulerat destructio, si destructio facta fuerat  
 auctoritate superioris, sine spe refectionis,  
 d. q. 20. n. 5. 6. 9  
 Res in pristinum statum restituta priora iura  
 recuperat, d. q. 10. n. 3  
 Reuerentia legis an debeatur Episcopo ab ex-  
 emptis, lib. 4. q. 34  
 Reuocatio exemptionum an afficiat ignoran-  
 tes lib. 3. q. 6  
 Rex in temporalibus non subijcitur Papae, lib. 1.  
 q. 3. n. 18. & lib. 4. q. 79  
 Romam proficiscentes sunt exempti, lib. 1. q. 32.  
 n. 7  
 Rota auctoritatis potestas in exemptos lib. 2. q.  
 46. n. 7

Rota

I N D E X.

Rota non est competens in causis Patrum So-  
 cietatis Iesu, d. q. 46. n. 10

S.

Sacellum continetur sub appellatione loci  
 sacri, lib. 4. q. 65. n. 1  
 Sacelli in Regij an sint exempti, v. verb. Ca-  
 pellani.  
 Saluatorum in causa exempti subiacent ordi-  
 nario, lib. 2. q. 45. n. 105  
 Salarium causa agitata coram metropolitano  
 exigi debet coram ordinario, d. n. 105  
 Satisfactione Iudicis sisti non prorogatur iudi-  
 cium lib. 4. q. 72. n. 4  
 Scientia priuilegij an requiratur, vt prosit, lib.  
 1. q. 7. n. 6  
 Scientia legis an presumatur, lib. 4. q. 66. n. 6  
 Scientia domini an requiratur ad prescriben-  
 dam subiectionem, lib. 3. q. 12  
 Scholarius priuilegia transeunt ad eorum fa-  
 miliares, lib. 4. q. 4. n. 4  
 Scholares exempti possunt coram iudice Scho-  
 larium conueniri lib. 2. q. 45. n. 66  
 Scholarius deserens studium pendente lite, an  
 lis reuertatur ad ordinarium, lib. 2. q. 17. n. 1.  
 & q. 21. n. 1  
 Scholares citati ab ordinario an teneantur  
 comparere lib. 2. q. 6. n. 17  
 Scholarius agit contra scholarem coram iudice  
 scholaris conueni, lib. 1. q. 44  
 Scholares otiosi an gaudeant priuilegio scho-  
 larium, v. verb. Otiantes.  
 Scriptura propria recognoscenda est coram  
 Ordinario, lib. 2. q. 45. n. 104  
 Scriptura multu in casibus est de substantia a-  
 ctus, lib. 1. q. 7. per tot.  
 Scriptura an necessaria sit ad exemptionem,  
 d. q. 7  
 Scripturam esse de substantia actus, vel de  
 substantia probatoria d. ferunt, d. q. 7. n. 3

Scriptura non est de substantia actus exem-  
 ptionum, sed de substantia probatoria, d. q.  
 7. n. 4  
 Scriptura non dat ius ad rem sed concessio, seu  
 gratia d. q. 7. n. 6  
 Sententia declaratoria non est opus, cum ali-  
 quid committitur contra sententiam la-  
 tam a canone lib. 4. q. 62. n. 4  
 Sententia contra exemptum lata exemptione  
 non allegata an subsistat, lib. 2. q. 5. n. 24. &  
 40  
 Sententia lata contra exemptum an sit vali-  
 da plene, lib. 2. q. 40  
 Sentia an requiratur ad priuationem priuile-  
 gij lib. 3. q. 31  
 Sententia lata in Curialistas an sit valida, lib.  
 1. q. 32. n. 1. & 3  
 Sententia declaratoria quando opus sit, lib. 4.  
 q. 62. n. 4  
 Sententia tenorem continere debet manda-  
 tum executiuum, v. verb. Executio.  
 Sepulturam excommunicatorum exempto-  
 rum impedit Episcopus lib. 2. q. 45. n. 44  
 Sepulti in loco exempto si excommunicati  
 sint, extrahi debent, d. n. 44  
 Sepulturam eorum permittentes excommu-  
 nicat Episcopus, d. q. 45. n. 94  
 Seruitus restituta non est noua, sed pristina, li.  
 3. q. 20. n. 4  
 Sisti an possint extranei, item exempti, v. verb.  
 Arrestari.  
 Socius gaudet priuilegio sui socij, lib. 1. q. 26. per  
 tot  
 Socij Curia Episcopalis Leodiensis qui exem-  
 pti sunt, puniri ab Officiali non possunt, et-  
 iam si in officio delinquant, idq. vigore spe-  
 cialis priuilegij, lib. 2. q. 45. n. 117.  
 Solennitas eadem in restitutione, qua in con-  
 cessione necessaria est, lib. 3. q. 20. n. 1  
 Solennitatis leuis omisso non vitiat, lib. 2. qu.  
 34. n. 4

d 2

So.



I N D E X.

- Solennitates qua requirantur in alienatione exemptorum*, lib. 4. q. 1  
*Solutio vnica redditus inducit possessionem soluendi in futurum*, lib. 3. q. 14. n. 3.  
*Solutio redditus cum protestatione, an. & quādo excusat soluentem à continuatione soluendi* v. verb. Protestatio.  
*Sorum appellacione an fratres comprehendantur* lib. 1. q. 4. n. 10. & 11  
*Speciales duo non possunt concurrere circa idem*, lib. 4. q. 83. n. 3  
*Statutum se referens ad aliud quid operetur*, lib. 4. q. 7. n. 3  
*Statuta iudiciorum alia ordinatoria, alia decisoria*, lib. 2. q. 22. n. 1  
*Statuta decisoria non ligant exemptos*, lib. 2. q. 30. n. 1  
*Statuti effectus non porrigitur extra territorium*, lib. 4. q. 54. n. 1  
*Statutum non extenditur ad loca exempta*, d. q. 54. n. 3  
*Statuta an presumantur vsu recepta*, lib. 4. qu. 66. n. 1  
*Statuta non presumuntur à Principe facile reuocata*, lib. 3. q. 9. n. 2. & 3  
*Stipulatio pro parte inutilis, pro alia parte manet utilis*, lib. 3. q. 18. in fin.  
*Stilum ordinarij sequi debent exempti*, lib. 2. q. 45. n. 54  
*Stilus habet vim legis*, lib. 2. q. 3. n. 9  
*Subditi delinquentes in loco exempto, à quo puniantur*, lib. 2. q. 45. n. 104  
*Subiectio in inuito possessore acquiri possit*, lib. 3. q. 11. n. 1  
*Subsilium charitativum an Episcopus exigat ab exemptis* lib. 4. q. 9  
*Suburbia an comprehendantur appellacione ciuitatis*, lib. 4. q. 74. in fin.  
*Successor an reuocare possit exemptionem à predecessore concessam*, lib. 3. q. 2  
*Successor an gaudeat exemptione defuncti*, li.

2. q. 8 per tot.  
*Succedat si exemptus in re non exempta, quid iuris*, lib. 4. q. 10  
*Sui appellacione quid significetur*, lib. 1. qu. 14. n. 1  
*Superior non est ad eundem, quando plus expenditur, quam causa valeat*, lib. 4. quest. 87. n. 6  
*Superiores quando concurrunt in iurisdictione, quid in conspectu iurisdictionum agendum sit* lib. 1. q. 39. n. 6  
*Surreptitiè obtenta exemptio an subsistat*, lib. 1. q. 49  
*Synodus est signum subiectionis*, lib. 4. q. 19  
*Synodus an exempti debeant interesse* d. q. 19  
*Synodaticum soluere deent exempti* lib. 2. q. 45. n. 47

T.

- T**emplarij an sint exempti, lib. 1. q. 33  
*Tempus conditionis quomodo inspicitur*, lib. 4. q. 6. n. 6. & 7  
*Tenor sententia debet exprimi in mandato executiuo* v. verb. Executio.  
*Termini prefixio est arbitraria*, lib. 1. q. 8. n. 13  
*Testamentorum executores an religiosi esse possint* lib. 1. q. 45. n. 11  
*Testamentum factum in loco exempto Senensis, non censetur esse factum in loco Senensi*, lib. 1. q. 46. n. 5  
*Testamenti tempore, si Ecclesia sit exempta, tempore verò mortis non, an canonica Episcopalis debeatur*, lib. 4. q. 6. n. 6  
*Testator eximens vnum heredem ab aliquo onere an illud accrescat alijs*, lib. 1. q. 42. n. 4  
*Testator an eximere possit hospitale à iurisdictione Episcopi*, lib. 4. q. 57  
*Testes an esse possint exempti coram ordinario*, lib. 2. q. 33  
*Testes si sint exempti an cogi possint ab Ordina-*

na-

I N D E X.

- nario ad ferendum testimonium* lib. 2. qu. 34  
*Testis deponens falsum coram ordinario an ab eo puniri possit* lib. 2. q. 35  
*Testes exempti coram ordinario producti an iurare possint secundum suam conscientiam*, lib. 2. q. 32. n. 2  
*Testimonium exemptorum coram ordinario vlt. op. astutum an subsistat*, lib. 2. quest. 34. n. 3.  
*Titulus requiritur ad prescriptionem*, lib. 3. q. 12. n. 11  
*Tonsuram confert Episcopus exemptis* lib. 2. q. 45. n. 49  
*Transfusione vnus obligationis in aliam, an praeperereat*, v. lib. 3. q. 21  
*Translatione vnus loci in alium an amittatur exemptio* lib. 3. q. 21  
*Tribunal suum vbi exigat Episcopus*, lib. 2. q. 1. per tot.  
*Tribunal Episcopi ascendentes an ab eo puniri possint*, lib. 2. q. 45. n. 57 & 107  
*Tutoris datio ad quem spectet plene*, lib. 1. qu. 46  
*Tutor conueniri debet in foro pupilli*, d. q. 46. n. 23

V.

- V**arietas opinionum cum oritur, eligenda est media, lib. 4. q. 19. n. 3  
*Variare an possit, qui recepit exemptum in fideiussorem*, lib. 1. q. 47. n. 6  
*Vasalli, & exempti equiparantur*, lib. 2. q. 5. n. 10  
*Vasallus quis esse potest diuersorum dominorum*, lib. 4. q. 16. n. 2  
*Venditor coram quo iudice interuenire debeat pro emptore*, lib. 2. q. 27  
*Vendicare an possit Pater, Abbas, Dominus, Episcopus, suum filium, monachum, ser-*

- uum, clericum*, lib. 2. q. 8. n. 1  
*Verba importantis exemptionem qua sint*, li. 1. q. 9 per t.  
*Verba enuntiativa Papae an probent*, d. q. 9. n. 10  
*Verba honoris causa prolata non probant*, d. q. 9. n. 17  
*Verborum interpretatio ad quem spectet, v. verb. Interpretatio.*  
*Vicarius venit appellacione ordinarij* lib. 1. q. 1. n. 10.  
*Vicarius perpetuus hospitalis exempti est exemptus* lib. 1. q. 31. n. 9  
*Vicarius an possit esse Conseruator*, lib. 1. q. 39. n. 4  
*Vidua exempti an exempta sit* lib. 1. qu. 19. per tot.  
*Vidua exemptorum non sunt exempta*, lib. 1. q. 29. n. 3  
*Visitatio & procuratio sunt conuertibilia*, lib. 3. q. 27. n. 2  
*Visitare an possit Episcopus loca exempta*, lib. 4. q. 23  
*Visitandi potestatem habens an poterit destituere*, lib. 4. q. 53  
*Visitatio, & procuratio an & quando prescribi possit*, lib. 4. q. 23. n. 4  
*Visitare potest Episcopus moniales exemptas*, li. 4. q. 53.  
*Vnre beneficia exempta quis possit* lib. 4. q. 31  
*Vnione an amittantur exemptiones*, lib. 3. qu. 22  
*Vnio si reuocetur, an resituantur exemptiones*, lib. 3. q. 23  
*Vniuersitas in qua aliqui sunt exempti & non exempti, coram quo conueniri debeat*, lib. 1. q. 26. n. 24. & lib. 4. q. 59  
*Vniuersitates an sint exempta* lib. 1. q. 27  
*Vniuersitatis priuilegium non perditur nisi longissimo tempore*, lib. 3. q. 14. n. 6  
*Vocans exemptum coram ordinario an cadat suo*

d. 3

suo



I N D E X.

- suo Iure, lib. 4. q. 94*  
*Voluntaria iurisdictio qua fit, lib. 1. q. 46. n. 8*  
*Voluntaria iurisdictio qua sunt, possunt expediti quouis tempore, lib. 1. q. 46. n. 10*  
*Voluntaria in iurisdictioe an exempti subijciantur ordinario lib. 2. q. 45. n. 53. & lib. 4. q. 42. n. 4. & 5*  
*Voluntarius actus prolixior obligationem inducere non potest, quam ex eo actum est, lib. 3. q. 4. n. 2. & q. 27. n. 4. & 5*  
*Vota suorum subditorum commutant, dispensant, irritant Pralati exempti, lib. 4. qu. 20. n. 4*  
*Vsurariorum quantumlibet exemptorum sepulturam impedit Episcopus, lib. 2. q. 45. nu. 44*
- Vsur recipi priuilegium an debeat, vt profit, lib. 3. q. 13*  
*Vsum priuilegij quis probare debeat, d. q. 13. i. 1. fi. 1.*  
*Vsur recipi an debeat lex antequam liget, lib. 1. q. 50. n. 8. & 12. & lib. 4. q. 66*  
*Vxores gaudent priuilegio maritorum, lib. 1. q. 29. n. 1*  
*Vxor clerici an gaudeat illius foro, d. q. 29. nu. 6.*  
*Vxor coram suo iudice agit contra suum maritum, lib. 2. q. 4. n. 13*  
*Vxores dependenter gaudent priuilegio maritorum, non vero principaliter, lib. 1. q. 29. n. 3.*

F I N I S.





I

ERASMI  
ACHOKIERIC.  
LEODIENSIS

DE  
IURISDICTIONE ORDINARII IN EXEM-  
ptos, deque illorum Exemptione ab Ordinaria Iurisdictione,  
Tractatus.

P A R S P R I M A

Quaestio prima.

*Quae sit definitio & origo exemptionum.*

S V M M A R I V M.

1. **D**E exemptionis ethymo & elegantia.
2. Exempti ceteros honore praecellunt.
3. Definitio exemptionis.
4. Acquiritur praescriptione & privilegio.
5. Privilegium duplex, proprium & commune.
6. Diocesani significatio restrictior quam Ordinarij. fallit tamen in materia favorabili. 8.
7. Quid sit diocesis.
9. Ordinarij appellatione qui comprehendantur.
10. Concil. Trid. committens aliquid Ordinario, non censetur exclusisse Vicarium.
11. Secus si Diocesano committatur.
12. De origine exemptionum ab emancipationibus, manumissionibus, &c.
13. Oppressio, lites, compensatio causa impulsiva exemptionis. 15. 16. 17.
14. Causa efficiens Pontifex.
17. Finalis, quies exemptorum, favor sanctae sedis.



**E**XORDIENDVM ab ethymologia & deriuatione nominis: ea enim plurimum rei substantiam & cognitionem illustrat. Cicero in topic. ubi Boet. late Praeses in locis legalib. loco ab Ethymolog.  
Eximo quod fit, inquit Nicolaus Peritius ( in commentarijs lingua latina ) ab ex & emo; est velut aufero, excipio, generalius verbum, quam eripio; etenim eripere, ait Pomponius, est de manibus auferre per raptum, eximere vero quoquo modo auferre. L. sed eximendi ff. ne quis eum qui in  
ius.



2 *ius.* Vnde hæc formulæ: *eximere ex reis, ex Arariis, noxæ, notæ, pœnæ numero, actio exēpta, id est, præscripta, ius eximendæ creta, lapidis, saxi, & variæ similes apud Iurifconsultos. L. sed et si § actio exemptio ff. ex quibus causis maiores. L. ergo L. veluti ff. de servit. rufio. prædio L. qui sacrum ff. de donat. Budeus in forensibus.*

Hinc item eximius, id est, excellens, egregius. Inde pecus eximium, id est, optimū: quia in sacrificijs optimum de grege eximebatur. *Macrobius in Saturnalib. Perottus in commentarijs lingua Latina.* Ac proprius Budeus in forensibus, eximij, id est, privilegiæ, exempti, idque non impropriè, nam exempti seu eximij meliore alijs iure sunt, seu iure communi non sunt, sed iuris communis vacationem habent. *Budeus in annot. ad pandect. & in forensibus.* Cæterosque omnes potiore iure, honore, & prærogatiua præcellunt. *cap. per tuas ubi glo. de maior. & obed. cap. ut Apostolica ubi Franc. de priuileg. in 6. Petrus Brixien. in repertorio verbo Exemptio vers. An Prælati. Boerius tract. de ordine graduum utriusq. fori.*

*Rota decis. 2. num. 1. de præben. in nouis.*

3 Definiri autem hæc Exemptio, nec breuius, nec aptius potest, quam liberatio à iurisdictione Ordinarij. *Dominic cap. si Papa de priuileg. in 6. Ant. de Pretis de Iurisdic. Episcopi cap. 1. numer. 1. Fumus in summa verb. exemptio. in pr. & Angel. eod. libro. Decius Conf. 13. viso tenore num. 7. & Conf. 152. Mandosius de signat. gratia tit. exemptiones in pr. Flaminius tract. de Resignatione benefic. part. 1. lib. 4. q. 11. num. 13.*

4 Dixi in primis genericè liberatio: tum vt comprehendam præscriptionem, quæ præbet legitimum titulum acquirendæ exemptionis. Dicam infra *lib. 1. cap. 6. per tot.* tum vt etiam comprehendam priuilegium, non modò proprium, sed etiam commune. Commune, inquam, quod est infertum corpori iuris, regulaturque ad instar iuris communis. *Castrens. L. bares num. 3. ff. de iudic. Feli. cap. Cum ordinem numer. 20. vers. vltimo de Rescript. D. D. cap. 1. de Constit. doctè Andreas Gammarus tract. de extensionibus nu. 164. & seqq. quali specie monasteria sunt exempta secundum quid, nempe à lege diocæsaia Episcopi. qua de re suo loco, infra *lib. 1. cap. 15. tex. & D. D. cap. 1. de statu monac. cap. quam sit 18. qu. 2. cap. Luminofo eod. Abb. cap. dilectus de offic. ordin. idem Conf. 37 num. 1. vol. 1.**

Proprium verò, quod non est corpori iuris infertum sed singulorum, ac quasi inquit Oldendorpius *de iure singulari. Tit. de iure sing. definiendo num. 3. vers. alia autem priuata lex. vel vt Alciatus de primis, id est, singulis dictum lib. 2. de verb. significat. num. 61 per cap. priuilegia dist. 3.*

Adieci à iurisdictione, vt generaliter comprehendam vtramque illius speciem, scilicet diocæsanam legem, & legem iurisdictionis dixi infra *lib. 1. cap. 15.*

6 Postremò adieci, Ordinarij, Quia nomen Ordinarij sua significatione excedit nomen diocæsanum: Si quidem diocæsanam appellatione solus Episcopus continetur: *Zabarell. Clem. quæ regulares num. 22 de supplen. neglig. prælat. Abb. cap. Ioannes num. 2.*

*sum add. de Testam. & cap. Cum olim de maiorit. & obed. Feli. cap. Cum olim in primo de præscript. deriuatione à diocæsi. quæ est quatenus Episcopus ius habet administrandi sacra. Alciat. & Rebuff. L. pupillus §. territorium, ff. de verb. significat. Socinus tract. de oblationib. quæstion. 18. nu. 63. idque in materia stricta & odiosa, alioquin enim in materia fauorabili, Diocæsanam significationem extenderetur etiam ad quemuis alium habentem iura quasi episcopalia, seu habentem iurisdictionem quasi episcopalem, seu ordinariam. glo. Clem. 1. de vita & honest. cler. glo. Clem. 1. de iure patron. Iacob. à Canibus tract. de executorib. vltima voluntates. par. 1. num. 13. vol. tract. 7 fol. 86.*

At verò nomine Ordinarij non tantum comprehenditur Episcopus seu diocæsanus, *cap. cum Episcopus de offic. Ord. in 6. cap. 1. & tot. tit. de offic. Ord. cap. Cum contingat de foro compet. cap. de persona 11. quæst. 1.* Sed etiam quicumque alius seu superior, seu inferior, qui ordinariam iurisdictionem habet canone, præscriptione vel priuilegio. *Nauarrus Conf. 9 de priuileg. Zabarell. Clem. quia regulares num. 11. vers. 8. quæro de supplen. neglig. prælat. Feli. in reper. verbo: ordinarius istud verbum fol. 87. Col. 3. Flaminius de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 11. Decius Conf. 121. Abb. cap. ut fama numer. 6. de sent. excomm. Bellam. Conf. 30. Misinger. cap. post cessionem num. 2. 3. 4. de probat. Ideo si Concilium Tridentinum vel Pontifex committat aliquid Ordinarijs, id non modò commissum censetur Episcopis, sed etiam cuiusuis antea speciei ordinarijs. Flaminius d. quæst. 11. Nauarr. Conf. 11. de Clandest. despons. Misinger. d. cap. post cessionem. Imò etiam vicario Episcopi: dicitur enim Ordinarius, ac habere iurisdictionem ordinariam, vt censuit Marcus Antonius Bizonus in explicatione. Concil. Trid. teste Parisio Flaminio d. quæst. 11. per Bart. L. 1. §. ab eo num. 1. vers. quod patet ff. Quis & a quo appelletur. Rota decis. 1. de offic. vicarij in nouis Iason in Rubr. de officis eius nu. 2. & vers. etiam. Alex. nu. 15. communemque opinionem testatur esse Abbas cap. si quis contra clericum num. 29. de foro compet. eamque multis rationibus & autoritatibus probat Thomas Sanchez tractat. de Matrimonio lib. 3. dist. 7. quæst. 1. n. 10. Licet ab his aperte dissentiat Menochius Conf. 69. nu. 66. lib. 1. censens quòd vicarius non possit dispensare super denuntiationibus matrimonialibus à Concil. Trid. requisitis, quem tamen latè reprehendit Ignacius Lopes in pract. crim. cap. 73 de Clandest. nuptijs vers. 16. Verbo, Sed dubium.*

Secus verò, si diocæsanam committeretur. *glo. d. Clem. 1. verb. diocæsanis de iure patron. Nauarr. d. Conf. 11. Cum sensu tamen & intelligentia, quam supra scripsi.*

Porro originem duxerunt exemptiones ex iure emancipationum, manumissionum à priuatione dominij directi, vel iurisdictionis, à translatione prælati in aliam Ecclesiam, à iure vasallorum & scholarium, qui proprios & speciales habent iudices, ab analogia exemptionum clericorum à iurisdictione sæculari, ac ab identitate & ratione similitium. *Rebuffus latè responso 142. Petrus de Vbald tract. de Canonica Episcopali & paroch. Cap. 3 quæst. 6. principali nu. 9. Abb. cap. significasti nu. 12. vers. videmus, &*



vers. Item omnes de foro compet. Feli. cap. Cum ordinem num. 7. vers. modo, & num. 8. in pr. de Rescript. Butrio. cap. super literis Col. 25. vers. & pro hoc patet de Rescript. & dixi infra lib. 1. cap. 45.

Etenim quemadmodum pater iniquus in filium cogitur ut eum emancipet, item dominus ut seruum suum manumittat. *L. si Lenones C. de Episcop. audient. L. fui. C. de spe. Tac. lib. 11. ac Dominus priuatur iurisdictione vel feudo, qui subditos vel vasallos grauat. late Boer. dec. 304. nu. 5. & ad Consuet. Bituricens. tit. 2. §. 3. glo. 2. Curtius de feudis part. 6. per tot. & late Guido quest. 62. cum add. Ita ex oppressione ordinariorum orta & concessa est liberatio & generalis exemptio à iurisdictione ordinaria. *Rebuffus d. respect. 142.* Non secus quoque quam si Ordinarius litem habeat contra subditos: tum enim propter præsumptum odium exemptio & liberatio confestim conceditur saltem quoad illam litem. *Abbas cap. licet num. 4. de regularibus Madosius de Inhibitionibus, quest. 104. n. 5. Io. Staphileus super commissionibus & litteris iustitia tit. de Rescript. in for. breuium n. 67. & seqq. Cassander dec. 6. de priuileg. Abb. cap. 2. Fallent. 9. de Res. spol. per cap. olim de accusationibus late Lancelot. de attentat. par. 2. cap. 4. declar. 4. num. 49. fol. 175.**

14 Ex quibus summam facile colliguntur causæ harum exemptionum. Efficiens enim proprie est Pontifex. *cap. frater 16. qu. 1. cap. luminoso 18. qu. 2. glo. cap. 1. in pr. de priuileg. in 6. dicam late in cap. 3. sicuti exemptionum ciuiliu Imperator vel princeps L. immunitates C. de agricol. & censit. lib. 11. L. unica, ubi glo. C. de his, qui à principe lib. 10.*

15 Impulsua verò præsumptum odium, grauamen & oppressio ordinariorum. *Rebuff. d. Resp. 142. Pet. de Vbald. ubi sup. Backet. Liure cincqueme de droit du douaire de France cap. 18. num. 6.*

16 Item quandoque compensatio, nempe quando Pontifex pro censu annuo retinet sibi aliquid: sicut enim præmium emancipationis conceditur ratione acceptæ libertatis *glo. §. fin. Inst. quibus mod. ius patriæ sol. ita Pontifex quandoque concedit exemptiones, quia ordinarius accepit compensationem alicuius census. Ita Rebuff. d. Resp. 142. Backet. ubi sup. & num. 7. & seqq. ubi loquitur de canonicis Parisiensibus, & totius Francia. Papon aux arrestz, tit. des priuileges arrest. 3.*

17 Finalis & præcipua: tum fauor sanctæ sedis, cuius interest habere permultos immediatè subditos, *Clement. pastoralis de Re iudic. Rebuff. d. Resp. 142.* tum ut exempti quietius sub umbra, & protectione sanctæ sedis officio, religioni & contemplationi vacent, *d. c. Luminoso c. quam sit 18. q. 2. Rebuff. ubi sup. tetigi infra, eod. lib. c. 17. n. 30.*

Formalis causa haurietur ex discursu primi libri at verò effectus ex complemento totius operis: eaque puto fatis esse ad summariam cognitionem originis. Cætera enim, quæ sunt ad historiam, huc non spectant. peti tamen ea poterunt ex Baronio ac alijs historicis, *Baron. in annalibus eclesiasticis tom. 8. sub an. 676. Pontifice Adrodato fol. 517. Renat. Choppin. in suo manasticon.*

## QVAESTIO II.

Qualiter diuidantur exemptiones.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Exemptiones alia reales, alia personales. 2. 3. 5. | 15. Communiter tantum corporalis.                               |
| 4. Differentia inter utrasque.                        | 16. Exemptiones alia perpetua, alia temporales.                 |
| 6. In dubio censenda exemptio realis.                 | 17. Alia limitata, alia illimitata seu indeterminata.           |
| 7. Exemptiones sunt stricti iuris.                    | 18. Limes qualiter consideretur.                                |
| 8. Iudicanda reales, etiamsi sint plena & ampla.      | 19. Qualitas exemptionis pendet ex tenore priuilegij.           |
| 9. Inspectendus priuilegij tenor.                     | 20. Præcipua diuisio est in reales, & personales.               |
| 10. Consideranda priuilegia ex mente principis.       | 21. Exemptio alia est cui renunciare non licet, alia cui licet. |
| 11. Exemptiones alia generales, alia speciales,       | 22. Alia immediata pura, absoluta, alia è cont. a.              |
| 12. Reales sunt perpetua.                             | 23. Prima propria est, cætera impropria.                        |
| 13. Exemptio singulariter personalis.                 |   |
| 14. Singulariter, & communiter corporalis.            |   |

Exemptionum aptissima diuisio fit in duas species, Reales & Personales *Abbas cap. ruarum, nu. 8. de Priuileg. DD. cap. volentes de priuileg in 6. Ang in summa verb. exemptio in pr. & Fumus eod. tit. in primo cap. frater. 16 qu. 1.*

Reales sunt quæ ratione rerum seu locorum personis competunt. *tex. d. cap. volentes ubi DD. cap. cum capella. eod. in decretal. ubi DD.*

Personales verò quæ contemplatione personarum concessæ, personas vbicumque comitantur atque afficiunt. *cap. priuilegium personale ubi Dyn. & DD. de Reg. iud. in 6. Francus cap. 1. §. in eos autem num. 2. de Priuileg. in 6. l. si non speciali C. de testament. ubi DD. Collectarius cap. cum & plantare num. 7. & seq. de priuileg. Ang. de verb. exemptus num. 8. Alber. & Barth. l. Beneficium ff. de const. princip.*

Has inter utrasque solemniter est differentia, quòd exemptio realis non extendatur ad alias res, nec ad delicta vel contractus extra loca seu rem exemptam gestos, sed eatenus exempti omnimodo ordinario subijciuntur *tex. d. cap. volentes, ubi omnes, & d. cap. Cum capella. dixi late lib. 2. cap. 45. nu. 1. & multis seqq.*

At verò personalis, personæ ossibus adhærens eandem vbicumque comitatur & eximitur *ubi sup. n. 3. quibus addo Felin. cap. fui nu. 16. vers. & vide omnino, Abbas ibidem nu. 11. vers. quo ad am est priuilegium de foro compet. Dixi infra lib. 2. cap. 45. nu. 6. & seq.*



Eiusmodi enim priuilegium sequitur personam in solidum, diciturque indiuiduum, & pro parte valere, pro parte conuelli non potest. *Aymo Conf. 239. nu. 4. lib. 2. ad exemplum sententie vnicum caput continere, inquit Peckius cap. priuilegium num. 5. vers. ampl. 2. de Reg. iuris in 6.*

6 Præterea illud apud omnes receptum est, quod in dubio exemptio præsumi potius debeat realis, quam personalis. *Navar. Conf. 4. de priuileg. Menoch. lib. 3. præsumpt. 103. Franc. d. cap. priuilegium nu. 4. l. forma §. quamquam ubi scribentes. ff. Censibus. Ioannes le Curier tract. de Iure primogenit. qu. 1. tertij libri, nu. 3.*

7 Tum quod exemptiones sint strictissimi Iuris, ideoque restringendæ. *Franc. cap. volentes in pr. nu. 2. de priuileg. in 6. in cap. ne aliqui, in cap. per exemptionem num. 5. Eod. tit. Iason l. 1. ff. de const. dixi late infra cap. 4. & ad litteram intelligendæ. Caualeanus decis. 31. nu. 18. & seq. par. 1. Tum quod ita præsumendo minus præiudicatur Ordinariæ potestati, quæ est perquam fauorabilis, minusque discedatur à iure communi. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 16. num. 12. 21. & seqq. l. si vnus §. pactus ne peteret ubi DD. ff. de pact.*

8 Idque quantumvis plena & ampla exemptio concessa sit, nisi, vt censeat Francus, specificè derogatum sit Innocentianæ constitutioni capituli volentes, de priuilegijs in sexto DD. cap. volentes ubi Franc. n. 1. & 2. quæ dijudicatio, vt arbitror, pendet ex matura inspectione priuilegij, cuius mens tenorue, vt scripsit Leo Papa

9 Episcopo Ambianensi, ad amissim spectandus est. *cap. porro cap. recepimus cap. cum plantare cum glossis de priuileg. Clement. 1. de probat. Franc. d. cap. priuilegium nu. 4. Anania & Abb. cap. ad abolendam de hæreticis.*

10 Priuilegia enim semper consideranda sunt ex mente concedentis. *Roma. conf. 29. nu. 1. etiam si verba sensu improprio sumi atque contorqueri deberent. l. si ire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor. l. credendum. ff. qui petant tutores. Roma. conf. 180. num. 10. late Franc. cap. 1. §. ex parte nu. 2. Cum addit. de concess. præbend. in 6. Vnde ortæ apud plerisque hæ inspectiones, an priuilegium, ne clerici alicuius ecclesiæ excommunicari ab Ordinario possint, sit reale, vel personale? Rosellus tract. de Indulgentijs n. 284. ubi dicit esse reale. Item quid si in priuilegio exemptionis exprimat nomen prælati, non dignitas, cuius tamen tenor respiciat ecclesiam? ac è contra si exprimat dignitas prælati, non tamen eius nomen, tenor verò respiciat eius personam? qua de re videatur Ioannes Andreæ in cap. priuilegium ubi Franc. n. 4. de Reg. Iuris in 6. Abb. ca. quoniam nu. 8. & 16. de offic. deleg. late Menoch. præsumpt. 113 per tot. lib. 3.*

11 Diuidi quoque aliter, & plurifariam subdiuidi solent exemptiones: nempe in generales, & speciales. Generales sunt, cum conceduntur pluribus personis, vel ratione plurium personarum, aut rerum: seu quando generalitate sua complectuntur multos articulos. *cap. clem. & plantare de priuileg. ca. veniens. cap. auditis de præscript. c. extrema de filijs presbyt.* Speciales verò, quando vni loco vel vni personæ vnus exemptionis articulus conceditur. *Hostiensis in summa de rescript. §. quod continet in commune & §.*

quod

quod gratia speciales. Vtraque species subdiuiditur in reles, singulariter communitate personales, & communiter tantum corporales.

De rebus dixi satis supra num. 4. quibus tantum addo eiusmodi exemptionem esse perpetuam, quia rei adhaeret: ideoque semper durat, nisi res perimatur vel destruat. *l. cum res §. si ff. de leg. 1. cap. cum accessissent de const. cap. 1. 2. & 3. 25. quæst. 2. dixi late infra lib. 3. cap. 19. & seq. aut pro parte reuocetur seu eidem detrahatur per sequens priuilegium, quo ad partem tamen tantum reuocatam, ca. duo de offic. Ordine dixi infra lib. 2. cap. 18. vel in totum reuocetur. cap. ita nos 25. quæst. 2. dixi late lib. 3. per tot.*

Singulariter personalis exemptio est, quæ alicui vel aliquibus personis proprijs expressis nominibus personaliter conceditur. *dixi sup. num. 3. & seqq.* ea personam cui concessa est non egreditur, etiam si fuisset concessa prætextu dignitatis. *arg. cap. ad hoc de usu pallij cap. bonæ 2. §. fui de postulat. prælat. tale enim priuilegium singulariter personale ad successorem non transfertur, nisi specialiter ita concedatur, sed cum persona ipsa intermoritur. cap. 1. ubi lite per d. cap. petitis 7. qu. 1. cap. constitutus de concess. præbenda, §. sed & quod principi vers. Plane ex his quadam ubi DD. Instit. de Iure scripto & non scripto l. priuilegia ff. de Reg. Iuris.* Nisi inquam specialiter dispositum aliter reperiatur. *cap. quoniam §. pen. & fin. de offic. deleg. & d. cap. 1. Communiter personale priuilegium est, quod communiter certis personis certis ex causis, & in certis articulis conceditur proprijs nominibus non expressis, exemplum poni potest in priuilegio minorum, absentium causa reip. in S. c. Veilleiano, Macedoniano, quod non est propriè huius instituti. Singulariter autem & communiter corporale est, quod alicui vniuersitati, corpori vel collegio sic conceditur, quod quilibet singularis de vniuersitate potest de tali priuilegio singulariter se iuuare. arg. cap. contingit de sententia excom. cap. si diligenti de foro comp. & dixi affatim infra eod. lib. cap. 23.*

Communiter verò corporale tantum est quod competit quidem collegio vel vniuersitati non autem singulis in particulari. *arg. cap. quia manumittitur 12. quæst. 2. l. sed si hac §. qui manumittitur ff. de in ius vocando, & dixi infra d. c. 23. quale priuilegium perit cum ipso Collegio, vt notat Hostiensis in summa de Priuilegijs §. quot sint sub vers. ergo corporalia, & nos late infra lib. 3. cap. 19. & 21.*

Ad hæ diuiduntur iterum exemptiones in temporales & perpetuas. Illæ ad tempus durant, & cum persona deficiunt; hæ vero ad successores transeunt: quæ tamen diuisio magis concernit exemptiones ciuiles quam has: canonicas, de quibus est sermo. *arg. l. neque Dorotheum C. de decurionib. lib. 10. l. priuilegia ff. de Reg. Iuris.*

Postremò exemptiones alix sunt limitatæ, alix indeterminatæ, euilimitatæ. Limitatæ nullas habent vires extra suos limites, vt supra notauimus num. 2 & 4. *arg. d. cap. volentes & cap. 1. vt lite pendente cap. 1. de usu pallij cap. mandata de præsumpt. l. si ff. de Iurisd. om. Iud.*

Limes



18 Limes autem consideratur ex quatuor circumstantijs, ex persona, causa, loco siue re & ex tempore cap. 1. & 2. dist. 29.

*In determinate* autem semper & vbique locum habent, quales merito supra adnotauimus esse personales num. 3. & 5.

19 Paucis, quæ species exemptionum concessa sit, non aliter adiudicari potest quam ex tenore priuilegij ad quem tanquam ad scopum in hoc iudicio collimandum est, cap. por. vnde priuileg. cap. fin. de usu palij arg. l. de his ff. de transact. cap. cum iure de offic. deleg. l. vna C. de mand. princip.

20 Et quidem diuisiones hæ accidentales sunt, excepta prima diuisione, in reales, & personales, quæ peritius rematque substantiam exemptionum concernit.

21 Rursus exemptio alia est, cui renunciare non licet, vt est ea quam Papa concessit cap. cum tempore de arbitris cap. si de terra de Priuilegijs.

Alia cui renunciare licet, qualis est ea, quam Ordinarius concessit certis in casibus, quos infra capite sequenti exprimemus. Io. Andr. cap. scienti de Reg. Iur. in 6. Fel. cap. P. & G. Col. 3. de offic. deleg.

22 Postremo alia est pura & absoluta, vt est quæ ab omnibus eximit subijcitque immediate sanctæ sedis; alia verò non pura & absoluta sed mediata, exemplum in abbacia Clarmonensi Ordinis Cisterciensis, quæ subijcitur abbatiæ Clareuallensi, vtraque enim exempta est. sed diuersimodè: vna enim immediate, altera mediatè. glo. fing. Clem. attendentes de statu Monach. Card. Clem. 1. quæst. 4. de suppl. neglig. prelat. allegat

23 text. Clem. 1. de Rescript. Prima diuisionis species propria est, cæteræ improprie teste Peckio cap. priuileg. num. 4. ad verb. personale de Reg. Iuris in 6.

### QVAESTIO III.

Quis possit eximere.

#### SUMMARIUM.

1. Princeps concedit exemptiones ciuiles.
2. An Episcopus eximere possit.
3. Regulariter non potest.
4. A visitatione, procuratione, correctione non potest, neque à Cathedralico iure reuerentia, Charitativo subsidio.
5. Eximere tamen potest initio foundationis Ecclesiæ. Repudiatio futuri surus non est alienatio.
6. Eximere potest per modum Vicariæ perpetua.
7. Item patiendò præscriptionem aut sententiam.
8. Et in omnibus alijs casibus exceptis prænotatis.
9. Prelatus nõ appellado præiudicat Ecclesiæ.
10. An Archiepiscopus possit eximere.
11. An Patriarchæ.
12. An legatus à latere.
13. An legatus à latere. Exemptio est de reseruatis Papa. Legatus nihil potest iuri contrarium.
14. An Pontifex.

15. Pon-

### Quæst. III. De Exempt.

15. Pontifex nõ potest eximere à Rom. curia. excommunicetur.

16. An ita quis eximi possit nõ à Pontifice 17. Pontifex non potest sibi manus ligare.

**P**incipem seu Imperatorem in ciuilibus exemptionem posse concedere, certius est, quàm sit necesse probare. C. de his qui à principe vacat. muner. acceptorunt lib. 10. Petrus Antiboli tract. de munerib. §. 4. num. 3. & seqq. Hoc autem intra suos carceres coerceri debet. Nam Ecclesiasticas exemptiones aliqua ratione ei concedere non liceret, cap. dudum de decimis, cap. bene quidem dist. 96. cap. ecclesia Sancta Maria de Const. Abb. & DD. cap. auditis num. 9. de Rest. in integrum. Innoc. Abb. Hofst. cap. auditis de in integ. rest. Alber. l. bene à Zenone C. de quadr. præscript.

Sed præcipue difficultatis est, an Episcopus possit. Possè censuit Caldeus Conf. 5. de Reb. eccl. non alien. Oldra. conf. 172. Col. 3. & conf. 254. ad obiectus Col. 2. hisce præcipuis rationibus, quòd præscriptione ac sententia episcopali iuri præiudicetur, ac aduersus eum his titulis exemptio acquiratur. cap. auditis, de Præscript. cap. cum inter de Re iudicat.

Regula tamen communis est, non posse in totum eximere. glo. cap. 1. in pr. de priuileg. in 6. vbi Philipp. Franc. num. 4. vers. In glo. 2. Abb. cap. cum olim num. 4. de priuileg. d. cap. constitutus cum glo. de religio. domibus in cap. cum venerabilis de censibus, cap. cum inter: vbi etiam Felin. de Re iud. num. 3. & 4. glo. solemnis cap. visis 16. quæst. 2. Felin. in suo repert. vers. Episcopus cum consensu capituli.

Quam specifico octo modis. Imprimis vt à visitatione, 2. à procuratione, 3. à correctione eximere non possit, cap. visis 16. quæst. 2. Ne quidem vlla præscriptione, cap. cum ex officij de præscript. Io. Francif. Pauinus auditor Rotæ tractat. de visitatione prima part. quæst. 4. num. 22. & 24. Molina de Iustit. & Iure to. 1. tract. 2. disput. 85 fol. 358. A. in fine & disput. 79 fol. 326. E. vers. obedientia. Nisi tamen detur de alio prælato, vt infra dicitur.

Quartò neque à Cathedralico, cap. pastoralis cum glo. vbi etiam Hostiens. de donat. glo. cap. quicumque recognouerit 16. q. 7 quod ita appellatur, quòd detur Episcopo pro honore Cathedralicæ cap. placuit 10. quæst. 3. idem quod synodaticum, quia in synodo soluitur. cap. olim de cens. Io. Hugo de officio quatuor prelatorum part. 12. tit. de exact. Episcopi. Io. Francif. tract. de visit. quæst. 5. primæ partis num. 12. & seqq. quod adeo verum est, vt pro libertate Cathedralici seu synodatici non currat præscriptio contra Episcopum. Card. Clem. 1. in 3. quæst. 1. de Iur. patr. Balbus de præscript. in 5. parte quæst. 16. Henricus Rotteus tract. de synodo part. 3. nu. 87.

Quintò similiter neque à iure reuerentiæ eximere potest. Bald. l. fin. C. de bon. lib. Ang. Lud. l. sed si hac §. patronum ff. sol. mar. vide Felin. cap. cum inter num. 3. de Re iudicat. Iacob. Puteum lib. 3. decif. 115.

Sextò nec à charitativo subsidio cap. cum apostolus de censibus, late Bartholom. Bel-

B

lencinus



lencinus rotæ auditor tract. de claritat. subsidio quest. 47 per tot. est enim etiam ad instar aliorum ius imprescriptibile *Bellens d. tract. quest. 50. nu. 7. & 9.*

Septimò nec à iure institutionis arg. cap. cum satis de offic. archidiacon. ca. 2. de capell. Menoch. lib. 6.

Postremo nec ab ijs quæ sunt Ordinis Episcopalis quæ refert Hostiensis in cap. dilecto de officio Archidiacon. Notantur autem hi casus inter ceteros DD. ab Abbate & Io. Andr. in cap. cum venerabilis de censibus Frederici conf. 248.

Verum quia superius ad quæstionem respondimus regulariter negatiue, rarumque est in iure vt generalis assensio subuerti non possit *l. omnis diffinitio ff. de reg. Iuris.* Hinc regulam seu communem istam opinionem restringo. Imprimis vt Episcopus possit Ecclesiam eximere initio Foundationis. Ratio est quia tum nondum est quæsitum Episcopatu ius superioritatis, *Anto. de Butr. & Imola. cap. cum inter de consecr. Calderus d. conf. 5. Felin. d. cap. cum inter num. 4. Cardin. conf. 11. quadam societ. us. Eud. allegat. 44.* & translaticium est, quod repudiatio futuri iuris non sit alienatio, sicut etiam qui occasione acquirendi non vitur, non dicitur alienare, *l. alienationis §. qua occasione ff. de verb. signific. Fabian. de mente tract. de empt. & vendit. quest. 4. quest. 22. numer. 15.* Quamuis Butrio & Imolæ reluctetur *Fredericus d. conf. 248.*

6 Secundo vt possit per modum Vicariæ perpetuæ: excipiendo tamen iura de quibus Abbas c. *Cum venerabilis nu. 5. de censib. & in c. Constitutus, num. 10. vbi etiam Innocent. de Religiosis domibus.*

7 Tertiò eximere potest præscriptionem patièdo, vix est enim vt non videatur alienare qui patitur vfucapi, *cap. auditis cap. olim vbi DD. de præscript. l. alienationis ff. de verb. sig. Fabian. de mente de empt. & vend. quest. 4. questione 22. nu. 13.* de præscriptionibus autem aduersus Episcopum latè Francisc. Balbus de præscript. in prima partæ quintæ partis princip. quest. 11. & seqq.

Quartò à sententia pro exemptione legitime lata non appellando *cap. Cum inter vbi Abb. Felin. & DD. de Re iudic. per ea qua notat Io. Bertachinus tract. de Episcopis in quarta parte 4. libri: quest. 7. nu. 22.* Paucis in cæteris casibus exceptis octo prænotatis Episcopus eximere potest *Abb. cap. Cum inter num. 13. de Re iudic. cap. Pastoralis nu. 5. de donat. & d. cap. Cum venerabilis de censib. vbi Io. Andr. & DD. vide Innoc. d. cap. Pastoralis nu. 5. 6. 7. de donat.* Id tamen si faciat solemniter, cum causa, & consensu capituli, alioquin non valeret. *Archidiacon. cap. visis 16. quest. 2. Specul. de dispensat. §. nunc de Episcoporum versic. 76. cum addit. Fred. d. conf. 248. per cap. nouit. de his qua sunt à prefato. Clement. 2. de Reb. Eccles. non alien. cap. sine exceptione 12. qu. 2.* Abundat autem robore si accedit confirmatio Papæ, *cap. constitutus vbi DD. de Relig. dom. glo. & Abb. d. cap. Cum venerabilis nu. 4.* quæ præsumitur transacto cursu decennij, *ita Menoch. de præsumpt. li. 3. c. 132. n. 53. Traq. de præscript. §. 1. glo. 4. per tot.*

Restat

9. Restat solutio argumentorum Caldei & Oldradi quæ soluuntur alio argumento à violatione tam dialecticis *Christoph. hegendor. in dialect. legali lib. 2. tomo 15.* quam Iuriconsultis vsitato *l. mulier cum l. seq. ff. ad S. C. Felician.* Etenim contra arguo: Episcopus potest per præscriptionem Ecclesiæ tacite præiudicare, ergo non potest expresse per exemptionem. Ratio est, quia dispar est ratio taciti & expressi *Præses in loco. ab expresso ad tacitum.* Ideoque clericus tacite potest iurisdictionem alieni Episcopi prorogare; expresse non potest. *cap. si diligenti cap. significanti c. dilecti de foro competenti Præses eodem loco.* Et vt paucis multa, Episcopus tacite quidem Ecclesiæ præiudicare potest, expresse verò non potest. *Bertachinus tract. de Episcopis in quarta parte quarta partis quest. 7. nu. 22.* Parum vrget secundo, quod adfertur de sententia: quia negligentia Prælati non appellantis tacite præiudicat Ecclesiæ, quod expresse non posset, *cap. biduum 6. quest. 2. cap. Sape vbi DD. de appellat. glo. & DD. cap. 1. vt lite non conest. Abb. cap. 1. de dolo & contumacia Bertachinus d. quest. 7. num. 22.*

Succesius quæritur tertio, an Archiepiscopus possit? <sup>10</sup> *Causa quæstionis est, quod Archiepiscopus dicitur velut Princeps Episcoporum: estque in sua metropoli seu Archiepiscopatu ordinarius ordinariorum.* Sicut enim totius Episcopatus Ecclesiæ in potestate sunt Episcopi, sic Ecclesiæ totius Archiepiscopatus (inquit canon) ad diocesim pertinent Archiepiscopi *cap. 1. 9. quest. 3. Spec. de sentent. §. 6. vers. Quid si Episcopus Bertachinus de Episcop. in præludio nu. 13. Anton. de prælat. de Iurisdic. Episcop. cap. 6. nu. 17.* Distinguendum est, vt in diocesi suffraganeorum non possit *tex. cap. sicut vnire de excessib. prælator. cap. duo. c. pastoralis de offic. ordin. c. nullius de Iure. patr. Abb. d. c. Cum inter n. 14. de Re iudicat.* In sua autem eadem possit quæ Episcopus, *Abb. d. c. cum inter.*

Ratio est, quia licet Archiepiscopi sint ordinarii totius prouinciæ siue metropolis cuius gerunt sollicitudinem non ideo tamen cuiuslibet de prouincia, sed iurisdicatio in quemlibet dicitur esse impedita, paucis quibusdam casibus per glof. & DD. exceptis, *glo. solemnis cap. pastoralis de offic. ordin. Io. Francisc. Paurinus de visitatione part. 1. quest. 10. num. 50. & seqq.* Quos Hostiensis *tit. de offic. ordin. §. sunt autem* expresse his versibus

Officium varium, forus appellatio, crimen,  
Peccans, non parens, res, consultatio, defes,  
Præsul, canonici tumidi, sententia nequam,  
Visitat, indulget custos, quia Papa dat vsus  
Permutat, focijs suspectus, cumque remittit  
Casibus his primas subiectos præsulis arcer.

Porro, si consentiente Episcopo Archiepiscopus eximeret, tum non tam ab eius auctoritate, quam ex consensu Episcopi exemptio vires, & robur assumeret,



Arg. cap. Cum inter in verbis cum sua testimonio. R; quondam Vcronensis Episcopi qui eiusdem Ecclesie Archipresbyter exiit factum fuerat & completi. ubi etiam glo. & Abb. nu. 14. de re iudic. quo in casu censuit glossam in cap. placuit 16. quæst. 6. per cap. Archiepiscopus 9. quæst. 3. adhibendum esse consensum omnium Episcoporum prouinciæ; quod tamen Abbati displicuit d. cap. Cum inter nu. 14. de Re iudic. Eadem dicta sunt de Patriarchis cap. duo. de offic. ord. id est patribus patrum, seu primatibus, ordo in iure post pontificem summus. Quæ enim dicuntur de Episcopis eadem etiam habent locum in Archiepiscopis & Patriarchis Caccialup. de vno. art. 4. n. 5. vers. 3. vol. tract. 15. fol. 150. quales olim quatuor tantum erant: Constantinopolitanus Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus, cap. antiqua de Priuileg. cap. clericos dist. 21. ca. omnes sine dist. 22. hodie sunt Bituricensis, Pisanus, Aquilegialis Venetus, de quibus Nicolaus Boerius de ordine graduum vtriusque fori part. 1. num. 13. & seqq. Francisc. Pavinus de visit. part. 1. quæst. 2. nu. 8. & seqq. Petrus à monte in Monarchia Concilior. Rubr. ordo assistentium concilio nu. 2. Marcus Mantua. tract. de concilio num. 75. & seqq. Io. Hugo. de officio quatuor pralatorum §. Erant etiam olim apud.

13 Sed quid de legato? Non posse eximere, etiam si esset legatus à latere certi iuris est, probaturque duplici ratione. Prior est, quod exemptio sit de reseruatis papæ. late Abb. cap. ult. nu. 1. & seqq. cum apost. de confir. utili, vel inutili Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de Reuoc. unionum num. 26. glo. in cap. quod translationem. de officio legati, ac propriè Apostolicæ fedi competat glo. cap. 1. verb. exemptionis de priuileg. in 6. ubi philipp. Franc. nu. 4. vers. in gloss. 2.

Translatitium autem est quod ubi requiritur Apostolica indulgentia, non valet indulgentia legati, tex. cum glo. in clem. per literas. de præbend. Clem. quia contingit §. 1. vers. Apostolica de relig. dom. Bellen. de charit. subsid. quæst. 40. prout nec in generali legati à latere commissione transeunt casus papæ reseruati. Nicolaus Boerius tract. de potestate legati à latere nu. 24.

Posterior est, Quia legatus à latere nihil potest facere quod tendat in violationem iuris communis quod Abbas dicit esse regulare cap. fin. nu. 2. cum add. de confir. utili, vel inutili. Boer. d. tract. de per. legati à latere nu. 44. Villadiego tract. de legato. par. 1. quæst. 9. nu. 64 per cap. pen. & ult. de filiis presbiterorum. eximere autem & aduersatur iuri. cap. Omnes basilica 16. quæst. 7. Nilis in rectorio verb. Episcopus fundat. fol. 127. & Episcopus solus fundat fol. 130 per tex. cap. cum Episcopus de offi. ord. in 6. & plurimum præiudicat Ecclesie. Baronijs in annal. Eccl. tom. 8. anno 676. Pontifice Adcedato fol. 517 latissime Durandus de modo celebrandi concil. generalis tit. de exemptionibus a nu. 15. vsque ad nu. 75. Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 11. & 20. de Re for. Ideoque non est facile (inquit Fel.) concedenda exemptio ca. Cum non liceat nu. 1. de prescript. Sed potius reiicienda Rqm. cons. 37. Innocent. cap. dudum de priuileg.

14 De Pontifice videtur voluisse dubitare Durandus tract. de modo generalis Concilij part.

part. 1. Rubri 4. nu. 18. 43. 44. & seqq. Sed tamen nihil dubij. glo. cap. 1. in pr. ubi etiam Francus de priuileg. in 6. cap. frater 19. quæst. 1. cap. luminoso 18. quæst. 2. glo. cap. quod translatione de offic. legati, & optima in nostris terminis Parisius cons. 22. n. 11. & seq. vol. 4. expressim Mandosius de signat. gratia tit. exemptiones vers. eximere proprio est Apostolice sedis. Anchar. cons. 132. n. 5. Spec. tit. de legato. §. nunc ostendendum vers. 11. inemo. C. de decurionibus lib. 10. cap. Cum inferior ubi glo. in verbo. exemptum. & Abb. de maior. & obedient. Quid enim ei abnegabimus de quo insignis illud D. Bernardi: 2. de Consider. ad Eugen. Age indagemus adhuc diligentius, quis sis, quam geras personam in Ecclesia Dei, Quis es Sacerdos magnus? Tu princeps Episcoporum. Tu hæres in Apostolorum, tu primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyse, Iudicatu Samuel, potestate petrus, vnctione Christus. Alia multa de Pontificis potestate leguntur apud Anton. de Rosellis tract. de Concilijs capit. Sententia que potius attendenda sit 17. & Capit. Pontifex circa quos & ubi potestatem habeat. cum alijs plurimis cap. seqq. Item eundem tract. de potestate Imperatoris & Papa. per tot. Catald. de Bonon. pag. tract. de potestate papæ. Prætereundum tamen non est, quod, etsi pontificis sit proprium eximere, tamen quod a se, vel Romana curia eximere non possit; Abb. cap. si quis nu. 2. de Maior. & obed. Selua tract. de beneficio. part. 3. quæst. 8. num. 16. & tract. de Iureiurando part. 4. num. 39. Belleus de charit. subsid. quæst. 58. nu. 4. Restaurus tract. de Imperatore 9. 50. num. 32. Felin. cap. Cum non liceat num. 14. de prescript. nec aduersus eum præscriptione exemptionem acquiri verius est. Felin. cap. cum nobis, de prescript. & d. c. cum non liceat. Nilis in rectorio. verb. prescribere nemo fol. 358. Abb. cap. ad audienciam nu. 18. & 19. de prescript. Restaur. de Imperatore d. quæst. 54. num. 6. idque ne dentur acephali quos Ecclesia reiicit. cap. nulla ratione dist. 93. ubi glo. quod de omnimoda & totali exemptione accipiendum est. speciali enim priuilegio, vt puta charitatio subsidio, decima papali, aut alio eiusdemodi iure à Pontifice quis eximi posset. cap. decet de reg. Iur. in 6. cap. 1. & 2. 25. quæst. 2. Bartholom. Bellencinus de charitat. subsidia. quæst. 58. n. 3.

Vnde itum est in aliam, & quidem arduam quæstionem, an Princeps priuilegio 16 aut præscriptione eximi possit à punitione Pontificis, seu quod in idem recidit ne ab eo excommunicetur? Posse videtur iudicare extrauagans Io. 22. incip. frequentes, sub finem dignitari enim principis parcendum est. Massa ad formulam Cam. oblig. tit. Reliqua processus, nu. 21. Verum est eiusmodi Priuilegia, & vana esse, & nulla, late Roder. Episc. Samerenz. lib. de Origine principatus parte. 2. charta 77. & seqq. §. verum §. tertio. Restaurus tract. de Imperatore quæst. 50. nu. 32. quæst. 111. casu 77. per cap. Cum instanciam ubi. D. D. de censibus cap. per venerabilem. Qui filij sunt legitimi. cap. Licet de foro compet. cap. nouit de Iudic. l. iubemus nullam ubi D. D. C. de Sacros. Eccles. cap. cum non liceat de prescript. Et est conclusio Abbatis. d. cap. cum instanciam. His verbis: Quinimo dicit Io. Andr. se non credere quod Papa posset aliquem priuilegiare



giare ne teneatur venire ad eum, vel vt per eum non possit excommunicari, & ego hoc habeo pro indubitato quia cum Papa teneat locum Dei in terris vt in cap. 2. de transl. prælator, non debet aliquem eximere sua potestate, cum per hoc eximere- tur à potestate Dei. vnde contra summam potestatem Papæ, non valet præscriptio. vt not. Innocent. cap. bone 2. de pestul. prælato. Ita ille, Idem censit Felin. in d. cap. cum non liceat. num. 14. in fine. de præscript. tum ne dentur acephali, sine Rege, sine capite, vt locustia Abb. c. per venerabilem num. 9. & 37. Quis filij fiat legitimi Fel. Abb. & DD. cap. cum non liceat de præscript. cap. nulla, dist. 93. tum ne sit in manu Pontificis abijciendi à se claus ac sibi manus ligandi. ca. innotuit de elect. dicam infra lib. 3. cap. 1. nu. 2. Quam sententiam doctè confirmavit Gregorius Sayrus Theolog. Benedic- tinus tom. 1. Theologie moralis lib. 5. cap. 10. numer. 12. dicens ne quidem eiusmodi priuilegio quemquam immunem esse à censuris Bullæ Cœnæ Domini. qua de re di- cam infra lib. 4. quæst. 75.

#### Q V A E S T I O IV.

Ius exemptionum an sit fauorabile vel odiosum.

#### S V M M A R I V M.

1. Agentis intentio inspicienda.
2. Leges statuta, priuilegia, iudicanda ex intentione concedentis.
3. Exemptiones an concessa fauore exem- ptorum.
4. Exemptiones an extendantur ad inflar priuilegiorum. 15. 16.
5. Ius exemptionum odiosum.
6. Pontifex diocesanus totius orbis.
7. Exemptiones restringenda. 8. 14. 17.
10. Ampliatur etiam ad exemptiones in- clusas corpori iuris.
11. Masculinum non concipit femini- num.
12. Reditio ad ius commune fauorabilis.
13. Cum fauor & odium concurrunt, præ- ualet odium.
18. In dubio iudicandam pro ordinario.
19. Iurisdic. o ordinaria valde fauorabi- lis.

Videri fauorabile ius exemptionum non paucis probari potest argumentis quæ priusquam attingam præmitto, vt cognoscatur qualis sit actus, inspicere debere an agens principaliter motus sit ob fauorem, aut etiam ob odium. Primo casu fauorabilis, altero odiosus iudicatur, sicut exemptionem in pr. vbi Barth. & Bald. ff. de cond. indeb. Bald. l. 1. col. 10. vers. sed hic quæro de effectu C. de summat. trinit. estque generale vt statuta leges, priuilegia censeantur fauorabilia ex principali intentione concedentium. Bald. l. venia vbi DD. C. de in ius voc. conf. 433. Dominus Ioanna col. 2. lib. 3. Nicolans milis in reperiario verb. lex dicitur fauorabilis.

Atqui nemo dubitauerit exemptiones concedi fauore exemptorum, quando- que vt liberati iugo ordinarii quietius viuant: quandoque etiam fauore sanctæ sedis, cuius interit habere multas immediate subiectas, ideoque in odium ordina- riorum

riorum late Robuffus Responso 142. cap. quam sit 18. quæst. 2.

Deinde exemptiones sunt priuilegia Principum, quæ late, & omnium fauore dicuntur interpretanda & extendenda, l. fin. vbi DD. ff. de const. pec. l. vlt. vbi tex. ff. de const. princip. sic etiam dispensatio quæ alioquin odiosa est late interpretatur. cap. 1. de filiis presbit. in 6. Postremo quando fauor & odium concurrunt dicitur confidendus fauor. Abb. o. in litteris in fin. de Resc. spol. per not. in d. l. 2. C. de in ius vocando Bald. l. 2. C. Qui non possint ad libert. perucire. Communis tamen conclusio est ius hoc exemptionum esse odiosum. Ratio est, Quia sicut Pon- tificis Diocesanus est totius orbis cap. cuncta per mundum 1. & cap. cuncta per. 2. 9. quæst. 3. Troilus de Canonizat. sanct. dubio 2 numer. 8. 9. 28. 29. Et Imperator domi- nus vniuersi orbis protectione atque dignitate glo. solemnis in cap. Adrianus Papa dist. 63. text. l. de precatio ff. ad l. Rodiam de iactu. Bald. cap. 1. nu. 2. de allodis. Menich lib. 2. presumpt. 14. nu. 3. & seq. Restaurus tract. de Imperat. quæst. 52. & 53. nu. 19. Sic E- piscopus fund. tam adeo habet intentionem vbique & in omnes suæ Diocesis cap. cum Episcopus vbi DD. de offic. ord. in 6. cap. omnes Basilica 16. 47. cap. noueriat cap. re- genda cap. sic quidam 10. quæst. 3. cap. cum contingat. de foro compet. nisi tamen concessa sit exemptio: quæ quidem quia est contra ius commune. Abb. cap. recepimus num. 4. de priuileg. in cap. 1. nu. 10. de offic. ordin. ideo (vt & omnia quæ communi iuri repu- gaant) dicenda est iuris odiosi Abb. cap. quia circa in 3. not. de priuileg. in cap. olim su- per glo. 1. de verb. sig. Est enim omnis recessus à iure communi odiosus. Abb. cap. cum dilectus de consuet. cap. 1. & 2. de filiis presbit. late in materia exemptionum Durandus tractat. de modo concil. general. part. 1. Rubr. 4. nu. 15. & multis seqq. Ideoque stricti iuris. cap. que à iure de Reg. iuris in 6. l. quod vero ff. de legib. Barth. in repet. l. Casar sub finem ff. de public. & vectigal. Bald. post Iacob. de aret. l. non possunt in 2. lectura ff. de legibus. Ac proinde exemptiones quia præiudicant ordinariæ potestati quæ est fauorab. lis quantum fieri potest restringenda. Franc. cap. 1. nu. 2. vers. 3. nota de priuileg. 8. in 6. in cap. ne aliqui nunt. 1. cap. per exemptionem num. 5. vers. in glo. eodem tit. Abb. cap. sanc. per ratum de priuileg. Iason l. sicut stipulatus num. 12. ff. de verb. oblig. Et l. 1. ff. de Const. Abbas consi. 102. nu. 2. vers. Tertio facit vol. Innocent. cap. dudum de priuilegiis. Vt & rescripta, priuilegia gratiæ Pontificum, & id genus similia, in quantum à communitate recedunt late Fel. cap. car sam quæ de Rescrip. 10. Baptista Lionellius tract. de surrept. rescript. quæst. 3. art. 7. Traquel. de Retract. consang. §. 1. glo. 9. num. 180. & seqq. & lat. sicut §. 35. glo. 1. Bald. cap. super litteris Col. 1. de Rescript. Rebuff. in praxi benef. par. 1. Tit. differentia inter priuilegium & Rescript. num. 23. in fin.

Quæ etiam extendo ad exemptiones in corpore iuris clausas. Andr. Gamma- rus tract. de extensib. n. c. 164. Francus cap. cum de diuersis num. 4. de Priuileg. in 6. glo. c. vt in ca. de electio in 6. & c. Constitutione de Regular. ideoq; exemptio concessa fra- tribus minorib. nō extendatur ad foro: eiusdē ordinis quod contra Rojns. de Forjij



in l. tres fratres ff. de pact per illum tex. & l. lucius §. qua situm ff. deleg. 3. l. lucius §. moenia ff. ad trebell. l. lucius ff. fam. her. c. & Flamminium Paris. de Respo. ben. part. 1. li. 3. quest. 12 dicens dispositum in Abbate habere locum in Abbatisa. Censuit Baldus in d. §. Moenia. & in l. quicumque col. 4. C. de seruis fugit, Et post eum Alex. Conf. 19. vis. testa-  
 11 mento nu. 3. vol. 4. & merito. regulare enim est in priuilegiis, aut rescriptis masculinum non concipere fœmininum, late Tiraq. de retract. consang §. 1. glo. 9. num. 183. & seq. not. Decius l. feminina nu. 65. & seq. ff. de Reg. iuris. DD. l. verbum hoc si quis ubi Rebuff. Alciat. ff. de verb. signific. Quæ notanter limitantur in exemptione ab ordinario speciali; puta, qui non habet iurisdictionem ordinariam de iure, sed  
 12 ex priuilegio, præscriptione, consuetudine, aut aliter, de quo Nauarrus Conf. 9. de priuileg. tomo secundo. eiusmodi enim exemptio, seu reditio in iurisdictionem veri ordinarii, vt & reditio ad ius commune, omni digna fauore esset iudicanda cap. ab exordio cum gla. dist. 35. l. si vnus §. pactus ne periret ubi DD. ff. de pact. late Fel. cap. cum accessissent col. 1. de constit. Gosadinus conf. 1. nu. 35. conf. 9. num. 31. Abb. cap. olim nu. 5. de verb. signif. Rebuff. in praxi benef. part. 1. tit. differentia inter priuileg. & rescript. Vnde (quod notandum est) elicitur, quod licet exemptus ab ordinario, & immediatè subditus Papæ, non possit se submittere extraneo superiori sine licentia Papæ, tamen ordinario suo bene se submittere potest, quia hoc modo res simpliciter redit ad ius commune, sunt verba Felini & Iasonis, l. si vnus §. pactus ne nu. 9. ff. de pact. Felin. in suo repert. verb. exemptus ab ordinario & immediatè subditus Papæ. fol. 53. col. 1. Abbas cap. significasti n. 10. de foro comper. in cap. de offic. ord. Nauarr. conf. 13. de priuileg. tom. 2. Sic clericus licet de iure non possit consentire in alium iudicem sine venia sui Episcopi, d. cap. significasti. Si tamen ex iure speciali sit subiectus prælato inferiori ab Episcopo, vt in suum Episcopum consentiat, non requiritur licentia prælati l. si d. §. pactus ne nu. 9. Fel. in repert. verb. Clericus qui est subditus fol. 20. col. 1. & cap. Cum accessissent nu. 5. de constit. quia (inquit ibi) ad hoc vt resreuerteretur ad ius commune, à quo per viam specialem exierat potest inferior venire contra dispositionem superioris. Id quod magis appositè discutietur infra Libro 2. cap. 5. nu. 18. & sequentib. Quæ cum ita sint patet satis responsio ad obiecta in principio. Et quidem primum soluitur dupliciter. Imprimis quod et si exemptiones interdum fauore exemptorum concessæ sint, tamen principaliter inter. essit odium  
 13 ordinariorum, vt late deducit Rebuffus Respons. 142.

Porro cum in dispositione concurrunt fauor & odium, ea simpliciter censetur odiosa lo. Andr. c. ult. sup. glo. 5. ubi Anchar. dominic. Francus n. 6. in fine de verb. signif. Bald. l. 1. col. 1. vers. Item nota quod priuilegium ff. de constit. princ. Milis in repert. verb. lex dicitur fauorabilis & verb. priuilegium sin vno.  
 14 Secundò exemptiones aduertantur iuri communi d. cap. basilica d. cap. significasti d. cap. Cum Episcopus. Omnis autem recessus à iure communi est odiosus cap. 1. & 2. de

2. de filiis presbit. in 6. Abb. cap. olim n. 3. de verb. significat. late Durandus d. parte 1. Rubr. 4. num. 15. & seqq. vsque ad nu. 75. Ad secundum, fateor exemptiones esse priuilegia Principum: sed tamen quia præiudicant iurisdictioni ordinariorum, quæ est valde fauorabilis cap. peruenit 11. quest. in fin. Franc. d. cap. per exemptionem numer. 5. debent ad instar omnium priuilegiorum strictissimè interpretari vt minus quam fieri potest præiudicent tertio. Felin. cap. causam qua nu. 10. & seqq. de Rescript. Licet bene respectu concedentis admittant interpretationem extensiuam Abb. cap. olim num. 7. de verb. signif. late Iason & DD. l. beneficium ff. de Constit. Castrens. l. 2. C. de in ius vocand. ubi etiam DD. Milis verbo. priuilegium principis contra eum.

Ad postremum, respondetur partim vt ad primum, partim quod hic versetur etiam odium respectu exemptionum, ex eo quod dicantur excitari perturbationes & dissolutiones. Concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de Refor. Durand. d. parte 1. Rubr. 4. a num. 15. vsque ad num. 75. Chopps in suo Monasticon lib. 1. art. 2. num. 22. Vnde inquit D. Gregorius in epistolis, si sua vnique Episcopo Iurisdicatio non seruetur quid aliud agitur nisi vt per nos per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet confundatur? c. peruenit 11. qu. 1. Riga cap. cum M. n. 195. de constit. aut si versatur qualis qualis fauor, certe ille priuatus est, ceditque fauori ordinariæ iurisdictionis, qui publicus est. per not. Franc. & DD. cap. odia de Reg. iuris in 6. Et ne multa: si exemptiones sunt contra Ius commune, (vt esse probatum est supra) quantumuis certè sint exemptorum fauore introductæ, tamen nihil dubitandum est, quin simpliciter tanquam quæcumque iuri communi contraria, sint odiosæ & strictim interpretandæ. Sic de retractu consanguinitatis concludit Tiraquell. in prefat. num. 67. Hinc in  
 18 dubio semper præsumendum est & iudicandum pro ordinario Federic. Conf. 130. Abb. cap. Quondam n. 4. cum addit. de priuileg. cuius iurisdicatio est valde fauorabilis, c. peruenit 11. quest. 1. & cap. qui resistit quest. 3. Archidiacon. in cap. Frater 16. quest. 1. n. 3. 19  
 Et est ratio quia fiunt in præiudicium potestatis ordinariorum, quæ vtique fauorabilis est, & extendenda.

## Q V A E S T I O V.

Dispositione generali, an comprehendantur exempti?

### S V M M A R I V M.

1. Dispositio generalis non extenditur ad casus priuilegiatos.
2. Exempti sunt honore, & prerogatiua digni. 16.

C

3. Sub



3. Sub indictione generali collectarum, exempti non comprehenduntur. 19.
4. Beneficia exempta non comprehenduntur appellatione beneficiorum. 20. 21.
5. Appellatione clericorum non comprehenduntur exempti.
6. Cardinales an comprehenduntur sub dispositione generali. 26.
7. Conclusio affirmatiua questionis. 10.
8. Pontifex est Diocesanus exemptorum.
9. Exempti magis subiiciuntur Papæ quam alijs.
11. Generalis dispositio comprehendit causas, & personas priuilegiatas.
12. Generali dispositione ne aliquid fiat comprehenduntur exempti.
13. 14. Limita si generalis dispositio prauindicaret exemptioni.
15. Sublimita nisi dispositio generalis haberet pragnantes clausulas.

**N**ON comprehenduntur exempti sub generali dispositione, multa videntur arguere. Imprimis, Quod dispositio generalis non extendatur ad casus speciales, & priuilegiatos, sed eorum gratia veniet restringenda, quippe quæ quod sunt specialiter de illis caueatur. *Abb. cap. verum num. 22. de foro compet. glo. & text. cap. 2. de prebend. in 6. l. in testamento vbi Fulgos. C. de Testam. l. Hac consultiissima vbi gloss. & DD. C. Qui test. facere poss. Alciat. l. postquam liti sub sinem C. de pact.*

**C**um ergo exempti tamquam eximij sint meliore loco ac omni favore, priuilegio, & honore, alijs præferendi, *cap. pertuas vbi gloss. de maiorit. & obed. cap. vt Apostolico vbi Franc. num. 3. de priuileg. in 6. Petr. Brixienf. in repert. verb. Exempto vers. An Pralatis Henricus Botteius de Sinodo Episcop. par. 3. numero 17. Generali dispositione comprehendendi non debent, vt hoc in puncto tradit Bald. l. 1. Colum. 6. vers. vnde queritur. C. de furis Castrens. Conf. 313. postremares ista. vol. 1. Conf. 462. vol. 2.*

**S**ecundo, sub generali indictione collectarum non comprehenduntur exempti, *Archidiacon. cap. si propter de rescript. in sexto. Angel. l. fin. C. sine censu & reliquis*

17. Generalis dispositio odiosa generaliter intelligenda.
18. Tantum operatur generalis dispositio in genere quantum specialis in specie.
21. Si concessum sit Episcopo vt percipiat fructus beneficiorum vacantium in sua diocesi habebit etiam fructus beneficiorum exemptorum sua diocesis.
22. Appellatione Ecclesiarum diocesis comprehenduntur exemptæ.
23. Limita si dicatur de tua diocesi. 25.
24. Valet argumentum à rebus ad personas.
27. Sententia in fauorem pia Record. Cardin. Erardi a Marckæ Principis Leodiensis.
28. Dispositio legis & hominis equiparantur.
29. Dispositione generali quis non censetur disponere quod sua non est potestatis.

quis Bertachin. de Gabellis part. 7. numero 29. Lucanus de fisco part. 3. tit. de Immunit. collect. numero 9. Gigas de pension. quest. 59. numero 9. quod & in charitatiuo subsidio tenet Decius *Conf. 154. in causa exemptionis colum. 2. & in Gabellis, Io. Gutierrez tract. de Gabellis quest. 87. & seqq.*

Tertio similiter sub generali appellatione beneficiorum non veniunt beneficia exempta *text. & DD. d. cap. si propter Copus de fructibus lib. 4. tit. 3. cap. 3. Roa decis. 2. de priuileg. in antiq. Sicut quoque nec appellatione beneficiorum diocesis. Fel. cap. graue numero secundo, de offic. ord. Selua de beneficio par. 1. quest. 3. numero vigesimo primo.*

Quarto generali dispositione seu appellatione clericorum, non veniunt aut comprehenduntur exempti, *text. & gloss. in d. cap. graue cap. ex parte de priuileg. glo. Clement. si beneficio de prebend. vbi Cardin. glo. Clem. frequens de excess. pralat. Petr. Brixienf. in repert. verbo Clericus.*

Postremo, sicut generali dispositione Papæ non comprehenduntur Cardinales: quia in generali dispositione non includuntur maiora expressis, *cap. sedes Apostolica vbi Felin. & DD. de Rescript. Ioan. Monach. Ioan. Andr. cap. unico de schismat. in 6. Gigas de pensionib. qu. 59. n. 11. & seqq. Barbatia tract. de Cardin. par. 1. qu. 7. per tot. ita etiam exempti.*

Sed prædictis non obstantibus concludendum est contrarium. Quod vt probem, præmitto Pontificem esse Dicecesanum, & superiorem exemptorum *cap. 8 multa dist. 93. glo. & Franc. cap. auctoritate. §. in hibemus vers. in gloss. de priuileg. in 6. Abb. cap. nihil de electione. Vnde, cum Papa aliquid generaliter constituit, ligat omnes suos subditos cap. 1. de const. cap. 1. de Censib. Licet autem omnes sint Papæ subditi, longè tamen magis subiiciuntur ei exempti, cum alium non habeant Iudicem: alioquin enim forent acephali, sine rege, sine capite, quas Pontificia iura exerantur *gloss. & text. d. cap. nulla. text. cap. quidam circa fin. 24. quest. 3.**

Itaque conclusio est, quod in generali dispositione comprehendantur exempti. Ita concludit, & confirmat. *Gomefius ad Regulas Cancellaria tit. de infir. resignat. par. 1. quest. 5. fol. 73.*

Ratio est, quia generalis dispositio legis non solum causas sed etiam personas priuilegiatas comprehendit. *Bald. l. in fraudem. §. vlt. ff. de test. milit. Decius l. 1. numero 9. ff. de regul. Iuris. cum addit. latissimo suo more concludit Tiraguell. de retr. Conf. §. 1. gloss. 14. numero 95. vsque ad numer. 103. Idque etiam si maior aut specialior aliqua ratio in vno quam alio casu appareret, & etiam si in odiosis aut pœnalibus versaremur *Gozad. in Conf. 35. breuiter Colum. 2. numero sexto Conf. 51. in causa numero vigesimo quarto Conf. 103. videtur primo numero 3. Conf. 59. prima facie numero 13. Conf. 19. numero 17. Tiraquell. d. §. 1. gloss. 14. numero 201. & seqq.**



- 12 Hinc est, quod generali prohibitione ne aliquid fiat, includantur etiam exempti. Ita Philipp. Franc. cap. auctoritate §. *inhibemus in pr. de priuileg. in 6.* quia tantum operatur generalitas respectu omnium quantum specialitas respectu quorundam. *Castrensis in l. qui adificium num. 3. per. l. si seruitus ubi glo. ff. de seruit. urb. prædiorum l. si duorum & ibi Barch. ff. de administ. tut. l. si chorus ff. de leg. 3. l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Tiraquell. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. vers. hæc tamen in fine quem omnino in hac materia vide.* Item etiam sub generali dispositione clericorum comprehenduntur exempti. *Nauarrus de datis & promissis pro iustitia not. 4. vers. sexto noto.* Quæ tamen declaranda sunt, & limitanda, vt obtineant in materia tantum communi & indifferenti.
- 13 Nam si dispositione generali verteretur aliquod præiudicium speciale exemptionis tunc sub ea non comprehenderentur exempti arg. *l. stichus ubi Barth. ff. de aliment. & liber. leg. Bald. l. omnes populi ante finem vers. Item nota quod generale statutum ff. de iust. & iure. Decius l. 1. num. 10. 11. ff. de reg. iuris. Tiraquell. de præscript. §. 1. glo. 11. in fine & de Retract. Consang. §. 1. glo. 14. num. 105.*
- 14 Ratio est, quia per eiusmodi constitutiones seu dispositiones generales, reuocantur, aut alterantur exemptiones, quod iura non admittunt *tex. cap. 1. De Constit. in 6. l. decurionibus ubi glo. & DD. C. de silent. lib. 12. Milis in repert. verb. priuilegium non insertum in fol. 372. pag. 2. quod etiam multis auctoritatibus confirmat Tiraquell. d. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. post princip. Quod ipsum confirmatur per Henricum*
- 15 Ferendat in addit. ad Repert. *Milis in verbo priuilegium his verbis: Priuilegio specialia alicui concessio nunquam derogatur per legem generalem nisi fiat de ipso mentio tex. est cum sua glo. l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. quem tex. ad hoc ponderauit Bald. l. non plures C. de sacros. ecclies. refert & sequitur Iacob de S. geminia. l. 2. §. omnes autem col. 2. vers. addite ff. de Iudic. ita ille.*
- 15 Quod tamen sublimita nisi in dispositione, generali adiectæ sint clausulæ prægnantes, quales sunt non obstantibus, &c. Etiam si de verbo ad verbum, &c. Cuiuscumque status, &c. aut alia eiusmodi Aut subiecta materia vel disponentis præsumpta voluntas aliud suadeat. De quibus compendij gratia Gomefius in *Proemio Reg. Cancell. quest. 4. 5. & in Comment. ad Reg. de valore exprimento in Imp. t. benef. quest. 1. vers. Quid in tanta varietate vsque ad vers. Postremo. Felinus cap. accedentes de præscript. Guido de Rescript. nu. 22. & seqq. Menoch. de præscript. lib. 2. presump. 12. nu. 3. & seqq. & lib. 6. presump. 38. & 40. per tot. Nauarrus Conf. 12. de Regularibus n. 5. lib. 3. tom. 1. conf. 7. de priuileg. tom. 2. arg. glo. in verbo cuiuscumque Clem. si de beneficio ubi Card. de præbendis.*
- 16 Non obstant argumenta in principio opposita quia licet in exemptis præfulgeat quædam nota honoris qua non exemptis quadantenus præferuntur *d. cap. per tuas Franc. d. n. 3. Petrus brixien. & Henric. Botteius supra cit. tamē eiusmodi præeminentia*

tia non liberat à vinculis legis siue generalis dispositionis argumento eius quod de Augusta dicitur: quæ etsi fulgeat radijs Augusti. *l. fiscus §. fin. ff. de iure fisci.* tamen generali constitutio, aut dispositione comprehenditur, *tex. not. l. princeps ff. de legibus.* Hinc est quod dicitur, dispositionem generalem quamuis odiosam, quantum petitur lata interpretatio oriens ex proprietate verborum, generaliter esse intelligendam. *Ang. l. ult. vers. ultimo queritur ff. de const. princip. per tex. l. cum lege ubi Aret. ff. de Testam. Tiraquell. d. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. vers. Idque adeo procedit.* Quod ipsum post Tiraquell. censuit Gomefius his verbis, dispositio (inquit) generalis capit omnes suas species, etiam qualitate differentes vt notat Bald. l. in fraudem ff. de milit. test. per tex. l. 1. §. quod autem ff. de aleat. not. Decius cap. 2. de præbendis & alibi sæpè. Ita ille. *In comment. ad Reg. Canc. Reg. de Impetr. benef. vac. per obitum famil. Card. in quest. 8. vers. Et pro isto in fine.*

Ratio est, quia tantum operatur dispositio generalis in genere, quantum specialis in specie *l. si duo ubi Barch. ff. de adm. tut. l. si chorus ff. de leg. 3. l. omnes C. de præscript. trig. vel quadraginta annorum.*

Non obstat secundum. Quia exempti ideò non comprehenduntur in generali indicatione collectarum, ne per constitutiones, & dispositiones generales priuilegiū eo in causa specialiter concessum, reuocetur, vt præter cæteros in prima declaratione à me vocatos in auctoritatem, appositè probat Decius *l. 1. num. 10. & 11. ff. de Reg. Iuris glo. cap. graue de offic. ordinar.*

Ad Tertium negatur simpliciter quod appellatione beneficiorum non comprehendantur exempta. Ita censet Gomefius concludens ea comprehendi sub regula Cancellariæ, de infirmis resignantibus, *Lud. Gomes. ad reg. Cancell. Reg. de infir. resign. quest. 5. Philipp. Franc. cap. si propter num. 8. & 9. ubi explicat e Archid. de Rescript. in 6.*

Hinc est quod si concessum fuerit Episcopo priuilegium vt habeat fructus beneficiorum vacantium in sua Diocesi, habeat etiam fructus beneficiorum exemptorum suæ Diocesis. *Anton. de Rosellis tract. De Indulgentijs num. 314. & seqq. Io. Copus tract. de fructibus lib. ult. ca. 3. num. 14. & seqq. Abb. cap. pro illorum num. 6. in fine de præbendis.*

Translatiuum enim est, quod appellatione ecclesiarum prouinciæ vel Diocesis veniant etiam exemptæ *Abb. d. cap. pro illorum num. 6. Fel. ca. graue nu. 1. de offic. ord. ca. dilecti de foro compet. Anton. de Rosellis & Io. Copus, iam citati. Cardinalis Clem. Archiepiscopi §. simili nu. 15. de priuileg.*

Non tamen si diceretur *de tua Diocesi vel ecclesiarum tibi subiectarum,* adeò quidem, vt hic maior sit difficultas ex verbis, quam in re. *Felin. d. cap. graue Io. Copus Rosellis Abb. d. num. 5.* Siquidem differentia statuitur inter has enunciationes, de beneficijs in tua Diocesi, & de tua diocesi: vt in priori comprehendantur exempta;



in posteriori ne utiquam: quippe quod beneficia exempta sint quidem in diocesi, sed non de diocesi Episcopi, *Lap. Clem. 2. de privilegijs Abb. d. cap. graue num. 1. cum addit. de offic. ordin. Rosellus d. loco num. 315. Petr. Brixienf. in repert. verb. Exemptio vers. an per mandatum, Et notauit infra quaestione 46. post pr.*

24 Ad quartum, respondeo omnino ut ad praecedens: Idque argumento à rebus ad personas, quod est in iure validum. *arg. l. miles ita ff. de milit. testa. & arg. l. si quis inquilinos § sita legatum de legat. 1. Math. Gribaldus de ratio stud. lib. 1. cap. 18. & praesens in locis à loco ad personas.*

Non obstat cap. graue de officio ord. Quia illud disponit de clericis tuæ diocesis, qui ad instar beneficiorum non comprehenduntur eiusmodi sermone ex eo quod tuum importet superioritatem, quam Episcopus non habet in exemptos *Card. cap. Abbatem de Rescrip.* Sicut enim loca exempta, sunt in diocesi Episcopi, sed non de diocesi ut dictum est supra, adde *Abb. cum add. cap. Apostolicum de donat.* Ita & clerici exempti sunt in diocesi Episcopi sed non de diocesi. Confirmo quia clericorum generali appellatione veniunt clerici cuiuscumque gradus. *Francus cap. 1. in pr. nu. 2. de clerico agrerante in 6. cum distinctione tamen quam ibi adfert.*

26 Ad postremum licet plerique censuerint generali dispositione non comprehendendi Cardinales, ut praeter alios tenuit etiam Io. de Selua. *tract. de Beneficio parte 3. Quaest. 43. num. 3.* tamen verius est & communius comprehendendi *Felin. ca. in iure peritus de offic. deleg. cap. ad aures col. 7. vers. octaua conclusio de Rescrip. c. quod super his col. 3. de fide instr. Bellensinus tract. de charit. subsid. quaest. 66. ubi hic articulus distinctim explicatur adde exacte Nauarrum distinguentem tractat. de datis & promissis pro iustitia not. 4. vers. sexto quero.*

27 Quam opinionem confirmat varijs in locis Ludou. Gomefius ad Regulas Cancellariæ: afferens ita fuisse iudicatum anno 1531. In nouembri per Rotam in fauore Erardi à Marcka piæ recordationis Cardinalis & Principis Leodiensis contra Cardinalem de Vich. *In praem. Regul. Cancell. quaest. 4. vers. ex quo infertur ac alijs in locis.*

28 Pro coronide, volo praedicta non solum obtinere in dispositione canonis, seu legis, rationibus praescriptis & tot. *tit. de constit. tam in decret. quam in digestis, sed etiam in dispositione hominis, quia dispositio legis & hominis æquiparantur bonaque sumitur argumentatio ab vna ad alteram l. si in testamento. in fin. ff. de vulg. & pupill. Mathenus Gribald. tract. de Ration. studendi lib. 2. verb. dispositio & libro 1. ca. 18. per l. non impossibile ff. de pactis.* Sed ita cum homo disponere potuit: Nam (ut inquit Marcus Mantua) dispositione quantumcumque generali, nunquam quis censetur de eo disponere, quod suæ non est potestatis, *l. lucius ff. ad municip. l. si pater ff. Quia in fraud. cred. l. curatores in sine ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. cap. in generali de contro. vers. inter dom. & agnatos Marcus Mantua. sing. 485.*

Q V A E

## Q V A E S T I O VI.

Exemptio an praescriptione acquiratur?

## S V M M A R I V M.

1. Exemptio praescribi potest cum requisitis à Parisio.
2. Quasi possessio non releuat à probatione exemptionis 4. 5. 6. 7.
3. Pendente lite ordinarius exercet iurisdictionem, sed cum destinatione.
4. Præuilegium fauorabilius praescriptione.
5. Qualis praescriptio requiratur ad exemptionem.
6. In articulis de immemorabili tempore ponendum quod alius sit in possessione superioritatis, alioquin essent impertinentes.
7. Exemptio translative praescribi potest, non v. r. extinctiue 14.
8. Quantum tempus detrahi debeat.
9. Exemptio an acquiratur consuetudine?
10. Exemptio est de reseruat. Papa.
11. Vniuersalis exemptio acquiri non potest. 10.
12. Exempti ut proscribant debent tractari à Papa tanquam tales.
13. Reuerentiale ius nemo in totum praescribit.
14. 15. Tenentur nihilominus postulare ea quae sunt ordinis Episcopalis.
16. Praescriptio admittitur modo ordinarius sit diligens.
17. 18. Habitus iurisdictionis non praescribitur.

**P**raescribi Exemptionem late docuit Franciscus Balbus alijque sexcenti, *Balbus tract. de praescript. 1. partis principalis quaest. 12. per tot. Abb. cap. cum non liceat de praescript. & conf. 94. vol. 1. in cap. dilectus num. 18. de capell. Monach. Felin. d. cap. cum non liceat Philipp. Francus cap. cum persona § si autem num. 1. cum auctoritatibus per eum allegatis de privileg. in 6. & latissime Bald. in addit. ad spec. de testib. §. nunc videndum col. 2. vers. item opponunt & col. seqq. uti inter cetera docet modum articulandi, &c.* Sed haec tenent si concurrant quae Paulus Parisius *consil. 96. vol. 4.* requirit his verbis: Exemptio quoad iurisdictionalia ut possit praescribi, multa sunt necessaria, & insimul concurrere debent. Nam qui dicit se exemptum ex praescriptione, debet eam probare ut est tex. ad literam in d. cap. Cum personæ §. si autem de privileg. in 6. Item debet esse possessio ex praescriptione pacifica & non violenta, nec clandestina ut dicit tex. ad literam in d. cap. cum personæ. pro quo facit cap. licet de privileg. eodem lib. & cap: eum qui de praeb. in 6. & 16. quaest. 1. cap. legimus not. late in cap. veniens de praescript. & per Barth. l. 1. §. quod ait ff. uti possidet. cum similibus. Et talis praescriptio seu possessio debet esse cum bona fide: quod probandum est, nec non ut dicit, tex. in c. vigilianti & in c. fin. de praescript. cum vulgaribus. debet etiam esse continuata & non interrupta iuxta notata in c. illud de praescript. & in regula sine



„ sine possessione de reg. iur. lib. 6 per Alex. Conf. 110. vol. 2. per Butrium Imolá &  
 „ alios in d. cap. sui de præscript. in tantum quod vnico tantum actu contraria inter-  
 „ rumpitur, nec est necessaria multiplicata interruptio vt plenissimè habetur per  
 „ doctores maxime Butrium & Modernos in cap. auditis de præscript. & talis præ-  
 „ scriptio debet esse cum causa, saltem colorata vt dicit tex. in d. cap. cum personæ,  
 „ vers. licet, ad quæ not. per Butr in d. cap. peruenit de censibus col. 15. volens ea quæ  
 „ priuilegio tantum sunt concessibilia, vt propriè est in materia præsentis, & patet  
 „ per iura præallegata, non præscribi nisi tanto tempore in cuius contrarium homi-  
 „ num memoria non existat, vt est not. in cap. 1. de priuil. in 6. & per Dec. conf. 134.  
 „ Concludentes quod præscriptio quæ sit contra ius commune vt est in casu nostro  
 „ debet habere titulum vel saltem essetalis debet, in cuius contrarium hominum  
 „ memoria non existat hætenus ille nu. 17. & seqq.

Per quæ etsi Parisius breuiter & suo more subtiliter satisfecerit huic quæstioni,  
 non abs re tamen erit si eadem aliorum doctrinis & auctoritatibus confirmetur.  
 Itaque illud hic præcipuum est, quod etsi communiter magnum sit possessionis  
 commodum, à qua nemo pendente lite priuandus est, & quæ rejicere soleat onus  
 probationis in aduersarium §. commodum ubi DD. Inst. de interdictis Guil. lib. 1. ob-  
 ser. 147. VVozemb. in parat. tit. de Acq. possess. num. 7. tamen ab onere probandi ip-  
 sam exemptionem, quasi possessio nunquam releuat possidentem, Franc. cap. cum  
 persona §. si verò de priuileg. in 6. Quod adeo verum est, vt ordinarius vti possit sua  
 iurisdictione contra eum qui dicit se exemptum, donec de præscriptione plenè  
 probauerit. Philipp. Franc. d. §. si verò num. 2. de priuileg. in 6.

4 Sed distinctione res fiet explicatio. aut enim allegatur exemptio ex priuilegio,  
 de quo leuiter aut perfunctoriè doceri potest; & tunc pendente lite nihil inno-  
 uandum est, Aurca Armilla verb. exemptio nu. 6. Angel in summa verb. exemptio nu.  
 4. Abb. cap. 1. nu. 4. & 8. vt lite pendente Continan. d. cap. cum persona Anchar. d. cap.  
 cum persona §. si verò. doctè Abbas cap. cum venissent num. 8. de institut. Quamuis Ca-  
 strens. videatur velle exactiorem probationem priuilegij in l. et si solemnibus num. 3.  
 5 ubi etiam Cyn. C. de fide instrument. Aut allegatur exemptio acquisita præscriptio-  
 ne, & tunc, donec ea plenè probata sit, ordinarius lite pendente vtetur iurisdictione,  
 siue sit in possessione subiectionis, siue exemptus in possessione exemptionis  
 tex. d. §. si verò ubi Franc. lapus Domin. Ancharan. Io. Andr. adde Bellamera. decif.  
 209. per tot. Angel in summa verbo exemptio: num. 4.

6 Ratio differentiæ statuitur, quod priuilegium sit fauorabilius præscriptione, ca.  
 ex parte de decimis cap. tua. eod. arg. cap. odia de Reg. iuris in 6. Ang. in summa d. num. 4.  
 Philipp. d. §. si verò num. 2. ubi expressè Io. Andr. & ceteri. Et ita tenendum est: licet  
 videatur aduersari Innocent. cap. recepimus num. 1. in fine de Priuileg. Idem conclu-  
 dendum est, quando exemptio ex priuilegio & præscriptione simul cumulatur  
 quod

quod fieri potest, Balb. tract. de præscript. in 5. parte 5. partis principalis quæst. 1. & 2.  
 Abb. ca. 6. veniens num. 18. ubi Felin. num. 4. glo. d. cap. cum persona §. quod si tales verb.  
 munitos Io. Andr. & DD. cap. nullus de Reg. Iuris in 6.

Tum enim pendente probationis articulo, si exemptus fuerit in quasi possessio-  
 ne exemptionis, ea non est spoliandus, vt nec ordinarius si fuisset in quasi possessio-  
 ne subiectionis, Philipp. Franc. & DD. d. cap. cum persona §. si verò num. 3. de priui-  
 leg. in 6. ubi Petr. de Anchar. & Dominicus.

Sed quæritur paucis, quanti temporis præscriptio requiratur? Dico cum glo. 8  
 quod præscriptio Canonica, annorum quadraginta cum titulo, glo. in cap. cum perso-  
 na §. si autem in verb. Canoniam: de priuileg. in 6. tex. cap. 1. ubi latè Philipp. Fr. inc. de  
 præscriptionibus in 6. DD. cap. de quarta de præscript. Balb. in præallegata quæst. 12. n. 4.  
 vers. sed oportune Nauarrus conf. 8. num. 3. de Rescrip.

Quod dixi de titulo, limita non obtinere in præscriptione immemoriali tex. & 9  
 glo. in d. cap. 1. in fine de præscrip. in 6. Paris. conf. 95. num. 23. vol. 4. Decius conf. 134.

Nihilominus tamen in articulari de præscriptione immemoriali ponendum est,  
 quod alius quispiam iurisdictionem in exemptos habeat; alio quin impertinentes  
 essent & non admittendi. Felin. cap. cum non liceat num. 9. vers. circa elegantem de  
 præscript. Oldra. conf. 154. Castrens. l. is qui putat num. 4. ff. de Acq. Hæred. & in termi-  
 nis Rota decif. 1. de præscript. in nouis Abb. d. c. cum non liceat. n. 14. Balbus d. quæst.  
 12. nu. 2. vide Mandosium in signaturis gratia tit. exemptionis col. 2. vers. ad probandam.

Ratio est, quia exemptio extinctiue præscribi non potest, sed translatiue. Milis  
 in repert. verb. præscribi non potest exemptio, ubi allegat Rom. conf. 239. Ordr. conf. 165. & 10  
 241. Io. Calde. d. cap. cum non liceat. Anton. cap. auditis col. 7. vers. oppono quod non pos-  
 sit de præscrip. Balb. d. quæst. 12. num. 1. sub finem. Hinc responsum est, populam non  
 exemptum Abbatix exemptæ præscribere posse contra Episcopum exemptionè,  
 vt sublit Abbatix exemptæ, Abb. d. cap. cum non liceat. num. 17. de præscript. Felin.  
 cap. ad audientiam nu. 20. vers. vera eodem. Caccialupus tract. de vnionibus. Art. 3. nu.  
 21. 22. 23. & seqq.

Porro in quæstionem venire posset, an de præscriptione detrahi possit tempus 11  
 vitæ prælati, qui exemptionem concessisse prætenditur? aut tempus clericorum  
 qui exemptionem iniulto titulo inceperunt præscribere? Calder. resoluit negati-  
 uè conf. 2. 3. & 4. de præscript.

Postremo restat querendum, an consuetudine exemptio acquiri possit? Aut 12  
 loquimur impropriè, aut propriè. Si impropriè, omnia concedo consuetudini qua  
 præscriptioni antea concessimus. Egidius Bellamera consil. 10. factum est tale col. 16.  
 in fine incip. Ad secundam quæstionem Rochus de Curte tract. de consuetud. nu. 567. Si  
 verò loquimur propriè, videtur negandum consuetudine exemptionem acquiri  
 posse. Imprimis quia nullo iure definitum est Erubescimus sine lege loqui. §. consi-  
 dere-



deremus *Anch. de Triente & semisse l. illam in fine C. de collat. Secundo, videtur ob- stare natura consuetudinis per quam non potest ius aliquod aliter acquiri quam indeterminatè. Milis in repert. verb. consuetudo differt à præscriptione ubi doctè Fran- ciscus Balbus tract. de præscrip. par. 1. quæst. 10. num. 3. & seqq. Io. Andr. & Abbas cap. fin. num. 20. de consuet. Ang. § flumina num. 3. Inst. de Rer. diuis. Petrus Rauennas tract. de consuet. num. 101. & Rochus ibidem num. 423. Collegio autem vniuersitati, popu- lo, quia personam vnius tantum repræsentant, l. mortuo ff. de fideiuss. l. proponerantur ff. de Indic. non potest aliter acquiri quam determinatè *Abb. 10. Andr. d. cap. fin. nu. 21. per tot. caque ratione Abbas & Ioannes Andreæ iam citati, ita censuerunt repug- nante eis postea Rocho de Curte, tract. de consuet. num. 425. & 426. & expressim n. 427. vsque ad finem.**

13 Tertia & potior, quia exemptio à iurisdictione ordinarij est de referuatis Papæ. glo. cap. quod translationem de offic. ord. glo. cap. 1. verb. exemptionis ubi Philipp. Franc. num. 4. de priuileg. in 6. eiusmodi autem non posse acquiri consuetudine communi- ter traditum est, cap. illud cap. peruenit. dist. 93. Petrus Rauennas tract. de consuet. num. 245 sub finem, nisi sit immemorialis vel accedat Papæ scientia. Rochus d. tract. de consuet. num. 214. 301. 354. quod est hac in materia singulare & notandum: nam regulariter quicquid est acquisibile priuilegio pariter etiam solet esse quæsitibile consuetudine. Petrus Rauennas d. tract. de consuet. num. 61. & seqq. Porro in exemptionibus non referuatis, quales varie sparguntur in vtroque iure, censuerim consuetudine eas ac- quiri posse ad instar priuilegij, sed cum sensu Rochi de Curte iam allegati & Petri Rauennatis, num. 61. & seqq. Quæ idè dicta sunt, quia ad inducendam con- suetudinem non requiruntur ea quæ studiosè ad præscriptionem legitimam re- quirunt supra ex Parisio & alijs probauimus. Balbus d. tract. præscript. part. 1. quæst. 12.

14 Limite autem quæcumque generaliter hætenus dicta sunt. 1. quod vniuersa- lis seu omnimoda exemptio præscriptione aut aliter acquiri non possit ne dentur Achephali, cap. nulla ratione ubi glo. dist. 93. late probatum est supra quæst. 3. numer. 15.

15 Secundo, quod etsi præscribi possit contra Episcopum vt quis subsit immèdiatè Papæ, hoc tamen intelligendum est, dum modo allegans exemptionem, à Papa fuerit tractatus & habitus tamquam immediatè subiectus; Ratio est, quia sola generalis præeminètia Papæ, non redacta ad actus ordinarios præiudiciales non suf- ficit, ne sequatur absurdum, quod præscriptio libertatis aduersus Episcopum probata semper existeret, quia omnes sunt subiecti Papæ, Felin. cap. cum non liceat. col. 6. de præscript. Balb. de præscript. in 1. parte 5. partis principalis quæst. 12. nu. 4. vers. prædictam conclusionem.

16 Tertio limite, quod exemptionem à reuerentia Episcopo debita, nemo in totum.

totum præscribat. *Castrensi. sed si hac §. patronum num. 4. ff. de in ius vocand. Roman. sing. 482. Felin. cap. si diligenti num. 24. de foro compet. & in cap. Cum inter num. 3. de re iudic. Henric. Botteius de Synodo par. 3. numer. 47. & seqq. Balb. d. tract. de præscript. quæst. 12. numer. 6. In parte tamen præscribi posset v. g. quod prælatus inferior in sua Parochia præcedat Episcopum. Felin. d. cap. cum non liceat col. 1. Balb. d. numer. 6. in fine.*

Quarto limite vt nihilominus exempti teneantur ab Episcopo postulare ea 17 quæ sunt ordinis Episcopalis, scilicet Chrisma, consecrationes ecclesiarum, ordinū collationes, & similia, nisi expressim ab eiusmodi sint exempti: quia quæ sunt ordi- nis Episcopalis nec consuetudine nec præscriptione acquiri possunt, Abbas cap. accedentibus numer. 2. & 3. de excessib. prælator. cap. veniens ubi Abb. in 2. not. de præscrip. Io. Andr. cap. 1. de priuileg. in 6. Balb. d. quæst. 12. num. fin. Franc. in d. cap. 1. numer. 7. vers. in gloss. de priuileg. in 6.

Ordinis autem Episcopalis dico omnia ea esse quæ ab Episcopo alteri delegari 18 non possunt, sed per ipsummet explicari debent; velut dependentia profus ab eius ordine: est enim, Episcopatus sententia Canonistarum non modo dignitas, sed et- iam ordo, quamuis, Theologorum opinio resistat, glo. in præm. sexti verb. Episcopus Abb. cap. aqua de consecrat. eccles. vel altaris Io. Francisci tract. de potest. ue capituli sede vacante quæstione 3. prima partis principalis num. 1. & seqq. Hostiensis cap. dilecto de officio Archidiacon. & in summa tit. de ordinatis ab Episcopo num. 1.

Quinto declara præscriptionem contra ordinarium admitti duminodo inferior 19 qui præscripsit sit diligens: Nam eo negligente ordinarius reassumit suam iurisdic- tionem. Rot. Nouis. dec. 514. num. 1. par. 1. Fel. & Abb. cap. irrefragabilis num. 1. de offic. ord. & cap. cæterum num. 5. de lud.

Sexto, præscribi non potest iurisdicctio priuatiuè ab Episcopo quin saltem penes 20 eum remaneat habitus licet actus sit penes inferiorem quo negligente reuertitur ad Episcopum Abb. cap. cum contingat num. 18. de foro compet. Rot. d. dec. 514. qua de re vberius infra dicetur, lib. 4. quæst. 30. per tot.

## Q V A E S T I O VII.

Ad exemptionem an sit necessaria scriptura?

### S V M M A R I V M.

1. Scriptura multis in casibus qui sequun- tur est de substantia. 10.

2. Priuilegia an requirant scriptu-

ram.

3. Distingendum inter substantiam a- ctus & substantiam probatoriam.

D 2

4. Scrip-



4. Scriptura non est de substantia actus exemptionum.
5. Scriptura non dat ius ad rem sed concessio seu gratia.
6. Exempti gaudent exemptione antequam sit scriptis mandata. Item antequam innotescat ordinario non verò antequam innotuerit privilegiato.
7. Scriptura est de forma probatoria exemptionum.
8. Amissio tamen probari poterit per testes.
9. Priuilegium intra tres menses non registratum non valet.

**S**criptura in plerisque casibus est de substantia actus quos refert solemnis glossa. cap. 1. § postquam vers. in scriptis, ubi Philipp. Franc. & DD. de censib. in 6. Iulius Clarus de iure emphiteut. quest. 4. per tot. Io. Corasius eodem tract. num. 12. Io. Ferrarius ibidem. in pr. vers. Est etiam ut scriptum. Roman. conf. 397. Guido quest. 582. Specul. de instrument. edit. §. Restat videre nu. 14. vers. casibus in quibus Abb. & long. Apostill. cap. quia propter nu. 6. de Elect. Nec erit superuacuum, si casibus glossæ aliquos v'sitationes addamus, primus est in signatura gratiæ Rebuffus in praxi beneficiorum tit. de signatura num. 4. & seq.

2. In Bulla Rebuff. eodem lib. tit. Bullæ nouæ ac simplicis prouisionis num. 12.
3. In breui Apostolico, Rebuff. ibidem tit. de breui Apostolico num. 17.
4. In resignatione. Rebuff. ibidem tit. Ratione personæ & rei num. 17.
5. In legitimatione. Rebuff. eodem locotit. de Rescript. legitimi misto numer. 30.
6. In commissione vicariatus. Rebuff. d. libro tit. de vicarijs Episcop. numer. 8.

Præterea omnes sacri ordines non aliter probantur quam scriptura. Guid. quest. 582. tex. cap. legum 2. quest. 1. Anton. cap. 1. de cler. peregr. Felin. cap. super his num. 18. in ult. concil. de accusat. Item iurisdic. ordinaria nunquam censetur collata nisi prius confecta scriptura Bald. l. prohibitum col. 7. vers. 3. C. de iure fisci lib. 10. licet quandoque secus sit in delegata. Iason l. more maiorum col. 8. vers. Item aduerte ff. de Iurisd. om. Iud. Anton. de tremotus in addit. ad Vbertum de Bonacursi in praxi tit. Quibus modis examen ordinarij. in pr. Milis in repert. verb. probatio delegationis. Sic sailinia, siue licentia, aut missio in possessionem, vt & quæuis acta iudicialia probentur opus habent scriptura. Romanus sing. 7. Barth. l. fin. ubi etiam Bald. in 11. oppositione C. de edicto diui Adr. toll. Fel. cap. quoriam contra. num. fin. de probat. Iason. l. cum proponas 1. C. de pact. Milis in repert. verb. probari possunt acta. Postremò, mandata Apostolica, commissiones, & id genus similia non subsistunt sine scriptura. l. 1. C. de mand. princip. vti vide Fabrum, cap. executor de concess. prebend. in 6. Clem. ult. de rescript. Felin. cap. in nostra in fine de Rescript. Andreas Barbatia tract. de Cardinalibus legatis à latere

Quest.

Quest. 1. num. 9. Bellencinus de charit. subsid. quest. 110. & seq. Quemadmodum & ea omnia quæ sine scriptura expediri non solent; velut post Bellameram de Capellanatu censuit Milis verbo probatio capellanatus non potest. De electione, Abbas cap. quia propter num. 6. Cum proluxa apostill. de elect. Petrus à B. axio in directorio electionum cap. 28. tertia pars. De dispensatione regula Cancellaria 53. Quæ omnia in exemplum attulit; quia dubitationem mouere possent, an hæc exemptiones, sint ex hoc genere quæ scriptura constare debent: Maximè quod talon post Baldum censet priuilegia (inquit) magna, requirere scripturam. Bald. cap. constitutum col. vlt. de Rescript. Iason l. cum proponas, num. 9. C. de pact. Sansonius de consuet. Turon. tit. 1. §. 17. glo. 3. Et præcisius Rota his verbis. Nota quod in priuilegijs concessis à Papa, maximè in priuilegijs exemptionis, debet esse subscriptio cardinalium aliquorum, vt notatur in cap. à nobis de test. in fin. Quia in instrumento Principis, ex parte Principis debet interuenire auctoritas, quantum ad subscriptionem arg. l. probatorias C. de diue. lis offic. lib. 12. quia cum talia priuilegia sumant vim ex sola voluntate Principis multum debet constare de voluntate; & pro ista parte fuit dictum, quod priuilegium cuiusdam Papæ Paschalis, in quo priuilegio non erat annus quod tale priuilegium non habebat roboris firmitatem ad quod faciunt not. per Io. Andreas in cap. præsentilib. 6. Hactenus Rota decis. 1. de Priuilegijs in antiquis & Milis in suo repert. verb. priuilegia Apostolica qualiter scribi. vbi habet qua forma debeant scribi, videnturque in probationem huius vocari posse varij textus, quibus constituitur priuilegia non subsistere antequam solemner in scriptis mandata sint, textus expressus l. Sacri affatus C. de diuersis rescript. l. probatorias in verbis non passim nec licenter solis auctoritatibus vel sacrarum militarum literarum exemplaribus, sed ex auctenticis tantum sacris probatorijs manu nostra subscriptis & nostro arbitrio præstandis, & C. de diuersis officijs & apparitoribus iudic. lib. 12. & l. Sancimus C. de diuersis Rescript.

Verum pro solutione quæstionis distinguendum est, an scriptura requiratur ad substantiam actus. An verò ad probationem? Nam priore casu, si non inreruenit scriptura, actus tamquam contra legis solemnitatem gestus non subsistit l. non dubium vbi DD. C. de legibus, Præses loco à forma. Posteriore verò etsi subsistat, tamen aliter quam per scripturam probari non potest. Hæc distinctio mihi verifimiliter est cum alijs contra Iasonem in l. 1. n. 62. & seq. C. de iure emphit.

Vnde concludendum est scripturam non esse de substantia exemptionum, sed tantum de earum probatoria substantia. Probatur, quia scriptura nunquam requiritur ad substantiam actus, nisi id expresso iure caueatur Abb. cap. 1. n. 4. de his que sunt à pralato per l. pactum quod bona fide, vbi late Alciat. & DD. C. de pact. & l. contrahitur vbi Costatus ff. de pignorijs. Quod hoc in casu non reperitur, Erubescimus autem sine lege loqui §. Consideremus auth. de triente & semisse lillam in fine C. de



collat. suntque pro hac conclusione variz auctoritates, *tex. Clem. dudum, §. nos etenim in verbis priuilegia gratias, indulgentias verbo, seu scripto de scripturis gloss. ibidem & Card. Sabarella tex. & glossa cap. Institutionis 25. quest. 2. Archidiacon. in pramio sexti decret. §. vniuersitati Innocent. cap. Constitutus in fine de Rescriptis argum. l. Sancimus §. exceptis C. de donat. §. perficiuntur inst. eod. Nauarr. Consil. 1. de priuilegiis ubi dicit quod gratia Papa non eget scriptura Ioan. Faber. in l. i. C. de mandatis principum verb. Idem in priuilegiis. Bartholom. Fumus in summa verb. priuilegium numer. 10. vers. de essentia priuilegij non est Bulla. Confirmaturque prolixè plurimis rationibus per Ioan. de Selua in suo tractatu de beneficio, ubi etiam concludit beneficij collationem non egere scriptura part. 3. quest. 22. per tot.*

5 | Quippe quod scriptura non det ius aliquod in re vel ad rem, sed sola gratia seu priuilegij concessio, quæ licet secundum aliquos sit informis, quandoquidem per scripturam datur illi forma, tamen ista forma non est formalis seu essentialis sed tantum probatoria, ut pulchrè habet Geminianus *Consil. 106. col. 2. vers. in contrarium*, sicut & in officiis ciuilibus queri dicitur ius solo verbo. *Ioannes Faber l. i. C. de mandatis Principum, v. g. fiat, placet concessum ut petitur*, per quæ aut alia eiusmodi, gratia, beneficium, seu Principis aut Papæ priuilegium, sine alio literarum aut scripturarum inuolucro vel adminiculo incontinenti in esse perfectum absolutumque deducitur *Cald. in suo Indice verb. fiat & in repet. cap. quisquis per illum tex. de elect. late Felin. cap. Rodolphus col. 18. numer. verb. fiat. de Rescriptis & in Rubri. de constitut. Bald. l. humanum in fin. C. de legibus. Ludou. Gomez. ad regulam Cancellariæ de non iudicando iuxta for. supplic. quest. 16. vers. est imprimis notandum Ioan. de Selua. de beneficio part. 3. quest. 22. nu. 12. dilu. de Nauarrus tractat. de Oratione Miscell. 27. numer. 35. sub finem quem vide.* Hinc elicita est regula Cancellariæ Romanæ, Rationi congruit numero octauo, quæ ius quæsitum parti, per concessionem Papæ non expirat eius morte, etiam si redactum non fuerit in scriptis, sed debet in scriptis mandari tempore successoris, facta tamen expressa mentione prædecessoris à quo ius gratia, beneficium, priuilegium est *Regula Cancellaria 8. ubi Lud. Gomez. & in Reg. de non iudic. iuxta form. supplic. quest. 1. vers. Tamen considerandum & c. Felin. in Rubri. de Constit. num. 5. vers. & conclusio. Petrus a Biaxio. Nauarrus in suo directorio electionum his verbis.* Et his accedere potest, quod de substantia gratiæ non est scriptura, & sic si Papa aut Princeps confert alicui aliquod beneficium, aut aliquam gratiam facit, & ante litteras confectas Papa aut Princeps mortem obeat, non propterea gratia expirat secundum Archid. in pram. sexti §. vniuersitati, & ita sequitur Ioann. Andr. in d. §. vniuersitati, & referens se ita consulisse adducendo cap. institutionis 25. quest. 2. & ibi per gloss. pro quo *tex. Clem. dudum de sepult. circa finem in vers. nos etenim.* & sic scriptura non est necessaria in gratia quæ fit per principem sed sufficit quod aliter possit probari *facit cap. si apostolica de prob. in sexto, & ibi per Phil. pp.*

*Philipp. Franc. & Inst. de donat. §. perficiuntur*, Nam Imperialis donatio non eget Scriptura *l. Sancimus §. exceptis C. de donat.* Et dicit Ioann. Andr. d. §. vniuersitati, quod ius quæsitum parti per concessionem factam per Papam, per eius mortem non expirat si literæ non fuerint factæ, sed debent litteræ fieri tempore successoris, faciendo mentionem de concessionem prædecessoris, hoc sequitur *Philipp. in d. §. vniuersitati*, & est hodie practica in curia Romana, qua de re late quoque scribit Ioan. a Chokier Frater meus in Regulas Cancellariæ, cuius Commentaria breui cum Deo in lucem edentur.

Ex his inferitur, primo, quod exempti plena gaudeant libertate, ac exemptione & antequam priuilegium solemniter descriptum sit, conceditur enim ipso iure *Oldendorpius tract. de iure singul. tit. de priuileg. Militum, §. denique videndum numer. 1.* Non secus ac antequam eius concessio ad ordinarij noticiam peruenerit, *Milis in repet. verb. Gratia per quam fol. 177. ubi allegat. Rom. Conf. 2. 7. vide Franc. cap. 1. §. dicebat numer. 3 sub fin. de concess. preb. in 6. Rota decis. duodecima circa medium, de prebendis in antiq. Anania in addit. ad cap. & abolendam de hereticis Franc. cap. 1. §. in eos autem numer. 1. de priuileg. in sexto.* Porro dixi ad ordinarij noticiam, quia aliud esset in exempto, quamdiu exemptio nondum peruenerit ad noticiam priuilegiati; tamdiu enim inutilis est & vires suas fortiri non potest *Rom. Conf. 330. numer. 19. per ca. 1. vers. Quia in priuilegiis de concess. prebend. lib. 6. cap. quanto 2. quest. 5. licet enim priuilegium dari possit absenti & ignoranti cap. sibi absenti de prebend. lib. 6. l. labo ff. de iure iur. Roma. d. nu. 19. tamen ut plenè suum sortiatur effectum est opus ut priuilegiato innotescat arg. l. qui absenti ff. de acq. possess. Roma. d. Conf. 330. numer. 18. & 19. d. cap. 1. §. nec obstaret ubi Francus Roma. conf. 369. numer. 20.* Idque tum demum cum exemptio conceditur, vel motu proprio, vel ad instantiam tertij, secus verò si ad postulationem exempti siue priuilegiati, aut nisi de concedentis intentione aliter appareat, tum enim exemptio vires sumit etiam antequam exempto innotescat. *Francus & D. D. d. §. nec obstaret.* Inferitur secundo, quod exempti ex eiusmodi pura putaque exemptione, possunt exercere actus possessorios, & consequenter interdictis experiri, *Agid. decis. 578. incip. spoliatus. Ludou. Gomez. in comment. ad Reg. Cancell. de non iudicando iuxta formam supplicat quest. 5. Nauarrus cap. accepta opposicionis octaua solutione num. 2. ubi id disputatur. Et Conf. 6. de Renunciat. part. 1.* Inferitur tertio, Quod etsi scriptura non sit de essentia exemptionum *Fumus d. verb. priuilegium numero decimo, & alij supra allegati.* Est tamen de forma earum probatoria quia sine scriptura probari non possunt *l. Sacri affatus C. de diuers. Rescript. l. probatorias C. de diuers. officijs. Abb. dicto cap. quia propter Rebuffus d. l. prohibitum,* quod tamen ita simpliciter Nauarrus non admittit *d. Miscell. 27. numer. trigesimo quinto in fine.* Inferitur quarto, Quod nihilominus earum amissio probari poterit per testes iuxta Barthol. & Doctores *l. sicut iniquum C. de fide instrum.*



latè Abb. cap. Cum olim de priuileg. Felin. cap. sicut col. 6. de Re iudicat. late Alex. Conf. 196. uiso testamento. col. 2. vol. 2. DD. auth. Si quis in aliquid. C. de edendo. & doctè Molina de iustit. & iure. tom. 2. disp. 4. 48. fol. 870. ubi concludit quod licet scriptura sit de substantia tamen illius amissio probari potest per duos testes de illius tenore deponentes, etiam si ad illius validitatem plures testes essent necessarij, tria tamen sunt coniunctim probanda 1. Tenor instrumenti. 2. publicum seu auctenticum fuisse 3. illud esse amissum, alterum eorum (inquit) non sufficeret.

2. Declarantur prædicta omnia obtinere iure communi, secus si nouo aliquo iure aliter sanciretur. Quod ideo dico quia Bulla Pij IV. in Bullario 138. fol. 883. constituitur priuilegium non registratum intra tres menses nullum esse & pro non concessio haberi Anton. amaris. decis. 81. n. 11. Pro complemento quæstionis animaduertendum non esse plane expeditum, an casus quos sub initium ex Rebuffo & nonnullis in exemplum attuli, opus habeant necne pro forma Scripturæ. Qua de re videatur abundè Alciatus in plerisque dissentiens, nec enim expedit euagando hoc instituto ijs prolixius insistere late Alciat. l. pactum quod bonafide 17. C. de pactis. Et quidem ex hisce omnibus soluta puto quæ in principio ex Bald. Rot. Ias. aduersari videbantur; siquidem ea omnia de forma tantum probatoria intelligenda sunt, non uero de ea quæ dat esse actui. d. Clem. dudum ubi gloss. d. cap. Institutionis ubi glo. Archidiacon. d. §. uniuersitati. Selua. d. quæst. 22. nu. 10. per Abbatem. capitulis postremo citatis.

### Q V A E S T I O VIII.

Exemptio an & qualiter probanda?

#### S V M M A R I V M.

1. Facta priuilegia, exemptiones non præsumuntur.
2. Ordinarius fundatam habet iurisdictionem per totam diocesim 3.
3. Præsumptio eximit à probatione.
4. Non allegans exemptionem condemnandus est in expensis, nisi tamen exemptio esset notoria.
7. Qualiter, & coram quo probanda exemptio.
8. An probetur exemptio per confirmationem.
9. Quid de innouatione.
10. Forma probandi exemptionem. 11.
12. Exemptus tenetur edere ordinario.
13. Locus congruus & terminus competens est arbitrarius.
14. Editio fit expensis exempti.
15. Cuius sit de exemptione cognoscere.

Regu-

**R**egulare est in iure ut quemadmodum facta non præsumuntur, *Lin bello §. facta ff. de capt. & post l. reuers. late Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 14. per ter. Ita quoque nec priuilegia. Decius cap. porro num. 3. ubi etiam Abb. & glossa de priuileg. Menoch. d. præsumpt. 14. num. 15. cap. cum in iure de offic. deleg. Eademque ratione, nec exemptiones, cap. 1. de const. in 6. Abb. cap. Recepimus num. 4. cap. porro de priuilegijs Philipp. Franc. cap. cum persona num. 3. de priuileg. in 6. Abb. cap. 1. nu. 13. de offic. ordin. Thomas Zerula in praxi Episcopali par. 2. ver. exempti Capudaq. Decis. 36. par. 2. Roman. conf. 327. nu. 8. vers. nunc uero.*

Si quidem cum iurisdictione ordinarij per totam diocesim iuris præsumptione extendatur, cap. cum Episcopo de offic. ordin. in 6. cap. cum contingat. de foro compet. Gaill. lib. 2. obs. 62. num. 9. adeo ut quouis in loco pro tribunali sedere & ius reddere possit. Nauarrus conf. 2. de officio ordinarij tom. 1. Bellenc. de Charit. subsid. quæst. 32. numer. 3. Cucchus instit. Canon. lib. 1. cap. 12. vers. cap. cum Episcopus.

Hæc præsumptio communis iuris dispositio transfert onus probationis in eum qui sese pretendit à iurisdictione ordinaria exemptum, *Abb. d. cap. 1. num. 13. de offic. ordinarij & in d. cap. recepimus. Philipp. Franc. d. cap. cum persona num. 3.* Quod etiam ad eos extendo qui ratione adiuncti, aut alicuius qualitatis exemptione potiuntur, ut sunt familiares Prothonotarij Apostolici, participantes de priuilegijs aliorum. Referendarij, officiales, seruientes Papæ, de quibus singulis suis capitibus: Sunt enim istæ qualitates extrinsecæ quæ nisi probentur non præsumuntur, *Barbat. conf. 82. Clementissimi col. 2. vol. 4. Rebuff. Repet. l. unica glo. 1. num. 151. & seq. C. de sent. qua pro eo quod interest.*

Quod adeo uerum est, ut si ius uocati coram ordinario priuilegium exemptio- nis non allegent, condemnari debeant ab ordinario in expensis ideo factis. *Rom. Castrensis. l. 2. ff. si quis in ius uocat. non ierit Imbert. Inst. Forens. lib. 1. cap. 26. glo. E. Fel. Abb. & Canost. late cap. cum ordinem de Rescript. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuilegio 154. Cassodor Decis. 3. num. 5. de appellat. Aufrerius de potest. secul. super eclesiast. personis Regul. 2. num. 33. Boer. ad consuet. Bituricen. tit. 2. §. 21. in sine Bellamdra decis. 226. Felin. cap. exceptionem in pr. de except.*

Quod licet regulare sit, limitandum est tamen in exemptione notoria patente ex actis vel clausa in corpore iuris. *Imbertius Inst. Forens. d. cap. 26. in glo. Cautius Milis uerb. Exemptus ab ordinario de iure. Petrus Brixien. in repert. uerb. Exemptus non tenetur comparere si exemptio est notoria ca. ex parte 1. de uerb. sign. Bartholom. Fumus uerb. priuilegium num. 7. Angel. in summa uerb. Exemptio num. 3. Curtius in arrest. amorum arrest. 36. in pr. Qua de re particularius suo capite. lib. 2. cap. 6. & 9.*

Verum, quod superius dixi ordinarium præsumptiue iurisdictionem exercere posse per totum territorium siue diocesim id indubitatum est de supremis Principibus aut alijs quibus de iure ordinaria iurisdictione tributa est, *Menoch. de præsumpt.*

E

lib.



lib. 2. præsumpt. 14. Marant. de ord. Iud. part. 4. dist. 5. late Gaill. d. num. 9. In alijs verò inferioribus iurisdic. ordinaria neququam est præsumenda, sed præscriptione vel priuilegio aut aliter competere imprimis si negetur probanda est, Menoch. d. præsumpt. 14. Nauarrus conf. 9. de prius leg. tom. 2. Præcipue autem huius quæstionis est qualiter & coram quo probanda sit exemptio? Ad earum probatoriam substantiam requiri præcedenti quæstione probauimus scripturam, ita vt omnis exemptionum quæstio atque probatio vnicè pendeat ex inspectione priuilegiorum, iuxta quorum tenorem semper venit iudicandum, tex. c. porro ca. recepimus de priuilegijs ca. accepimus de fide Instrument. Io. Staphileus tract. de Gratijs & expectatiuis §. scriba principalis conclusio nu. 2. vol. tract. 14. fol. 36.

2. An autem probetur exemptio producta tantum illius confirmatione per Principem siue Pontificem late à pluribus fuit disputatum. Iason. l. more n. 34. ff. de Iurisd. om. Iud. Auth. si quis n. 10. C. de Edendo Felin. c. Inter dilectos n. 6. & 7. de fide Instru. practica Papiensis in form. oppon. contra instr. in glos. verb. alterius confirmatorium num. 1. & seqq. Anton. Milus in repert. verb. confirmatio facta per Papam late etiam Gaill. lib. 2. obseruat. 1. Barth. d. l. more n. 5. Fel. in repert. verb. confirmatio late Abb. d. ca. inter dilectos nu. 8. & 9. cum Apostolis & toto titulo decretalium de confir. utili vel inutili.

Sit hæc vnica conclusio, quod confirmatio in forma communi non probet: at verò ex certa scientia probet, & plurimum operetur, Abb. c. examinata n. 3. & 6. & in c. venerabilis nu. 1. de confir. utili vel inutili c. ult. eodem Abb. conf. 102. n. 5. vol. 1. Qui exactius volet particularia huius materiæ examinare, petat fidelissime ex Felino d. ca. inter dilectos n. 6. 7. 13. 14. 15. 16. Iason. Gaill. & reliquis iam citatis nec enim opere pretium est singulis insillere.

3. Quid de inuouatione exemptionis? Quod plene probet est textus expressus. ca. cum olim essemus ubi Abb. & DD. de priuilegijs ca. cum dilecta ubi DD. de confir. utili vel inutili. Sed ita si pars cuius interest præsens fuerit aut vocata idque cū apud inferiorem inuouatur. Nam cum is inuouat qui concessit non opus est citatione Abb. cap. ex parte Abbatis nu. 3. & 7. cum Apostolis de priuileg. & d. cap. cum olim & cap. cum dilecta nu. 5. & 25. cum Apost. de confir. utili.

10. Formam probandi præscripsit Pontif. Bonifacius octauus his verbis. Nos volentes super hoc de salubri remedio providere statuimus vt hi qui se asserunt per priuilegia seu indulgentias Apostolicæ sedis exēptos, à locorum ordinarijs requisiti huiusmodi priuilegia, vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos ipsis ordinarijs in loco congruo, & securo, aut aliquibus prudētibus viris omni suspitione carent. b. ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra terminū competentē, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum vel delegatorū suorum arbitrio moderandū iusto impedimento cessante ostendere, ac ad legendū integraliter exhibere nec nō de articulis de quibus controuersia fuerit transcriptū tradere teneantur, &c. Vbi etiam subiicitur quid.

quid si allegetur præscriptio, c. cum persona de priuileg. in 6. Philipp. Franc. ibid. Barthol. Fumus. In summa verb. priuileg. n. 10. Villadiego tract. de legato par. 1. q. 6. n. 26. Spec. de appellatiōib. §. Restat videre n. 5. & 6. part. 4. & tex. in c. accepimus de fide instrument.

Vnde primo notandū in facultate exemptorū esse priuilegium exemptionis securè exhibere, aut ordinario, aut viris vtrinq; assumptis: tum vt iudicia (quod inter est) sine suspitione procedant, c. suspitionis de offic. deleg. l. apertissimi C. de iudicijs tū ne ordinarius in sua causa sit testis & Iudex, appositè Milus in Repert. in hisce terminis verbo Iudex an cognoscat an sit & c. fol. 210. videatur appositissime Innoc. ca. ex pote n. 3. vsq; ad n. 4. de verb. signif. c. vt nemo in sua causa glo. d. c. cum persona in verb. ordinarijs de priuileg. in 6. ibiq; Philipp. Franc. qua ratione decisum est subditum habentem litem contra ordinariū, eximi ab eo quoad illā litem, late Cassadorus decisione 6. de priuileg. dixi supra eodē li. c. 1. n. 13.

Nota secūdo quod licet Reus actori edere non teneatur l. 1. qui accusare l. vltima ubi plene not. C. de edendo tamen exēptus, ordinario edere tenetur scripturā exemptionis tū fauore iurisdic. ordinariæ. Diximus supra q. 4. & arg. allegatorū per Traq. de pia causa priuileg. l. 55. tū quod exēptus hac in parte excipiēdo habeatur pro actore l. 1. ff. de except. glossa expressa d. c. cum persona verb. tradere de priuileg. in 6.

Nota tertio assignationē loci congrui, ac termini competentis omnino pēdere ab arbitrio iudicantis, Afflictus c. 1. n. 21. Ex quibus causis feudū amittatur Bald. l. acceptam n. 2. c. de usuris, Menoch. de arbitr. Iudicum li. 2. cent. 3. casu 232. n. 8. & lib. 2. cent. 1. casu 52. An verò, si incongruè assignetur excipi aut appellari debeat, videatur Sabarella, Clem. quamuis nu. 29. & 30. de foro compet.

Nota postremò singulare hic esse quod copia punctorum controuersorū tradatur expensis exempti: cōmuni enim iure aliter obtineret Franc. c. cum persona n. 4. de priuileg. in 6. Non alienum esset ab hoc capite inquirere cuius sit de hac exemptionis quæstione cognoscere id in alium huius tractatus locum reiecimus infra, li. 2. ca. 13.

### Q V A E S T I O IX.

Quibus verbis concessa probetur exemptio?  
S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Formula exemptionū cōmunes & cōsuetæ  | 9. Clausula volumus autē quod in charitate priori cū suo Episcopo remaneat censetur reservare Episcopo iurisdic. tione. |
| 2. Quid si Pontifex recipiat in filios?  | 10. Verba enunciativa Papæ an probent exemptionem?  |
| 3. Quid si recipiat in protectione?  | 12. Exempto monasterio cū omnibus bonis non censentur exempta bona iniuste acquisita.                                   |
| 4. Quid si concedat cōnobio monachorū vt ipsi & eorū loca quiete libera & integra. | 13. Quid  |
| 5. Quid si concedatur ecclesie in proprios vsus                                    |   |
| 6. Quid si conceditur pleno iure. 7. 8.  | E 2   |



13. Quid si Papa committat legato ut cui-  
dam ecclesie agat. gratias? 14. Verba honoris causa prolata nihil di-  
spouunt.

**Q**uamuis exemptiones nullis sint alligatae formulis sed quouis verborum modo & genere concedi possint, *tex. cap. si Papa §. licet autem de priuileg. in 6. cap. 1. §. per declarationem de verb. sig. in 6. arg. ca. 1. ne clerici vel Monachi & l. damni infecti stipulatio pertinet in fine ff. de damno infecto.* Sunt tamen nonnullae sparsim in iure visitationes quibus exemptionem concessam esse manifestissimè indicatur, quas pauca perstringam.

Imprimis Si quid solemniter dicatur existere iuris beati Petri, siue ad ius & proprietatem Romanae Ecclesiae, vel ad Rom. Ecclesiam specialiter, aut sine medio vel etiam simpliciter pertinere, hinc enim plena exemptio iudicatur, *cap. cum tempore de arbitris cap. 2. §. nos igitur de restit. in integ. cap. cum olim 1. de priuileg. cap. si Papa §. si autem de priuileg. in 6.*

Deinde, Si Pontifex priuilegio eximat ab ordinarij potestate *d. cap. si Papa.* Si eximat cum plena libertate, *Innocent. cap. veniens de verb. signif. nu. 7. Bellencin. de charit. subsid. quaest. 32. nu. 8.*

Si dicat, nec audeat Episcopus ibi Cathedram suam collocare vel qualibet potestatem exercere aut ordinationem aliquam quamuis leuissimam facere, *tex. cap. luminoso 18. quaest. 2. Bellencin. d. quaest. 32. nu. 3.*

Si recipiat speciales in subiectos Ecclesiae Romanae. *d. cap. si Papa. §. similiter glo. cap. ne aliqui in verb. à quorumque de priuilegijs in 6. Abb. c. recepimus de priuileg.*

Si dixerit, locum siue Ecclesiam esse liberam seu quod potiatur libertate Ecclesiae Romanae, aut quod eius speciali praerogatiua gaudeat, *cap. cum olim 2. de priuileg. d. cap. si Papa §. & est idem.*

Alicui monasterio, nec tu nec praebiteri tui aliquid molestiae inferatis, *tex. ca. 1. de statu Monach. ca. quam sit 18. quaest. 2.* importat tantum exemptionem à lege diocesana *cap. quam sit 18. q. 2. Abb. Innoc. & DD. cap. 1. de statu Monach.*

Gaudeat plenà libertate, importat omni modam exemptionem tam à lege diocesana quam à lege iurisdictionis. *Philipp. Franc. c. 1. §. illum num. 3. de verb. signi. in 6.*

Item si indefinite dicat, quod Ecclesiae Romanae annuum censum soluat ad perceptum iudicium libertatis, *tex. d. cap. si Papa §. est & vers. aut si dicat. de priuileg. in 6.* Postremo, clausula si pro alio non scripsimus eximit (inquit Innocent.) à iurisdictione Episcopi, sed hoc verum in casu tantum ca. Abbatem de Rescriptis, *Innocent. d. cap. Abbatem de Rescript in sine compost. Abb. & DD. ibidem.*

2 Sed querendum primo, Quid si Pontifex recipiat aliquos in filios, an videbitur eximisse? Diximus supra *quaest. 1. num. 9.* Ius harum exemptionum regulati ad instar emancipationum manumissionum & eiusmodi iurium, idque praeterim ex

Rebuff-

Rebuff. late Resp. 142. quorum similitudine liceret argumentari: quod sicut Dominus seruum eximit seruitute nominando filium *l. unica §. Similique modo C. de latina libert. toll.* Ita quoque Pontifex. Verum, decisum est non ideò videri eximisse. Siquidem nulla hic militat identitas rationis. Quippè quod Dominus sibi soli praedudicet, Pontifex verò ordinariae iurisdictioni quae est fauorabilis, *c. peruenit 11. q. 1. c. cum persona de priuileg. in 6. ca. ne aliqui ubi Franc. & DD. eod. in 6. & ita expressus est textus, glossa & Doctores c. Si Papa §. non sic filios ubi glo. Franc. & DD. de priuileg. in 6. Hostiens. ca. cum capella de priuilegijs.*

Quid si aliquos in sua protectione recipiat de protectoribus quos hodie *uoues 3* seu *advocatos* aut *patronos* dicimus, magnus fiet dicendi campus, *latissime Bath. l. 1. C. de excusat. muner. lib. 10. Petrus Friderus mundanus de processib. mandatis & monit. in Imper. camera extrahendis lib. 2. cap. 14. per tot. Bodinus de Republ. lib. 5. cap. 6. & late lib. 1. cap. 7. Restaurus tract. de Imperat. qu. 110. casu 292. vel tract. 12. Guido qu. 583. Gaill. lib. 2. obs. 54. per tot.* Sed esset hoc extra institutum. Sit conclusio, non ideò concessam esse exemptionem *tex. ca. ex parte tua de priuileg. glo. in ca. recepimus ubi Abb. eod. tit. nec idcirco superuacua erit protectio*, siquidem in hoc proficit ut magis praesto adsit si iniuste forte grauamen inferatur, & quod facilius priuilegio donentur *glo. d. c. recepimus verb. protectionis de priuileg. late Abb. ibidem nu. 5. eleganter Decius Conf. 152. Anton. de pratis de iurisd. Episcopi, c. 2. n. 2.*

Quid si Papa concessit cuidam cenobio Monachorum quod ipsi & eorum loca **4** quiete, libera, & integra vnà cum suis priuilegijs permaneant? quaeritur an ex illis verbis inducatur exemptio: allegatur pro parte eorum quod sic, *cap. si Papa §. & est idem de priuileg. lib. 6. & per not. per Innoc. de priuileg. Recepimus & per tex. eod. tit. Cum olim. Est decisio Rotae verbalis, de if. 1. de priuileg. in antiquioribus.*

Quaeritur quoque fuit an si Ecclesiam alicui in proprios vsus conferatur, per **5** hoc censeatur eximi: & placuit Abb. quod non *in c. pastoralis per illum tex. num. 8. de priuileg.* tum autem censeatur concedi in proprios vsus cum illius regimen conceditur in temporalibus & spiritualibus *Abb. ibidem. n. 7. & Innoc. n. 1.*

Sed maioris difficultatis est, cū conceditur pleno iure. Ciuili iure dicimus plenū **6** ius plenam proprietatem habere cum iure dominij habemus alienandi facultatem. *Fel. c. auditus n. 6. & 7. de praescript. Tiraq. de Retr. consang. §. 2. glo. 1. n. 38. & 52. vide omnino Abb. ca. conquestus nu. 4. cum Apost. de foro compet. Iure canonum Ecclesia ad aliquem spectat pleno iure (ut inquit Zerula) quando in ea Episcopus nullum ius Episcopale exercet & ideò praesentatio, institutio, destitutio pertinet ad eum qui pleno iure possidet *Abb. ca. Cum inter de Re Iud. Ita Thomas Zerula in praxi Episcopali par. 1. §. 19. Innoc. d. c. Cum inter & ca. conquest. n. 1. & seq. ubi etiam vide Abb. n. 4. cum addit. de foro comp. d. c. auditus n. 4. 5. 6. 7. Abb. c. pastoralis n. 9. cū addit. c. Quoniam n. 3. cum add. c. cum & plantare n. 5. de priuileg. late Fel. in repet. verb. Eccles. sub disa pleno iure.**



Censeturque hoc casu Ecclesia erepta à iurisdictione Episcopali glo. d. cap. Cum & plantare ver. pleno iure ubi Abb. hoc censet nu. 5. Hostiensis ca. Quoniam ubi Abb. de priuileg. Ratio est quia eiusmodi Ecclesia pleno iure concessa, subdita est quo ad legem diocesanam & legem iurisdictionis Innocent. in cap. Quoniam dicitur. ut ibi habeat iura quasi Episcopalia quæ sunt iurisdictionis Abb. d. ca. Quoniam nu. 3. Aduersatur tamen huic conclusioni Felin. d. cap. Cum inter num. 5. idque nixus auctoritate Consilij Sabarellæ, qui consuluit habentem Ecclesiam pleno iure subditam non posse vnire, cum tamen id sit iurisdictionis Episcopalis verum cum id cursum dixerit studens causæ sui clientis, malo adherere alijs qui in lecturis veritatem magis sectati sunt. Iafen. Conf. 151. col. 3. vol. 4. Siraarcha. de sponsionibus §. Quero igitur nu. 6. Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 51. num. 4. Et quidem Baptista Caccialupus sic loquitur: Vel ex priuilegio competit sibi hæc potestas pleno iure & potest. Nam ex quo habet quasi Episcopalem iurisdictionem, vnire est iurisdictionis Episcopalis, ergo poterit. Circa quod D. M. dat regulam quod omnia pertinentia ad iurisdictionem Episcopalem possunt explicari per prælatum inferiorem habentem quasi iurisdictionem Episcopalem in loco. Ad hoc glo. not. in Clem. 1. de reb. Ecclesiæ non alien. & not. Innoc. in ca. 2. de transl. & Freder. de senis in conf. Et sic videtur quod communis opinio Doctorum in hoc sit vera, Nam si pleno iure sunt subiectæ inferiori, videtur ibi inferiori habere iurisdictionem quasi Episcopalem facit cap. quoniam & cap. seq. cum ibi not. de priuileg. ca. vnicum de capell. Monach. cap. cum ex iniuncto §. fin. de hæreticis Hanc opinionem reperio consulendo tenuisse Dionis. de Perusio Conf. 5. incip. viso quodã. Hactenus ille. tract. de unionib. art. 3. n. 21. & 22.

8 Sicque confirmata manet conclusio per concessionem pleno iure acquiri exemptionem quod latissimè probat Abbas in d. cap. cum inter n. 12. 13. & seq. de Re. Iudic. quem vide, & in d. cap. cum & plantare num. 5.

Idem censendum, si Pontifex concedat alicui Ecclesiam liberam & exemptam tum enim concessisse iudicatur omne ius Episcopale Calde. consil. 6. de donationibus Fel. d. cap. auditis nu. 4. in fine. Porro quæ superius dicta sunt de formulis probantibus omnimodam exemptionem restringenda sunt si eis quod frequenter fit, adijceretur clausula.

Volumus autem quod in charitate priori cum suo Episcopo remaneat. Nam per eiusmodi clausulam censetur referuare Episcopo iura specialiter ei competentia. arg. c. quanto de censib. ca. charitas de penit. dist. 2. hocque in charitativo subsidio concludit Bellencin tract. de charit. subsid. q. 32. n. fin. per Abbatem Conf. 102. omnipotentis Dei suffragio postulato, in causâ quæ vertitur inter Monasterium sanctæ crucis n. 2. vers. Tertio facit quia Alexand. noluit vol. 1. tum quod exemptiones sunt odiosæ & strictissimè interpretandæ Innoc. ca. dudum per tot. de priuilegijs Philipp. c. 1. in pr. num. 2. vers. 3. nos. de priuileg. in 6. tum quod iurisdic. ordinaria vt est red. tus ad ius commune

mune est fauorabilis & extendenda Fel. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis Abb. d. conf. 102. vers. 3. facit & dixi late supra qu. 4. Postremò, restat quærendum an verba enunciatiua Papæ siue Principis probent exemptionem? Et si multa Doctores conglomerarint in l. ex hac scriptura ubi Barth. & D. D. ff. de donat. l. publicæ ff. de positi Tiraq. de pia causa priuileg. 86. ca. si Papa ubi Philipp. & D. D. de priuileg. in 6. Clem. 1. ubi Sabarell. & D. D. de probationib. late subtiliterq. Rom. Conf. 180. per tot. Omnium tamè est distinctio, inter verba narratiua & assertiua seu dispositiua. Narratiua dicuntur quæ super eo quod principaliter agitur non proferuntur, principaliter, seu quæ nõ sunt in ipsa causa finali dispositionis. Assertiua verò siue dispositiua quæ non incidenter proferuntur sed principaliter, suntque finis dispositionis, seu in quibus intentio Papæ fundatur. Philipp. Franc. d. c. si Papa n. 1. & seq. & ita discernit ea Abb. in c. Cum oporteat post nu. 7. de accusat. Constantius Rogerius in d. l. ex hac scriptura nu. 103. 104. & seq. Sabarell. d. Clem. 1. de probat. Priora non probant: faciunt tamen opinione quorundam quale quale adminiculum. Posteriora verò plene probant Sabarell. d. Clem. 1. n. 8. & 10. Philipp. d. c. si Papa per tot. Rogerius in d. l. ex hac scriptura n. 104. ubi allegat. Cum animum in d. c. si Papa Barthol. l. ex hac scriptura n. 15. cum proluxa addit. tit. de donat. Ferrar. in praxi form. sent. diffinit. in gloss. ver. visag. litis cõestatione nu. 8. Redoanus de rebus Ecclesiæ non alienandis q. 59. nu. 14. Hinc scripsit Ant. Milis. Si Papa dicat. Eximimus oēs Ecclesias vestras quæ per vos sumperunt regulam S. Augustini quas hic duximus vocabulis exprimentas, nullam exemptionem Ecclesiis expressis inducit, nisi alias probetur quod per eas regulam S. August. assumpserint, quia verba narratiua in priuilegio posita non probant assumptionem not. Io. And. & Archid. in c. si Papali 6. per quæ videtur quod idem esset, quod si Papa eximeret omnia bona alicuius Ecclesiæ ea exprimendo, quia per talem narrationem nõ probantur bona exempta esse Ecclesiæ, sed oportet hoc aliundè probare. ita Milis in reperitur. verb. Priuilegium in quo Abb. c. dudum cum Apost. nu. 3. de priuileg. Franc. d. c. si Papa. Secus esset si verba fundarentur super facto Papæ vel Principis v. g. si scriberet ordinario vt nullam exerceat iurisdictionem in personas aut loca quæ narrate exemptæ, nam sic satis probaretur exemptio. d. Clem. unica ubi glo. de probat. Roger. d. l. ex scriptura nu. 105. & succincte Io. Faber. in l. verba C. de Testam. ita vt in contrarium probatio admitti non possit. d. Clem. 1. ubi D. D. Redoa. d. q. 59. n. 14. Si verò fundarentur super facto alieno, probaret quidè exemptionem plenè, sed admitteretur probatio in contrarium quod alias nõ liceret glo. d. Clem. unica ubi Sabarell. & Gemina. d. c. si Papa. & ita etiam distinguit Io. Faber. d. l. verba Roger. d. l. ex scriptura n. 106. Excipio quoque nisi priuilegium emanasset motu proprio Abb. c. dudum n. 3. cum addit. d. priuileg. quod tamen Romano non placuit: vult enim quod si Papa ex certa scientia, personam aliquam vel locum sub titulo alicuius dignitatis vel præeminentiæ nominet, quàm certum est non habere, quod per eiusmodi nominationem dignitas,



exemptio, seu præminencia conferri non censetur *Rom. Conf. 180. n. 4. per tex. quem dicit expres. in Clem. si summus de sent. excommunicat.*

11 Eadem dicta sunt de narratiuis sententiarum Principum siue Pontificum *cap. si Papa ubi Philipp. & DD. de priuileg. in 6. text. & DD. de Clem. 1. de probat. in terminis Fel. ca. causam qua 2. n. 3. vers. Secundo contra de testib.* In enunciatiuis autem inferiorum res aliter se habet, in præiudicium enim impetrantis probant quidem sed non in damnum tertij. *Sabarell. & gloss. d. Clem. 1. Rogerius d. l. ex hac Scriptura numer. 106. vers. an autem.*

12 Quid si eximatur monasterium cum omnibus eius bonis & possessionibus, an censentur exempta bona quæ monasterium iniuste obtinet? Bartholus concludit quod non *Conf. 96. per tot.*

13 Quid si Papa committat legato, ut agat cuidam Ecclesiæ gratias pro beneficiis in sedem Apostolicam, an ideo emisse censeatur Ecclesiam? Angelus id mouet & affirmatiue concludit textu quem in hoc existimat manifesto *l. Paulus ubi Ang. s. Paulus ff. de fideicom. libert. Fel. c. veniens nu. 1. vers. Quid autem de præscript.* Verum-

14 tamen contra mihi sentiendum videtur: tum quod eiusmodi verba non sint dispositiua (vt hic antea notauimus) tum quod sint honoris causa prolata, quæ regulariter nihil disponunt. *tex. & ibi. DD. c. cum venissent de Instit. l. obligationum substantia ff. de act. & obligat. l. illud s. sane ff. de Insuriis Alexan. l. ex his vers. Quid in verbis ff. de Testam. militari* Non obstat *l. Paulus.* Quia ibi fit extensio fauore libertatis: hoc autem loco facienda est restrictio in odium exemptionis. *Alex. d. l. ex his dixi supra qu. 4.* Exemptiones enim odiosi iuris esse & proinde restringendas conclusum est antea, *ead. lib. quest. 4.*

## Q V A E S T I O X.

Census solutio an probet exemptionem?

### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Census solutio ratione percepta libertatis arguit exemptionem. | 6. Census solutio non arguit exemptionem.                                      |
| 2. Reditus, pensio, census, differunt.                            | 7. Probatio debet de necessitate concludere. Questio pendet ex circumstantiis. |
| 3. Census proprie soluitur ratione subiectionis.                  | 8. Ferrarius nimis generaliter locutus.  |
| 4. Exemptionis.   | 5. protectionis.   |

1 D Vbitationem mouet, quod si quis Ecclesiæ Rom. censum soluat ad perceptam libertatis iudicium inde probabitur exemptus. *tex. c. si Papa s. est & idem*

*dem de priuilegijs in 6.* Nam vt inquit Ferrarius, Censum aliquando est signum perceptæ libertatis puta quando Ecclesia aliqua dat Papæ piper, vel aliud pro censu quo casu videtur exempta à subiectione Episcopi. Ita ille *in forma libelli ad præstationem & rei relaxationem in glo. fictum dicti temporis præteriti nu. 10. Cardinalis in c. constitutus nu. 12. oppos. de relig. domib. præses loco ab Emph. ad censum.*

Verum quæstionem perstringam paucis, si præmiserò differre plurimum inter se quamuis sæpè confundantur Reditus, pensio, census: non secus quam inter se differunt Emphiteusis, libellus, locatio, & contractus censualis, superficies, & præcarialate *Iason l. 1. C. de iure Emphit. Io. Corasius in sua enarrat. ad eundem tit. in pr. nu. 13. & seqq. Iulius Clarus de iure Emphit. quest. 1.* Et quidem reditus significatio admodum generica est: hodie tamen strictius vsurpata pro iure quo aliquid quotannis percipimus, *latissimè Tiracq. de Retr. conf. s. 1. glo. 6. n. 1. & seq. Paulus Badius tract. de annuis redditibus lib. 1. c. 1. & seqq. Venetus de annua præstatione Carolus Molin. tract. de vsuris nu. 17. vsque ad nu. 25. & quest. 50. 10. 69.*

Pensio verò soluitur pro vsu rei in Emphiteusi libellario, præcaria, locatione, superficie, *Iason. d. l. 1. C. de iure Emphit. Iulius Clarus Corasius iam allegati.*

Census in iure variæ est significationis

Zasio habetur pro patrimonio seu pro omni eo quod est fortuna, *l. 2. ff. de orig. iuris.* Hinc Ouidius *1. pastorum*

In precio precium nunc est, dat Census honores,

Census amicitias pauper vbique iacet.

Alijs pro omni eo quod ratione contractus censualis translato directo & vtili Dominio in accipientem soluitur. *Barth & Paul. l. 1. s. 1. ff. de public. Abb. cap. 1. de Rest. in integ. cap. constitutus de Relig. domib. cap. prohibemus de censib. Curtius in questis amorum aristo 7. in ver. ne constitutione derente fol. 93. Pirrh. ad conf. Aurel. tit. de cens. o. 1. Nec est iste proprie census cum priuato soluitur. Abb. d. cap. prohibemus nu. 3. de censib. Felin. cap. ad audientiam nu. 21. de præscriptionibus.*

Sed cum aut superiori in signum subiectionis, diciturque interdum tributum, annona capitatio, *tot. tit. ff. de censib. ubi Vezembec. tot. tit. C. de Annon. & tribut. l. 10. & de Agriculis & Censuris. De Capitatione Felin. d. n. 21. Boer. ad conf. Bituricens. tit. 4. s. 17. glo. 1. late Budens in annot. ad pandect. l. vlt. de senatorib. late Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 1. Exodi. cap. 30. cum censum ogeris in cap. annuis omnia de censibus.*

Aut exemptionis. *cap. constitutus de Relig. domib. c. si Papa de priuileg. in 6. Fel. d. c. 4. ad audientiam nu. 21.*

Aut protectionis. *cap. ex parte tua ubi Abb. cap. recipimus de priuilegijs Felin. 5. d. nu. 21.*

His præmissis concludo census solutionem nullo modo arguere exemptionem *cap. ca. Recepimus de priuilegijs, prout quoque nec subiectionem aut protectionem*



*Abb. cap. omnis omnia numer. 3. cum add. de Censibus & in cap. quoniam numer. 4. cum add. de priuileg. Fel in repert. verb. census proprie. Ratio est, quia solutio census plura potest significare, scilicet interdum subiectionem protectionem exemptionem, Felin. d. cap. ad audientiam num. 21. & bene Innocent. cap. praterea quarto loco de transact. Abb. cap. fin. nu. 4. de caus. possess. & propriet. Milis in repert. verb. possessio vers. possessio seu quasi iuris possessionis acquiritur fol. 311.*

7 Probatio autem debet de necessitate concludere: nec probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse: vt prolixè docet Sebastian. Sapia in additione ad Abbatem. d. cap. recepimus in priuileg. verb. non probat. tex. in cap. in presen-  
tia de probat. cap. pia ubi glo. de except. in 6. & pulchre Abb. in cap. fin. nu-  
mer 4. de caus. possess. & propriet. Itaque hoc totum pendet ex circumstantijs re-  
rum iuxta quas (inquit Abbas) iudicandum est *Abb. d. cap. omnis omnia numer. 3. & d. cap. fin. de causa possess. & propriet. cum additionibus & est tex. expressus in d. ca. Recepimus.*

8 Per quæ apparet Ferrarium in principio citatum generaliter nimis censuisse, si-  
quidem vt ex censu probetur exemptio, debet aliunde apparere quod ex causa  
concessæ exemptionis illius solutio pensiletur *tex. d. cap. recepimus & cap. si Papa 8.  
& est idem vers. aut si dicat. de priuileg. in 6.*

## Q V A E S T I O X I.

An valeat Exemptio non inserta clausula, non obstantibus iuribus  
in contrarium?

### S V M M A R I V M.

1. In concessionibus iuri contrarijs opus est clausula derogatoria.
2. Item in Priuilegijs & rescriptis contra utilitatem publicam.
3. Exemptiones sunt contra rem publicam.
4. Priuilegia & rescripta differunt.
5. Exemptio valet etiam si careat clausula derogatoria. 6 7.
7. Episcoporum potestas pendet à Pon-  
tificè.
- 8 Ampliatur cum Princeps rescribit ex certa scientia.
- 9 Satis est quod Priuilegium Bullatur Bulla Priuilegiorum.
10. Certa scientia colligitur ex narratis.
11. Exemptio si concedatur à iure habente clausulum derogatoriam opus est derogatione istius clausule.

**I**N hoc articulo, in quo Doctores velut in Labyrintho sese plurimum implica-  
runt, Thesei Filo nobis opus esset. Et quidem Barthol. Abbas Ludouicus Mo-  
lina Antonius Milis cum nonnullis videntur stare pro parte negatiua, in finali  
cum

*cum latissima addit. C. si contrarius aut public. utilit. in ca. nonnullum. 10. vers. Tertium membrum est de Rescript. in tom. 1. de instit. & iure. disput. 173. fol. 683. & seqq. in repert. verb. clausula generalis non obstante fol. 72. Item Couarruias in epitome par. 2. cap. 8. & 9.*

Mouentur maxime auctoritate Innocentij III. quod in concessionibus iu-  
ri contrarijs opus sit clausula derogatoria; alioquin non est iusta causa sed  
ad importunitatem partium concessæ præsumantur *tex. cap. 1. de constit. in 6. late Gaill. libar. 2. obs. 58. Barthol. in extrauag. ad reprimendum sub fi-  
nem.*

Confirmantque: quia clausula generalis non obstantibus, &c. Dicitur requi-  
ri in priuilegijs & rescriptis contra publicam utilitatem concessis, alias non  
valerent. *Anton. Milis in repert. verb. clausula generalis non obstante. prout  
& quando vergunt in notabile damnum & præiudicium tertij, Lodon. Molina  
dicta disput. 173.*

Atqui est extra controuersiam quod exemptiones & vergant contra utilitatem  
& quietem reipublicæ, vt late deducit Durandus, & assentitur Concilium Tri-  
dent. tract. de modo concilij generalis par. 1. Rubr. 4. numer. 15. 64. & multis  
seqq. usque ad numer. 75. Baronius in Annalibus Ecclesiast. tom. 8. Anno.  
676. Pontifice Adeodato fol. 517. Concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de Refor. Et pluri-  
mum præiudicant tertio seu ordinariæ potestati quæ est fauorabilis, & cui  
Papa præiudicium facere non intendit, *argu. cap. peruenit. 11. quæst. 1. Sta-  
phil. tract. de gratijs & exempt. tit. de Rescriptis in forma Brevium numer. 50. vol.  
tract. 14. fol. 46. vt late scriptum est supra quæst. 4. Ideoque placuit omnibus  
non esse facile concedendas nisi magna deliberatione citatis ijs quorum interest  
vt statuit Concil. Lateranens. Rom. conf. 37. Felin. cap. cum non liceat in pr.  
de præscript. Innocent. cap. Dudum de priuileg. Francisc. Lucan. tract. de fisco.  
numer. 4. Anton. de Pratis de iurisd. Episc. cap. 8 numer. 1. 5. 7. Concilium Late-  
ranens. celebratum anno. 1515. sess. 10. verb. Exemptiones autem de cætero absque ra-  
tionabili causa & quorum interest minimè citatis pro tempore concessas nullius roboris &  
momenti esse decernimus.*

Pro solutione præmitto differre in quam plurimis priuilegia à rescriptis. *Rebuff. 4  
in praxi beneficiarum par. 1. tit. differentie inter priuilegium & rescriptum. hic atinet tan-  
tum differentia quod priuilegia sint contra ius glo. in summa 35. quæst. 2. Rebuff. d.  
tit. numer. 23. Dicta quasi priuata legia eo quod priuatam legem singulis generent.  
c. fin. 25. qu. 1. ca. priuilegia dist. 3. Barth. l. 1 in fin. C. de iuris & facti ignor. l. fin. ff. de const.  
princip. Rescripta verò sunt secundum ius ac ad obseruantiam iuris communis.  
glo. in cap. unico in ver. noscatur in fine de const. in 6. Rebuff. d. numer. 23. Philipp. Franc.  
ibi numer. 11. cum Apost. Abbas in Rubr. de Rescriptis numer. 2. & seqq.*



5 Ex his concludo quaestionem affirmatiue valere priuilegium exemptionis etiam si careat clausula, non obstante lege vel non obstantibus iuribus in contrarium: opinionis huius Coripheus est Felinus, quam post longum studium ac magnam indaginem varijs firmat auctoritatibus in cap. nonnulli num. 11. cum nonnullis & seqq. de Rescript. eaque tacite sequi videtur et Abbas in cap. 1. nu. 8. 12. 15. eodem tit. Inuenioque in hisce terminis eam sequi Parisium his verbis.

6 Nec erat necesse in dictis priuilegijs exemptionum quod fieret mentio de iuribus ordinarij cui insertur praedictum, Nam ipsa talia priuilegia derogant ordinarijs: quia priuantur iuribus ipsorum, & priuatio praesupponere debet habitum, vt tradit glo. quam sequuntur ibi scribentes maxime Abb. cap. olim & 1. de priuileg. lo. Andr. Cald. Abb. cap. dudum in pr. eodem Decius conf. 150. col. 1. vers. & praesupponendum. Ita verbaliter Parisius conf. 22. numer. 8. vol. 4.

Ratio est quia, cum Papa rescribit per modum priuilegij nihil refert si clausula non obstante non adijciatur, Fel. d. cap. nonnulli nu. 11.

Quod indubie procedit cum ex serie priuilegij apparet manifeste de voluntate Principis siue Pontificis volentis statuere contra ius seu quod exemptionem concedere voluerit. Anton. Milis in repert. verb. priuilegium contra ius commune an valeat. Dec. conf. 113. num. 4.

7 Nam cum omnis Episcoporum seu ordinariorum potestas dependeat ab auctoritate summi Pontificis cap. 1. dist. 22. Anton. de Rosellis tract. de potest. Imper. & Papa §. hanc sententiam fore veram. numer. 13. & 14. ubi id probat. vol. tract. 14. fol. 327.

8 Ex certa scientia & motu proprio aduersus eas seu ius commune rescribendo censetur ei derogare voluisse. Clausulae enim eiusmodi aequi pollent clausulae derogatoriae non obstantibus, Modestinus in l. idem vtp. scribit ff. de excusat. tut. ubi glo. & DD. glo. cap. ex parte 2. de offic. deleg. Anton. Milis in Repert. verb. scientia certa principis vers. Ex hoc sequitur Paris. d. conf. 22. n. 9. & 10. Dec. conf. 198. in fin. conf. 271. n. 8. & 9. Francisc. Curt. conf. 21.

9 Confirmatur haec conclusio primo auctoritate Baldi dicentis quod eo ipso quod Princeps vocat concessionem suam priuilegium & Bullatur Bulla priuilegiorum nulla alia clausula est necessaria. Nam tum satis constat quod ipso facto voluerit infringere ius commune ex quo natura priuilegij sit talis Bald. in l. lapilli col. 3. vers. Ego dico ff. de Res. diuis. Martinus Landensis tract. de priuileg. §. 39. Felin. d. cap. nonnulli numer. 11. & numer. 12. vers. Ratio differentia Philipp. Franc. cap. 1. numer. 10. per tot. de constit. in 6. Confirmatur secundo. Quia etsi nominatim non exprimat clausula ex certa scientia, sufficit tamen vt certa scientia eliciatur ex narratis, seu ex serie facti. Ita communi-  
ter:

reteneri dicit Felin. cap. cum inter de except. & d. c. nonnulli n. 12. vers. 2. contra istam ubi etiam Abb. Anton. de Creuant. in addit. ad Compostell. in d. c. nonnulli fol. 17. li. 1. C. Oldra. conf. 295. Narratio enim Principis tantum operatur, ac specifica expressio clausulae ex certa scientia d. l. item Vlpianus Fel. d. c. nonnulli n. 11. Limitanda tamen sunt haec nisi exemptio concederetur a iure habente clausulam derogatoriam, Abbas d. c. nonnulli & Fel. n. 12. vers. limita primo. Nā opus esset derogatione istius clausulae. Nauarrus ad c. si quando. ex. c. p. 1. n. 1. De Rescriptis.

## Q V A E S T I O XII.

In concessione exemptionum an sit necessaria citatio ordinariorum quorum interest exemptiones non concedi.

### S V M M A R I V M.

1. Priuilegium non praedicit non citato.
2. Concessio exemptionis non est actus iudicialis.
3. Concilium Lateranense requirit citationem ordinariorum.
4. Pontifex eximere potest sine citatione non obstante Concilio.
5. An opus sit specifica derogatione Concilij.
6. Quid de inuocatione.
7. Inuocatio si fit per eum qui eximere potest, non requiritur citatio.
8. In inuocatione qua fit in curia Romana non opus est citatione.
9. Similiter cum periculum est in mora.

**P**RO parte affirmatiua videtur stare, Castrensi. l. 2. num. 4. C. de Tempor. appellat. Anton. Conf. 19. Antonius Nicellis in concordia glossarum n. 232. arg. l. 2. in fine ff. de natalib. rescri. & l. nam ita ff. de adopt. Priuilegium enim (inquiunt) non praedicit tertio cuius interest non citato, ideoque nec ordinario cuius interest iurisdictionem factam & rectam conseruari per nos. supra qu. 4. Verum communi iure vera est negatiua. Ratio est; Quia concessio exemptionis non est actus iudicialis, ideoque Princeps nemine citato eas concedere potest. Abb. Felin. & DD. c. cum olim de Re iud. Leonellus tract. de surrept. rescript. questione 6. art. 1. Iason l. Gallus §. & quid sit tantum n. 41. & 47. ff. de liberis & posth.

Confirmatur, quia in impetratione rescriptorum priuilegiorum, exemptionum, non est necessaria partis citatio. Anton. Nicell. in Concord. glossarum n. 322. Concordia 52. full. 78. & 51. Felin. c. cum olim nu. 6. de Re iudic. Geras de pensionib. qu. 37. Caccia-lupus de pensionib. qu. 2. 4. n. 8. & seqq. Malis in repert. verb. Citatio non requiritur quando priuilegium.

Dixi in re communi, nam iure speciali siue singulari Concilij Lateranensis sub



Leone X anno eius tertio salutis vero humanæ 1515. sessione 10. ad esse exemptionum requiritur citatio ordinariorum, ratione adiectæ clausulæ irritantis de qua dicturus sum infra parte 2. *quæst. 5. sub finem.* & parte 4. *quæst. 63. per tot.* eiusmodi enim est textus, Exemptiones autem de cætero absque rationabili causa & quorum interest minimè citatis pro tempore concessas nullius roboris & momenti esse discernimus. *Anton. de prat. tract. de iurisdic. Episcop. ca. 8. nu. 1. & 2. Guymer. ad prag. sanctionem tit. de causis §. visum in glo. verb. attendentes.*

4 Quin autem Pontifex non obitante Concilio eximere possit nemine citato, non est quisquam qui ambigat: est enim eius solius Concilij derogare, vel etiam adrogare à quo omnia pendent & cuius auctoritas semper excepta reputatur, *c. significasti de electione Abb. Siculus c. ex gestis, de Cler. non residen. Borgasius tract. de irregularit. & dispens. part. 3. tit. de dispensat. concilij generalis n. 6. & seq. fol. 53. Ant. de Boffellis tract. de Concilio cap. 14. incip. Qualis in causis debet esse forma numer. 8. per cap. proposuit de concess. prebende & cap. 17. nu. 3. ubi late, quippe quod speciale sit principis siue Pontificis suam vel inferiorum sententiam & constitutionem reuocare net. in cap. veniam cap. sententiam 35. quæst. 9. cap. cum olim de re iudic. cap. tam ex literis de in integ. restit. l. 2. in fine de sententis ex breui recitandis.*

5 Præcipuæ verò difficultatis est, an cum Pontifex derogat Concilio opus sit ne exemptio censeatur surreptitia specifica clausula derogatoria Concilij. Qua in re sunt qui aiunt & qui negat, ut est videre in Anton. Milis, in aureo reperit. verbo gratia facta contra Generale Concilium an censeatur surreptitia glo. cap. ex parte verb. de quo nulla mentio de c. spell. Monach. Felin. cap. nonnulli num. 2. & 3. de Rescript. dicam infra lib. 1. cap. 50. nu. 33. conferunt que ad hunc questionem qua in immediate precedente attuli nu. 6. 7. 8. & seq. no. que eam proprio capite diligentius examinabimus.

6 Porro an hactenus dicta obtineant etiam in innouatione exemptionum, incidenter hic queri posset, non iuuat iam inhære regulæ communi. Quod omnis qui ex aliquo actu laxi possit ad illum citari debeat, *l. de vxo quoque ff. de re iud. l. non ita Diuis. ff. de adopt. l. si quando & ibi Bald. C. de testib. quam Antonius Nicellus fusissime restringit centum & quindecim Falentis. In concordia glossarum à nu. 224. vsque ad nu. 372. in concordia 52.*

7 Dico igitur primo. Quod si innouatio fit per eum qui exemptionem concedere poterat non requiri partis citationem, alias secus. *Abb. cap. cum dilecta num. 25. vers. & innouatio de consir. utili vel inuitili Mascard. de probat. conslus. 1388. nu. 26. & dixi supra. Quæst. 8. nu. 9.*

8 Dico secundo. Quod in transumptione seu innouatione exemptionum vel priuilegiorum quæ fiunt in Curia Romana non opus est citatione. Ratio est, quia cum iste actus pertransseat multorum manus hoc in exercitio peritas, absit omnis falsi suspicio, adeò ut sine citatione credatur transumpto velut originali

ginali *Abb. cap. ex parte & 1. in pr. de priuileg. & dixit Felin. post Anton. Host. Ar. chid. & alios in c. fin. nu. 8. vers. fallit. 3. de fide instr. Bartholomeus Bellenf. tract. de charit. subsid. quæst. 113. Mascardus de probat. vol. 3. concil. 1388. nu. 19.*

Dico tertio, Hoc in casu cum periculum esset in mora non requiri citationem, *Decius cap. cum dilecta numer. 37. de consir. utili vel inuitili Mascard. d. conclus. 1388. nu. 19.*

## Q V A E S T I O XIII.

Exemptio concessa simpliciter an eximat vniuersaliter?

### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Exemptione capituli non censetur concessa exemptio membrorum. | uis ordinis clerici exempti censetur.                            |
| 2. Exemptio monasterij non extenditur ad capellas.               | 8. Exemptio generalis, generaliter intelligenda.                 |
| 3. Exemptio est stricti iuris.                                   | 9. Exemptio extendenda aut restringenda ex mente priuilegiantis. |
| 4. Exempta Ecclesia populus non est exemptus.                    | 10. Priuilegium concessum terra, censetur concessum personis.    |
| 5. Exempto populo ecclesia non censetur exempta.                 | 11. Priuilegia concessa locis, extenduntur ad personas.          |
| 6. Dispositio de re contenta non includit contrariam.            | 12. Delinquens in Ecclesia, an in eâ capi possit?                |
| 7. Exemptis Clericis Ecclesie, cuius-                            |  |

Generalis hæc quæstio diffiniri commodè non poterit, nisi per propositiones speciales, sit igitur prima conclusio Exemptione capituli non censetur concessa esse exemptio membrorum. *Innoc. c. ex ore de priuileg. arg. l. liberorum ff. de adopt. Ideoque exempto monasterio, eius membra seu capellæ exemptione non gaudent. Abb. d. cap. ex ore. n. 1. & 4. ca. cum capella ubi DD. cod. tit. Vbaldus tract. de Canonica portione cap. 4. quæst. 8. & seq.*

Ratio est quia exemptio est iuris stricti nec trahenda de persona ad personam, loco ad locum, *cap. sane cap. cum capella de priuileg. Io. de Ferrariis in forma oppon. contra instrum. in glo. ad §. a. usque rationibus, nu. 4.* quippe regulariter eximi potest Ecclesia, sibi in potestate retenta capella, & e contra, *arg. l. liberarum de adopt. Br. xier. sin. reperit. verb. Exemptio col. 6. Abb. cap. conquerente nu. 1. de offic. ordin. glo. cap. rogatus 24. quæst. 1.*

Conclusio secundo, Exempta ecclesia non censetur exemptus populus: idè Episc. ordina-



ordinariam potestatem exercere poterit in Parochianos. *Philipp. Franc. c. per exemptionem n. 3. vers. 5. de privileg. in 6. summa Angel. verb. exemptus n. 1. vers. Et exempta. Fumus verb. exemptio num. 3.*

5 Conclusio tertia, exempto populo non censetur Ecclesia esse exempta. *Franc. d. num. 3. vers. ult.*

6 Conclusio quarta. Eadem dicta sint in quibusvis aliis exemptionibus Regulariter enim dispositio relata ad rem contentam non includit continentem, *Franc. d. n. 3. vers. ult. in priuil. trahantur ad casus diuersos Tirag. de retract. Confan. §. 1. glo. 4. n. 97. fol. 106 Fumus verb. exemptio n. 3. §. 4. & doctè Archid. c. Frater 16. q. 1. n. 3.*

7 Conclusio quinta. Exemptis clericis alicuius Ecclesie tam Canonici quam alterius cuiusvis ordinis clerici exempti esse censetur *tex. ca. per exemptionem. In fin. de priuil. in 6. ubi Franc. num. 3. vers. ultim. not.*

8 Conclusio sexta, si verba priuilegij sunt generalia exemptio vniuersaliter concessa esse censetur *c. quia cura ubi D. D. de priuil. arg. d. cap. per exemptionem in fin. Io. de Ferrar. in d. glo. ad §. alijs rationibus nu. 4.* Ita tamen vt in primis semper attendenda sit mens concedentis ne tam verba quam potissimum ipsam mentis ratione sequi videamur *l. alacriter ff. de leg. 3. Barth. l. non dubium n. 9. §. 10. C. de legibus Dec. l. semper in stipulationib. n. 4. ff. de reg. iuris l. labeo ff. de supell. leg.* Semper priuilegium extenditur ad personas & casus non expressas, aut etiam restringitur ex præsumpta ac coniecturata mente priuilegiantis *Abb. c. sane n. 2. de celebrat. Missarum.*

9 Conclusio septima. Priuilegium concessum terræ intelligitur concessum personis seu hominibus eiusdem *l. si non speciali ubi Bald. C. de Testam.* Sicut per exemptionem Ecclesie intelligantur exemptæ personæ *d. c. per exemptionem*, ita per exemptionem terræ censentur etiam personæ eiusdem terræ exemptæ. *Rom. d. cons. 130. num. 7. Bald. d. l. si non speciali.*

11 Confirmatur id ipsum auctoritate eiusdem Romani *Cons. 234 per tot.* dicentis priuilegia locis concessa extendi ad quaslibet personas ibi existentes etiam si Forenses sint & extraneæ, ubi etiam disputat an forensi, aut laicus delinquens in Ecclesia capi in eadem possit id quod resoluit negatiuè, *per cap. Frater 15. qu. 4. Bald. d. l. si non speciali. qua de re infra lib. 4. quæst. 65.*

12

## Q V A E S T I O X I V.

In Exemptione suarum Ecclesiarum quænam comprehendantur?

### S V M M A R I V M.

1. Appellatione sui comprehenditur quod commune est.
2. Mandatum, de prouidendo in Ecclesijs suis, extenditur ad eas quæ mediate

diato subiecta sunt.

3. Ea tantum Ecclesia sunt exempta quæ plene iure ad exemptum spectant.

4. Suum propriè non est quod est commune.

6. Priuilegia propriè intelligenda.

**D**ifficultatem facit quia appellatione sui comprehenditur etiam id quod commune est, *l. si quis seruos ff. de leg. 3. l. pupillus §. fin. ff. de verb. sign. ad eò vt res mihi cum alio communis vendi & impignorari possit qua de re doctè Mudeus, l. nemo ex sociis ff. pro socio fol. 64. Negus. de pig. in 3. memb. 2. part. princip. num. 36. §. 2. seqq.* & non modo quod immediate sed etiam quod mediate suum est: ideo præceptum, de prouidendo alicui in Ecclesijs suis, extenditur ad eas quæ mediate subiectæ sunt *cap. pro illorum de prebendis.* Sed respondeo cum Archidiacone eas tantum esse exemptas quæ pleno iure spectant ad exemptum, *Archid. in cap. Frater. num. 4. ubi late id examinat. 16. quæst. 1.* Imprimis quia exemptiones præiudicant iuri ordinario, ideoque strictissime interpretandæ *cap. licet. de offic. ord. l. 2. §. merito §. si quis à principe ff. ne quid in loco public. nec extendendæ sunt ad id quod commune est, nam suum propriè dici non potest quod commune est, prout quoque quod mediate ad aliquem spectat suum esse, propriè dici non potest. l. quæsitum, §. celsus ff. de fundo instr. leg. Archid. n. 5. latissime Iason. l. serui electione §. labeo n. 1. 4. 10. 20. 21. 22. ff. de legat. 1.*

Porrò certum est priuilegia semper extendenda esse secundum propriam verborum significationem vt quanto minus fieri possit ordinariæ obsint potestati quæ est per quam fauorabilis *l. scribit quintus l. plantinus ff. de auro & argento leg. copiosius. que id probat Archid. d. cap. Frater. 16. quæst. 1. num. 5. §. dixi supra quæst. 4.* De qua quæstione prolixius videri poterit *Philipp. Francus, in cap. cum in illis fin. nu. 2. & 3. de Preb. in 6.* Vbi disputat an dispositio restringenda sit ad id quod totum est disponentis, an verò etiam extendenda ad id quod cum alio commune est; distinguitq; inter dispositionem odiosam & fauorabilem, quemadmodum apud eundem videre latius poterit lector.

## Q V A E S T I O X V.

Quid sit lex dicecesana & lex iurisdictionis?

### S V M M A R I V M.

1. In Episcopo generaliter unica iurisdictionis facta Episc. po.
2. Res iudicata in dicecesana non præiudicat in lege iurisdictionis.
3. Deriuatio legis dicecesana.
4. Commissione facta dicecesano censetur
5. Dissensio scriptionum in hac materia.
6. Diffinitio legis Dicecesana.
7. Diffinitio legis iurisdictionis.
8. Cuius species sit charitatum, subsidiuum.



diu.

9. Item Synodus Episcopalis.

10. Item dispensatio &amp; Canonica Episcopalis.

**I**n diffinitione exemptionum dixi sub nomine iurisdictionis comprehendi legem diocesana & iurisdictionis, de vtraque quia inter interpretes non ita conuenit pauca hæc adferemus. In Episcopo vnicam tantum esse iurisdictionem sub qua vniue. sum ius Episcopale comprehenditur quod in vniuersa diocesi habet nonnullis vsurpata latiore significatione legis diocesana visum est. *Innocent. cap. dilectus de offic. ordin. Abbas cap. auditis in 1. notabili de restit. in integrum.*

2 Alij, tamen communius placuit distinctas esse species ita vt res iudicata in lege diocesana non obstat legi iurisdictionis, *Abb. cap. 1. de offic. ordin. vbi tex.*

3 Et quidẽ diocesana lex à diocesano deriuatur qui à Pontificiis DD. proprie Episcopus nuncupatur & non alius, quamuis de iure speciali in loco ordinariam habeat potestatem, *Abb. cap. cum olim de maior. & obed. & cap. Ioannes. num. 2. de testam.* A-

4 deoque refert vt facta commissione diocesano censeatur facta tantum Episcopo. At vero si ordinario tum cuilibet alteri ordinariam habenti iurisdictionem facta esse censebitur. *glo. Clem. 1. verb. diocesana de iure patronat. Nauarr. cons. 11. de Clandest. d. spons. tom. 2.*

5 Porro diffinitione vtriusque huius legis diocesana & iurisdictionis variæ olim fuit elaboratum, alijs asserentibus quod illa consistat in recipiendo, hæc vero in dando seu conferendo, alijs aliter opinantibus vt patet ex *Innocent. & alijs, cap. 1. de statu Monach. vbi Abb. glo. cap. dilectus vbi DD. de offic. ordin. Bertachin. tract. de Episcop. lib. 4. par. 2. num. 80. & seqq. Henric. Boiteius tract. de Synodo par. 1. numer. 61. & seqq. vbi late.* Res hæc vt censem cum *Innocent.* aptius diffiniri non poterit quam diffinitione per partes de qua apud *Topicos. Aristoteles lib. 2. poster. cap. 5. Io. Apellus in dialect. legali cap. 1. numer. 24. Christoph. Hegendor. in suo libello de definitionibus & diuisionibus legalibus to. 16. per tot. vol. tract. 1. fol. 252.* Nempe lex diocesana est ad quam spectat perceptio Cathedralitici pars decima oblationum charitatum subsidium denique cætera omnia à quibus monasteria iure communi sunt exempta, *Abbas d. cap. dilectus num. 4. vbi late & DD. supra citati.*

7 Lex verò iurisdictionis est quæ obedientiam, subiectionem, reuerentiã, institutionem, correctionem, reformationem, iurisdictionem, pœnitentiã indictionem, caufarum audientiam, sacramentorum collationem, eaque omnia complectitur in quibus monasteria diocesana, iure communi subiiciuntur *DD. vbi supra Bertachin. tract. de Episcopo lib. 4. parte 2. nu. 80. Thomas Zerula in praxi Episcop. part. 2. verb. iura Episcopalia Cuchus in tit. iuris Canonici lib. 1. tit. 12. verschæc iura.*

8 Quæ vt magis pateant queritur primo vtrum charitatiuũ subsidium sit de lege diocesana? articulus hic multis fuit dubius vt refert *Barth. Bellencinus tract. de charit. subsidio, qu. 28.* communis tamen (inquit) opinio est affirmatica, Vnde inferitur

monaste-

monasteria iure communi exempta esse à solutione charitatiui subsidij: *Io. Andr. Buerio. Innoc. & DD. d. c. dilectus de offic. ord. Bald. l. si quis ad declinandam col. 8. C. de Episc. & cler.*

Limito, primo, in Ecclesiis monasterio subiectis quæ ante subiectionem illud præstare consueuerant. Nam ratione earum, monasterium obligabitur *Clem. 1. de cens. lib. Innoc. d. ca. de statu Monach. cap. conquereute de offic. ord.*

Limito secundo, nisi monasterium haberet populum, quia ratione populi tenetur ad omnia quæ sunt legis diocesana. *Io. And. in add. ad spec. rit. de priuileg. Bellenc. tract. de charit. subsid. qu. 29.* Queritur secundo, Quid de Synodo? vtrum sit legis diocesana? & breuiter an Abbates seu monasteria teneantur venire ad Synodum Episcopi? Remitto ad prolixam disputationem & distinctionem *Henrici Botei*, in suo speciali tractatu de Synodo parte 2. nu. 4. & seqq. ex qua vberior etiam intelligentia legis diocesana & iurisdictionis hauriri poterit.

Tertio vtrum dispensatio? paucis dicimus eam esse de lege iurisdictionis, *ca. ex 10 transmissa de translac. pralat. glo. Clem. 1. de Rescriptis*, & ita resoluit, *Paulus Borgasius, in suo tract. de Irregularitatibus parte 2. Rubr. an dispensatio sit de lege diocesana nu. 4.* Eadem dicta sint de Canonica Episcopali de qua materia in cap. requisiti & cap. 11 officij de Testam. & *Petrus de Vbaldis, in tract. de Canon. Episcopali cap. 1. n. 4. & c. 4. q. 5.* *Lapus de Castelliono, tract. de Canon. portione n. 5.* Cætera ad pleniorem huius tituli cognitionem peti poterunt, præfertim ex *Abbate & Innocentio* hic citatis quæ cõpendij gratia nunc prætereo, qui tradunt Hospitalitatẽ, itionem ad exequias, prædicationem, missarum celebrationem, legationem processiones, angarias, & quaslibet alias vexationes sub lege diocesana comprehendit.

## QVÆSTIO XVI.

Monasteria an sint Exempta?

## S V M M A R I V M.

1. Monasteria iure scripto sunt exempta à lege diocesana non verò à lege iurisdictionis.  
2. Quousq; se extendat eiusmodi exemptio.

**D**E iure communi quod attinet sunt exempta à lege diocesana non verò à lege iurisdictionis vt patet ex auctoritatibus præcedenti capite allegatis quas maxime *Abbas* persequitur *d. cap. 1. de statu Monach. & d. cap. dilectus de offic. ordin. & Bertachin. tract. de Episcop. lib. 4. parte. 2. quæst. 35. numer. 80.*



2 Itaque eiusmodi priuilegio non modo monasterium sed cœmeterium & alia quæcumque intra monasterij septa exempta censebuntur, *cap. necessaria ca. nulla 12. qu. 1.* idque ad passus vsque 30. vel. 40. *cap. sicut cap. diffiniuit 17. quæst. 4.* quod tamen verum est cum monasterium est extra urbem constitutum secus vero si in ciuitate tunc enim tot passuum priuilegio non gaudebit, *c. quisquis 17. quæst. 4. glo. & DD. cap. per exemptionem de priuileg. in 6. Rebuff. tract. de Immunit. Ecclesiarum in constitutionibus regijs & in l. urbis de verb. sig. summa angelica verb. Exemptio nu. 1. & Fumus nu. 5. Archidiacon. cap. nulla 12. quæst. 1. vide Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 10. vers. Domus item Episcopalis.*

## Q V A E S T I O XVII.

Sintne aliqui ordines exempti?

### S V M M A R I V M.

1. Cisterciensis ordinis Priuilegium.
2. Cisterciensis ordo iure scripto non exemptus.
3. Papa Diœcesanus totius orbis.
4. Ordines plurimi exempti priuilegio proprio.
5. Predicatorum exemptio.
6. Minorum.
7. Carmelitarum.
8. Benedictinorum.
9. Regularium omnium.
10. Exemptio eorum plena tam realis quam personalis.
12. Restringitur in causis mercedum & miserabilium personarum.
13. Item in degentibus extra claustra. 14. 15.
16. Diuisio ordinum.
17. De participatione alienorum priuilegiorum.
18. Quid si ordo non utatur priuilegio, an participans nihilominus fruatur.
19. Virum participantes possint priuilegio uti contra eos quorum contemplatione participant.
20. Familiars non retorquent priuilegia contra suos principales.
21. Priuilegiatus non utitur priuilegio contra concedentem.
22. Ordines qui habent Generalem, an iure communi sint exempti.
23. Iurisdic. specialis, cumulariue concessa censetur.
24. Pontifex non solet derogare ordinarijs nisi expresse.
25. Qualem iurisdictionem habeant Prælati in subiectos.
27. Exempto ordine Monachorum, an censeatur exemptus ordo monialium.
28. Ordinarij incarcerantes regulares exemptos sunt excommunicati.
29. Tenor Bullæ.
30. Varia exemptionum causæ.
31. Ordinibus facile conceditur exemptio.

ptis.  
32. Exempti nedum ab ordinarijs, sed ne quidem ab Archiepiscopis & Patriarchis possunt puniri.

33. Exempti immediate S. sedi subiecti sunt.  
34. Censura ordinarij in exemptos irrita sunt.

**I**ure communi Cisterciensis ordo, id priuilegij habet vt nisi facta mentione ordinis rescriptum impetrari non possit, *lex. cap. cum ordinem ubi DD. de Rescr. cap. ne Dei de simonia Io. Andr. cap. 1. de suppl. negl. prælati glo. cap. recepimus de priuileg. Fel. & Abb. d. cap. cum ordinem* quod ipsum hospitalarijs & templarijs aliisque nonnullis concessum esse reperitur, *cap. ex parte de decimis glo. d. cap. cum ordinem de Rescript. Non tamen idcirco priuilegio plenæ exemptionis potiuntur, Felin. cap. ne Dei in pr. de Simonia & nominatim cap. cum ordinem nu. 7. vers. considera primo de Rescript. Itaque sit diffinitio generalis huius quæstionis omnes ordines atque Ecclesias iure communi subiectas esse potestati suorum diœcesanorum, cap. omnes Basilica 16. quæst. 7. cap. 1. de offic. ordin. cap. cum Episcopus eod. in 6. cap. nouerint. cap. regenda cap. sic quidam 10. qu. 3. Choppin. in suo pereleganti libro Monasticon. seu de iure cenobiorum per tot.*

Sicut enim Papa dicitur diœcesanus totius orbis, ita Episcopus suæ diœcesis, dicitur enim tota diœcesis esse Parochia & quasi territorium Episcopi, *cap. cum contingat. de foro compet. Socynus tract. de oblat. quæst. 18. num. 63. Troylus de Canonisat. sanctorum incip. sequitur secundum nu. 28. & seq. Rebuff. l. pupillus §. territorium vers. Et tota ciuitas de verb. signific. cap. cum venerabilis de Relig. domib. Abb. cap. nimis graue nu. 4. de excessib. prælat.*

Dico iure communi. Nam priuilegiis copori iuris non infertis, plurimi ordines exemptionum plenissima iura sunt adepti, ac ne per omnes excurram, ordo prædicatorum plenissimam exemptionem consecutus est, priuilegio Sixti 4. Incip. Regimini hoc tenore.

Et ne prætextu constitutionis Innocent. 4. prædecessoris nostri, *volentes, & c. lo-* corum diœcesani & alii ordinarij in personas & loca fratrum prædicatorum contra Gregorii prædecessoris nostri ordinationem sibi quamcumque iurisdictionem & superioritatem vendicare præsumant, districtius inhibemus ne quisquam absque sedis Apostol. commissione & auctoritate in personas domos & loca dicti ordinis prædicatorum vt pote prorsus exempta aliquam excommunicationis suspensionis & interdicti sententiam specialiter vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in personas, domos, vel loca huiusmodi aliquam præminentiam superioritatem, & iurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiam ratione contractus, vel delicti, vel rei de qua contra ipsos ageretur vbicumque in eatur contractus committatur delictum & res ipsa consistat, Decernimus quoque ex nunc quaslibet ex-



„ communicationis suspensionis & interdicti sententias, & quoscumque processus, „ quasi penas & sententias generales vel speciales continentes, quos vel quas pro- „ mulgari vel haberi & omnia quæ contra fratres domos vel loca dicti ordinis quo- „ modolibet fieri contigerit etiam eorum exemptione, vtputa notoria, non aliter „ allegata nullius roboris vel momenti esse & pro insertis haberi debere. Hoc priui- „ uilegio aliisque donatus, prædicatorum ordo habere dicitur, omnia priuilegia „ quæ habent omnes aliæ religiones in genere vel in specie. *Aurea armilla verb. „ absolutio numer. 26. Alphonsus à Casarubios tract. de priuileg. Fratrum minorum „ verb. excommunicatio ubi addit. Hieronimi à serbo & verb. exemptio numer. 15.* „ Ex quibus, infero primo prædicatores communi priuilegio clauso in corpo- „ re iuris non esse exemptos, sed proprio. *Expresse Abbas cap. nimis graue numer. 4. „ de excessib. prelat.*

5 Secundò, Quod Prædicatores citati coram ordinario comparere non tenean- „ tur ad allegandum exemptionem; est enim notoria, *Abb. ca. cum ordinem ubi DD. „ de Rescript. & ita censet Fumus verb. exemptio nu. 2. verb. priuilegium nu. 7. dixi supra „ num. 4. in verbis const. t.*

6 Minores, eodem anno 1215. cum Prædicatoribus à sancta sede Apostolica ap- „ probati sunt. *Io. Caldeus cap. nimis praua, ubi Abb. num. 1. de excessib. prelat. donatique „ postmodum à Clement. 4. exemptionibus tam ab ordinarijs quam à delegatis ac „ etiam à constitutione innocenti. 4. in cap. volentes de priuileg. in ó. ac immediate „ subiectæ sanctæ sedis eorum Ecclesiæ, oratoria, domus, loca libri, viuentia, mobi- „ bilia, immobilia, Alphonsus Casarubios in compedio priuileg. Fratrum minorum verb. „ exemptio nu. 3. 8 & 10.*

7 Carmeliter pariter à iurisdictione ordinariorum & legatorum prorsus sunt ex- „ empti, adeò quod processus aut sententiæ contra eos latæ sint nullius roboris, *Al- „ phonsus ubi supra nu. 24. vide infra lib. 4. quest. 46. nu. 1.*

8 Eadem in Benedictinis obtinent. Nam, Eugen. 4. ne eos causarum strepitus in- „ quietet & ab otio deducat sancit ne quis eos iuramentum præstare aut testimo- „ nium ferre ex quacumque causa compellat inuitos. *Alphons. ubi supra verb. exemp- „ tio. vers. Ex priuilegio Monachorum sancti Benedicti vide infra lib. 2. quest. 34.*

Insuper (vtar verbis Nauarii. *tit. de Regularibus tom. 1. comment. 2. incip. nunc quo- „ ad iudicia n. 63. vers. addo secundo & vers. addo 3. fol. 48.*

9 Omnes fere regulares sunt exempti à iurisdictione ordinariorum per priuilegia „ concessa eis directe vel indirecte per participationem communicationem aliorum „ priuilegiorum & consequenter habent iurisdictionem quasi Episcopalem, *glo. sing. „ Clem. 1. verb. Monasterij de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

10 Quod adeò verum est vt raro in religiosis habeat locum cap. volentes de priuile- „ in 6. Nam iam concessum est aliquibus eorum directe vel indirecte per participatio- „ nem

nem vt nequeant conueniri etiam de facti & sitis etiam extra loca exempta, cum „ derogatione dicti cap. volentes, editi in concil. Lugdunensi & innouati in Concilio „ Trident. sess. 7. cap. 7. de Refor. vers. In exemptionum causis. Addo quod ex addi- „ tione Concilij Trident. d. ca. 7. colligitur limitatio exemptionum, ne scilicet pro- 12 „ sint quoad causas ciuiles mer. ed. m. & miserabilium personarum. Secundo, gene- 13 „ ralis differentia inter regulares exemptos degentes extra monasteria & degentes „ intra. Nam hi super nullis causis possunt conueniri coram alia differentia, 14 „ ordinarijs, ille autem sit, super predictis duobus generibus causarum. Est & „ quod degentes intra, non possunt ab ordinarijs ratione delicti puniri nisi quan- „ do extra monasterium cum populi scandalo delinquant & non puniuntur à „ suis prælati moniti ab ordinarijs, vt id faciant, degentes verò extra sic, vt in „ directo sensu & à contrario habetur in eodem Concilio Trident. sess. 25. cap. 14. de 15 „ Regularib. incip. Regularis non subditus. Vnderesponsum est, non potuisse „ vicariam Episcopi cognoscere de quodam censu petito à conuentu ordinis mi- „ norum S. Francisci de Paula, habentis exemptionem cum derogatione cap. vo- „ lentes, tum quia non debebant extra conuentum tum quia non agebatur de vlla „ causa prædictorum generum, neque delicto extra monasterium cum populi scan- „ dalo commisso, Ita Nauarrus vbi supra.

Patres quoque Societatis, teste Alphonso gaudent exemptionibus omnibus „ quibus alij omnes ordines. *Alphonsus à Casarubios & ibi Hieronimus à Sarbo Capu- „ cinus in tract. priuileg. omnium ordinum verb. communicatio priuilegiorum.* Exemptione „ quoque gaudent Præmonstratenses, *VVamesius consil. 65. n. 1. tom. 1.* 16

Simili exemptionum priuilegio gaudent ordines mendicantes, *Fumus verb. ex- „ communicatio num. 28. & seq. Chopin. in suo Monasticon.*

Sunt vero quatuor  
constitutione Pii. 5.

{ Dominicanorum.  
Franciscanorum.  
Augustiniensium.  
Carmelitarum.

Inter quos eadem Pii. 5.  
constitutione compre-  
henduntur ordines.

{ Seruorum B. Mariæ.  
S. Francisci de Paula.  
S. Hieronimi Iesuatorum.  
Societatis IESV.

Participantes de priui-  
legijs mendicantium.

{ Canonici regulares ordinis congregationis S. Augustini.  
Canonici regulares congregationis S. Saluatoris.  
Canonici S. Crucis olumbrienfis.  
Benedictini.  
Monachi montis oliueti.  
Vallis vmbrosæ.  
Cistercienses.



Participantes de priuilegijs mendicantium.

- Carthusienses.
- Camaldubenses.
- Eremitæ S. Hieronimi à Pisis.
- Congregatio S. Hieronimi Fesulani.
- S. Hieronimi Hispan.
- Cœlestini.
- Crucigeri.
- Redemptionis captiuorum.
- Sanctissimæ Trinitatis.
- Theatini.
- Ministri infirmorum.
- Congregatio clericorum regularium minorum quæ ortum habuit anno. 1589.
- Præmonstratenses. *VVammesius conf. 65. nu. 1. tom. 1.*
- Status tertii ordinis, de quo est constitutio Leonis X. & Declaratio S. Congregationis, quæ hic subiicitur & quam mihi nuper communicauit ex vrbe reuersus spectabilis, & eruditus D. Protonotarius Ricurtus Pauli Strauius à secretis S. Congregationis Cardinalium negocijs Episcoporum & Regularium præpositorum.

**DECRETVM SVPER STATV MVLIERVM TERTII**  
*Ordinis in priuatis domibus degentium, illarumque ad habitum admissione.*

**S**acra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt, vulgò Bizzoche, seu alio quouis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum in eandem sententiam respondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, sæpius respondit, minime posse Sacerdotes Regulares Mulierum Tertii Ordinis, quas de Pœnitentia, vel Bizzocas vocant, confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas; quemadmodum nec posse illis Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis Sanctis. D. N. IESV CHRISTI; Verùm quoad sepulturam, atque alia Priuilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatis, aliosque similes ita demùm Ordinis, cuius Tertix Regulæ habitum assumpserunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum Claustralibus habitent, & Mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Constitutione Concilii Lateranen. sub Leone X. quæ habetur sess. 21. in sin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet, paupertatis, & obedientix nequaquam includi, quinimò huiusmodi mulieres, si vitam Virginalem aut cœlibem simpliciter, expresseque vouerint, etiam in consanguineorum, & affiniũ suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis Priuilegijs Ordinis, cuius Tertix Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit Constitutione edita die prima Martij 1518. An autem prædictæ qualitates in huiusmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci iudicium.

Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes, ita demum in Ecclesijs Ordinis, cuius habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, si minus, in Ecclesijs Parochialibus sepeliendas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus, sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in etate saltem quadraginta annorum constitutas, quæ de proprio habeant vnde sufficienter viuere possint, & non cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel finibus in primo tantum gradu sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci in eua prius impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi prædictis præuio examine diligenti sibi constiterit.

Verùm in huiusmodi habitu concedendo respectiue deferendo, omninò à velo supra caput, quod Superiectum vocant, à Pectorali quod vulgò dicitur Sottogola, & à Patientia abstinendum esse, quinimò eas, quæ supradicta tria vel aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint, illa dimittere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinarijs locorum compellendas esse decernit.

Supradictis verò Decretis Mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt, non comprehendit, quinimò eas dispositioni constitutionis Pij Papæ V. editæ Romæ Anno 1636. quarto Calendas Iulij, quæ incipit ( Circa Pastoralis ) pœnitentia subiacere expresse declarauit. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris. anni M. DCXVI.

Possent de singulis hisce ordinibus multa in medium adferri & curiose inquiri, sed quia proprie non sunt huius instituti subdito relegans curiosum lectorem ad Paulum Maritium Alphonsum à Casarubios, Remundum Frangier, Nauarr. & alios.







verò si motu proprio Pontificis. *Ang. d. l. testamenta Bald. d. Auth. habitu. Nihilominus tamen negatiuam huius questionis partem defendit vna cum alijs Iason l. quod in rerum s. si quis p. ff. num. 6. & seqq. ff. de legat. 1. Petrus de Anchar. cap. tibi qui de Rejor. in 6. cap. per b. e. de heretic. in 6.*

23 Ratio est, ex. o. m. n. i. o. c. l. u. s. i. o. n. e. quod iurisdic. t. i. o. specialis censeatur con. c. l. a. s. u. m. u. l. t. i. n. e. non verò ordinaria. *B. i. t. h. l. i. j. de offi. p. r. e. f. e. c. t. i. v. r. t. u. s. R. o. m. c. o. n. s. 393. A. r. o. t. c. o. n. s. 102. D. D. cap. Pastoralis de offi. ordin. cap. quia contingit de Religiosis domibus. Nec enim est regulariter verum, quod per sp. c. i. a. l. e. m. i. u. r. i. s. d. i. c. t. i. o. n. e. m. v. n. i. c. o. n. c. e. s. s. a. m. etiam cum taxatiua solus derogetur vniuersali iurisdictioni, *Ang. l. i. C. ubi & apud quos per illam tex. ubi glo. v. r. s. o. l. u. o.**

24 Confirmatur hæc opinio, nam ex privilegio quocumque Pontificis nunquam censeatur ordinaria potestati derogatum nisi ex. m. p. t. i. o. formalibus vel æquipolletibus verbis concedatur. *tex. cap. pastoralis de privileg. ubi D. D. De quibus à me supra scriptum est quæst. 9. vnde etiam si ordinum generales ius habeant visitandi, corrigendi iudicandi totum ordinem non ideo tamen ordo à iurisdictione ordinarij exemptus esse censendus est, nisi ordini nominatim exemptio concessa sit.*

25 Quæritur quinto, qualem iurisdictionem habeant Prælati, Abbates seu quilibet superiores exempti in subiectos? Respondeo quasi Episcopales *glo. singul. Clem. ent. 1. verb. proprii ubi. D. D. de Rebus Eccles. non alienand. ita quod eiusmodi superiores ea omnia exercere possunt in suos quæ Episcopi in subditos, Nauarrus c. o. n. s. 23. tit. de privilegijs Hieron. à Sorbo Capucinus in annot. ad Alphons. à Casarubcos in compend. privileg. fratrum minorum verb. prælati per d. Clem. 1. ubi glo. & signanter iurisdictionem criminalem etiam irrequisito Episcopo Nauarr. c. o. n. s. 9. nu. 2. de privileg. Excep. tio tamen ea quæ ordinis dicuntur Episcopalis de quibus supra, quæst. sexta in fine & in cap. quod sicut de elect. & cap. transmissam eodem & cap. quamuis dist. 68. Abb. remissive in cap. si quis contra clericum num. 49. vers. Item omnia quæ sunt, de foro com. petenti, quæ de re etiam infra, lib. 4. quæstio. 20.*

26

27 Sexto quæri posset vtrum exempto ordine Monachorù censeatur etiam exemptus idem ordo monialium, Respondi supra, quæst. 4. Quibus addo, quod sub nomine religiosi non comprehendantur moniales, *Sabareilla Clement. 1. nu. 1. cum add. de privileg. & excess. privilegiatorum. Nec appellatione Fratrum S. Francisci (inquit Baldus) veniunt sorores S. Clarae Bald. in l. quicumque col. 5. C. de seruis fugit. Paulus de Leasaris Clement. 1. de elect. Alex. c. o. n. s. 126. vol. 1. Abb. in add. ad cap. de merialibus num. 1. verb. clericus de sentent. excommunicat. Idque maximè in materia odiosa, qualis est exemptio Albertus Brunus in trad. statutorum verbo pater n. 32. v. r. s. in statuto. glo. & Bald. l. quisquis C. ad l. Iuliam maiestatis Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 177. nu. 5. Et ita puto nobis conciliandum Abbatem, in cap. ea quæ numer. 5. de statu Monach. qui censet quod disposita in Monachis, censeantur etiam disposita in monialibus:*

nalibus: videlicet si sit materia indifferens, non verò si versemur in privilegijs, in eis enim masculinum non concipit fœmininum, nec concessum filio extenditur ad filiam. *Decius l. in omnibus causis nu. 7. cum addit ff. de Reg. iuris.*

Ex quibus infero primo, quod diocesani seu ordinarij capientes seu incarcerates regulares seu religiosos exemptos in casibus non expressis, sunt ex. o. m. n. i. c. a. t. i. *Paulus Rufus Episc. p. Sarnensis ad. de visit. lib. 2. cap. 20. nu. 20. Paulus de Lesar. cap. scelerius desent. excom. in 6. D. D. Clement frequens de Exce. lib. pralat. Hieron. à Sorbo Capucinus in add. Alphons. ubi up a Guido sing. 497. Quæ de re extat Bulla Clementis octa à lata anno 1595. Kalend. Martij, anno eius Pontificatus quinto quæ formam præscribit qualiter Prælati suos regulares punire debeant ac Episcopus ea in parte se habere. Huius tenoris.*

Suf. epi. m. t. n. e. r. i. s. ratio postulat, vt ea quæ in sacro Concilio Trid. provide constituta sunt ab iis ad quos spectat inuiolatè obseruari curentur sano concilio ipsius concilii decreto prouisum est vt quicumque regularis non subditus Episcopo iura claustræ degens, extra ea ita notoriè deliquerit vt populo scandalo sit Episcopo instante a suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum & verè puniatur, & superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse a suo item superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit verum quia experientia compertum est interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi cum enim Episcopus instat aliquem regularem eo quo subdactum est modo delinquentem a superiore puniri, sæpe fit vt superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diocesim ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se contestat, nec vterius superdelinquentis excessibus inquiret & de eius punitione Episcopum certiore non reddat, inde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diocesim existat, nec superior qui delinquentem corrigere negligit officio priuatur. Nos pro pastoralis nostræ sollicitudine præfati de recti executioni quantum cum domino possumus fauere & præmissis malis, vt par est oportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia, motu proprio & ex certa scientia nostris ac de Apostolicæ sedis potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione omnibus & singulis cuiuscumque ordinis & in habitu regularium etiam mendicantium superioribus in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis ac priuationis dignitatum & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus & mandamus vt iuxta prædictum decretum quilibet ipsorum regularem, non subditum Episcopo, intra claustrum degentem, & extra ea, ita notoriè delinquentem vt populo scandalo sit, Episcopo instante iutra tempus ab Episcopo præfigendum & verè puniat, ac de punitione



ne Episcopum certiore faciat, & alias decretum ipsum in omnibus & per omnia  
 exequatur. Ceterum si superior in regulari delinquentem non animaduertent, qui-  
 nimo si illum impunitum ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diocesim ut  
 praefertur transfuserit, volumus & simili motu atque auctoritate discernimus ut  
 superior instante Episcopo intra terminum ab Episcopo praefigendum & sub eius-  
 dem indignationis nostrae ac priuationis dignitatum & officiorum obtentorum,  
 necnon & sub inhabilitatis ad illa & alia impofterum obtinendum ac ulterius pri-  
 uationis actiue & passiuæ vocis ad quas a nemine praeterquam a nobis & a Roma-  
 no Pontifice pro tempore existenti restitui possit ipso facto similiter incurrendis  
 poenis ipsum regularem delinquentem loco ad quem transmissus fuit reuocare &  
 in quo deliquit constituere seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere praeter-  
 miserit per praesentes similiter statuimus ut ordinarius loci ad quem regularis delin-  
 quens transmissus fuerit super praemissis ab ipso ordinario loci in quo deliquit si-  
 militer requisitus vel alias de illius delicto informatus ut praefertur tamquam sedis  
 Apostolicae delegatus praedictum Concilij decretum omnino exequi & in regula-  
 rem delinquentem seuerè animaduertere possit & debeat. Decernentes sic & non  
 aliter per quoscumque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam  
 Romanae Ecclesiae Cardinales & causarum Palatii Apostolici auditores sublata eis  
 & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate,  
 vbique iudicari & diffiniri debere Irritum quoque & inane quicquid solus super his a  
 quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non ob-  
 stantibus, &c. Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo  
 quingentesimo nonagesimo quinto septimo Kal. Martij Pontificatus nostri anno quinto.  
 30 Colligo 2. Quod causa exceptionis ordinum monasteriorum fuit oppressio ordi-  
 nariorum prout notatur in cap. nimis iniqua & cap. nimis praua de excessibus praelat,  
 ubi recensentur viginti septem grauamina quae praelati monasterijs inferebant, Item  
 Clem. vnica eodem tit. ubi recensentur triginta similia. vnde Pont. exceptiones concessit  
 ut quietius liberati iugo & seruitute ordinarij viuant, & contemplationi seruitioque  
 Dei vacent. *Bo. l. cons. 337 super i. primo v. l. 4. DD. c. recollectes de statu Monach. Nicolaus  
 Boer de statu Eremit. n. 6. mandosius in sig. gratia tit. Exemp. col. 2. & 3. dixi sup. l. 1. c. 1. n. 15.*  
 31 Colligo 3. quod praemissis ex causis si noua aliqua religio nouaeque aliquis ordo  
 crearetur facile eiusmodi exceptione impetraret. *Mandosius d. tit. vers. Antiqua igitur.*  
 32 Colligo 4. quod hi nedum incarcerari ab ordinarijs, ut dictum est supra, illatione  
 prima, sed ne quidem etiam puniri ab Archiepiscopis aut Patriarchis possint. *c. fra-  
 teris, qu. 1. c. sicut nobis s. si a contrario sensu de supplend. neglig. praelat. Hostiens. in sum-  
 ma de priuileg. col. antepenult. vers. in contrarium probo exempti enim Mandosius d. tit.  
 33 vers. praefati. Ratio est quia immediate subiiciuntur sanctae sedi cap. au-  
 ctuante de priuileg. in 6. glo. pragmat. de causis s. si vero vers. subiecto.*

Colligo

Collego 5. quod cum omnes penè ordines religionum sint à iurisdictione ordi-  
 naria exempti ut diximus supra & probat, *Greg. Saurus Thesaurus Theolog. Moral.  
 lib. 4. cap. 2. numer. 12. Suspensiones censuræ ordinariorum in eos latas irritas  
 esse & inanes, Saurus d. cap. 2. numer. 11. ut dicemus late parte 2. quaest. 45. & 50.*

## QVAESTIO XVIII.

Prothonotarij Apostolici, an sint exempti?

## SVMMARIVM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Prothonotarij sunt primi notarij.                        | paritura.  |
| 2. Sunt in dignitate constituti.                            | 7. Prothonotarius dimissus impunitus.                    |
| 3. Leo Pont. eos exemit.                                    | 8. Concilium Trident. derogat exemp-<br>tionibus.        |
| 4. Fabricenses gerere debent se pro more fa-<br>bricensium. | 9. Exemptiones odiosae.                                  |
| 5. Item clerici iuxta ordinem clericalem.                   | 10. Concilium Trident. an ubiuis terrarum<br>obseruetur. |
| 6. Apparitores gerere debent signum ap-                     |  |

**D**E Prothonotariis multi multa scripserunt. *Mandosius de signatura grati-  
 dit. Prothonotarij ubi fuisse per tot. Gomesius in prom. o super regulis Cancellariae, q.  
 1. Ant. de Pratis tract. de iurisd. Episc. c. 8. n. 16. Io. de Platea l. fin. C. de decurionibus l.  
 10. & lib. 2. C. de primicerijs lib. 12. ex quibus satis fit haec pauca ad materiam de sumere.*

Prothonotarios esse primos & velut notariorum principes omnes censuerunt.  
*Gomesius Mand. Platea ubi etiam Alciatus locis in citatis. Et eos in dignitate esse  
 et statuit Antonius de Pratis. d. cap. 8 numer. 20. per Barth. l. 1. C. de mand. princip.  
 in l. eadem §. hac lege ff. ad l. Iul. repet. lib. 1. & 2. C. de Primicerijs lib. 12.*

Quos etiam à iurisdictione ordinaria Leonem Pontificem exemisse fuisse praeter  
 ceteros referit idem Antonius de Pratis *d. tract. de Iurisdic. Episcopi cap. 4. & cap. 8.  
 n. 17. Mandosius ubi supra. Ita tamen si Rochetum habitumque Prothonotariorum a-  
 ctu deferant. Anton. d. cap. 4. & 8. Item Mandosius, quod à iure alienum esse non  
 videtur.*

Qui enim Fabricensium priuilegio & iure gaudere vult Fabricensium morem ri-  
 tuumque obseruet necesse est. *l. stigmata l. si quis consortium ubi glo. C. de Fabricensibus  
 lib. 11. Ioannes Faber in Repertorio super materia quaestionum siue tortura col. pen. &  
 ult. in pr.*

Prout quoque clericali priuilegio non gaudet qui clericali habitu non vestitur, s.  
*c. vnico de vita & honestate cleric. c. per pseudimus desentent. excommunic. c. ex parte de  
 priuileg. Marfilis sing. 383 faber loco iam citato concil. Trident. sess. 23. c. 6. de Reform.*

Ac



- 7 gellat d. l. *stigmata. vide Amanellum de claris aquis sing. 137. Ut concludam Antonius de Pratis d. tract. de iurisdic. Episcopi cap. 8. numer. 8. per tot. refert se dimisisse Prothonotarium quendam impunitum qui exemptionis huius prætextu eius iurisdictionem declinabat. Certè vigente Concilio Tridentino sessione 24. cap. 11. de Reform. (quod postmodum Thomas Serula in praxi Episcopali explicauit) Prothonotarij non participantes diocesani subijciuntur, non modo ratione beneficiorum quæ in diocesi obtinent, sed etiam intuitu suarum personarum idque tanquam sedis Apostolicæ delegatis. *Thomas Serula in praxi Episcopali par. 1. §. 1. verb. Exemptio Mandossius loco allegato col. 4. Censuit enim hoc loci Concilium Trident. exemptiones excitare perturbationes in iurisdictione Episcoporum, ac præbere exemptis occasione in laxioris vitæ, d. cap. 11 ac proinde esse restringendas, quod nos alibi etiam satis attigimus. Supra quæst. 4. per tot.**
- 10 An autem huic dispositioni obijci possit exceptio legis seu Concilij non recepti pendet ex qua questione quam infra discussimus. eod. lib. quæst. 50. & signanter nu. 6. & seqq. & lib. 4. quæstio 66.

## Q V A E S T I O XIX.

An oblato Religionibus sint exempti ?

S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Oblati, conuersi Monachi, differunt.   | 7 8. Item nu. j.   |
| 2 3. Plene oblato sunt exempti.   | 9. 10. Nouitio in oriente an proximiores succedant ex cluso monasterio ? |
| 4. Cingendus habetur pro cincto.  | 11. Nouitij dicuntur destinati ad religionem.                            |
| 5. Peregrinantes Romam causa indulgentiarum cas consequentium si in itinere decedant. | 12. Nomine religiosi comprehenditur nouitius.                            |
| 6. Conuersi sunt exempti.   |  |

**N**otanda est differentia inter oblatos, conuersos & Monachos. Illi enim sunt qui dedicant se & sua monasterio habitu non mutato: hi qui similiter se & sua, sed mutando habitum manent nihilominus seculares, quia ad ordines non promouentur. Postremi verò qui se & sua dicant mutantque habitum ac ad ordines promouentur. *Abbas cap. non est num. 2 de Regularibus cap. cum dilectus de success. ab intest. Aur. a Armilia verb. Monachus nu. 1. Castrens. l. si quis num. 3. sub finem C. ubi de Curia l. vel cohort. L. apus allegat. 129. Francus cap. per exemptionem, n. 2. cum addit. de priuileg. in 6.*

Itaque

Itaque dico plene oblatos religioni exemptæ, priuilegio exemptionis gaudere. *Franc. d. cap. per exemptionem num. 2. Abb. cap. ut priuilegia nu. 3. de priuileg. cap. cum & num. 4. cum addit. cap. tuarum num. 4. exp. esse Innocent. c. Recepiimus nu. 3. de priuilegijs. Dixi plene oblatos, nam oblato religionibus non gaudent priuilegijs religionum antequam se suaque omnia qualia quanta religioni transfulerint atque deuouerint. *Abb. cap. tuarum num. 4. cap. cum & plantare num. 4. cum addit. cap. ut priuilegia num. 3. cum addit. de priuilegijs. Sed tamdiu locorum ordinariis imò statutis laicorum subiecti sunt, cap. quidam ubi Abb. g. off. & DD. de priuileg. & iuribus iam citatis. Imo ut plerique censent non etiam gaudent immunitate personali capituli si quis suadente 17. quæst. 4. Abb. d. cap. ut priuilegia num. 3. cum addit. Albertus Trotius tract. de perfecto clerico cap. 8. lib. 1. Ratio est, quia in simili non dicitur quis esse de numero militum, aut etiam scholarium priuilegium sit inter eos numeratus. *l. ex eo tempore ff. de militar. testam. l. miles ff. ex quibus causis maiores Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 141. Quod tamen temperandum puto in casu quo per oblatum non steterit quominus se suaque religioni deuoeat d. cap. quidam §. verum quamdiu huiusmodi fratres moram in domibus suis fecerint. Idque argumentando a sensu contrario legis vel canonis quod argumenti genus est in iure validum. præses in locis legatibus loco a contrario sensu.***

Confirmo quia tum cingendus habetur pro cincto *l. penult. ff. de test. militar. & quæ proxime instant inesse videntur l. lecta vers. dicebam ff. Si certum petat. pariaq; sunt aliquid factum vel proximè fieri destinatum l. vestimentum ff. de auro & argento late Felin. cap. cum adco col. 3. de Reser. latissime Tiraquell. de ll. connubialib.*

Hac ratione Pontifex peregrinis Romam causa indulgentiarum euntibus, si præmorianantur, plenarias concessit ac si iter compleuissent. *Albericus in dicto uerbo l. ubi & in l. qui mittitur ff. ex quibus causis maiores. Hinc pro liberto, absoluto, cancellato, bannito, condemnato, facto, perduto completo habetur quod tale decernendum est Tiraq. de ll. connub. l. 16 glo. 2. verb. En pouoir de son mari num. 2. & seqq.*

De conuersis minus dubii, sunt enim conuersi religionum exemptarum exempti, gaudentque in omnibus priuilegijs ordinis, *Apostilla ad Hostiens. in summa de conuers. coniugatorum num. 9. in verb. manifeste.*

Dubium hoc loco se offert, quid dicendum de nouitijs religionum exemptarum? Idque quia communiter asseritur quod non habitus sed sola professio faciat Monachum *cap. porrextum cap. ex parte de Regularibus cap. consul. it. Qui clerici vel uouentes. Dicendum tamen eos esse exemptos. Ratio est, Quia nouitij quamdiu non apparent signa & coniecturæ quod deserto proposito ad seculum redire uelint dicuntur personæ annexæ & efficaciter obligatæ religioni. *Philipp. Francus in sua disputatione petitorij. dubio 3. num. 13. per cap. super eo cap. statumimus de Regular. cap.**

non



non solum cod. in 6. cap. beneficium cod. in 6. Atqui certum est mutationem voluntatis non præsumi *Aciat. de præsumpt. Reg. 2. per tot. signanter præsumpt. 16.* Maximè stante pro hac parte valida præsumptione quod religionem ingredientes eo animo præsumantur ut in ea perseverent *Philipp. Franc. ubi supra numer. 14. & seqq.* Sunt enim animi destinatione verè religiosi *vide Selua. tract. de beneficio part. 3. quest. 5. numer. 11. & per tot. quibus argumentis aliisque variis idem Franc. us & Selua* censent nouitio decedente non proximiores sed ipsum monasterium ab intestato non secus quam si professus esset hæreditario iure debere succedere: quod tamen exaudiendum est iuxta distinctionem Ang. & Fumi *verbo nouitius Felin. in repert. verb. nouitius.* Confirmatur quia sicut nouitii non professi, gaudent priuilegio clericorum atque religiosorum, *cap. religioso §. quamuis de sent. excommunicat. in 6. Albertus Trotius tract. de perfecto clerico lib. 1. cap. 9. num. 2. Nauarrus in Manuali cap. 12. numer. 65 post med. fol. 216.* Ita ab identitate rationis priuilegio exemptionis per nota a præsidis, loco ab identit. rationis. Siquidem finis atque omnis ratio concessarum exemptionum est par. im favor sanctæ sedis cuius interest habere multos, immediatè subditos *Clement. pastoralis de Re iudic. Rebuffus Respons. 142* partim ut exempti liberi à iugo ordinariorum quietius diuino officio & contemplationi vacent, *cap. luminoso cap. quam sit 18. quest. 2. Rebuff. d. Respons. 142.* quæ rationes etiam militant in Nouitiis.

10 Confirmatur secundo. Quia nouitii dicuntur destinati ad religionem, qui proinde gaudere debent priuilegiis religionis non secus quam dicitur de destinato ad clerum, qui licet clericus non sit, tamen priuilegio clericali potitur, adeò ut ei beneficia conferri possint. *Fel. cap. Cum adeo numer. 2. de Rescript. Selua de beneficio part. 3. quest. 5. fol. 57. vol. tract. 15. Staph. leus de literis gratiæ §. noua forma num. 35. & 36. vol. tract. 14. fol. 16.*

11 Licet videatur contradicere Menochius: dicen quod ante professionem quis animo dicatur ingressus religionem: qua non facta bona (inquit) monasterio non acquiruntur. *Menochius de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 83. numero 73. & 74. fol. 808.*

12 Confirmatur tertio, quia nomine religiosi comprehenditur etiam Nouitius, *cap. Nullus de elect. in sexto rex. & gloss. Clement. 1. ubi Cardin. num. 2. & 5. eodem tit.*

De qua materia longè lateque Bertachinus qui, si sit opus, videri poterit

*tractat. De gabellis seu vectigalibus parte septima, quest. 32.*

*numero 55. & seqq.*

\* \*

\*

Q V A

Q V A E S T I O XX.

Apostata religionis exemptionis an retineat priuilegium?

S V M M A R I V M.

1. Apostasia, crimen enorme.
2. Priuilegium perditur delicto.
3. Estque id conforme Concil. Trid.
4. Quid de expulsis ab ordinibus.
5. Quis super Apostasia dispense.

**A**postasiam esse crimen admodum enorme, nemo vnquam sanæ mentis dubitauit. *Tot. sit. decret. de Apostatis Ang. Fumus, Siluester & Casuista verb. Apostasia* vnde fit, ut putemus Apostatam priuilegio exemptionis non gaudere *Papon. lib. 1. tit. 6. ar. 6. Guil de Arrestis Imperij c. 11. n. 10. Lucius placit. Curie li. 2. tit. 2. ar. 21. fol. 28.* Siquidem certi iuris est, quod ratione criminis priuilegiū amittatur *c. Priuilegium 11. q. 3. ubi glo. auct. qua in provincia C. ubi de criminib. agi oporteat late Abb. c. fin. n. 11. cum add. de foro compet. & Iaso l. fin. vers. secundo principaliter ff. de constu. Principum.*

Hinc miles licet habeat priuilegio specialem iudicem, tamen ratione criminis atrocis illud amittit *Auct. ut iudices sine quoquo suffrag §. nolimus l. 1. C. ubi Senatores vel clariss.* Item hæretici amittunt priuilegium clericale, *Cast. Lommes §. Præteream nu. 2. C. de Episc. & cler.* Quod ipsum est conforme Concilio Trid his verbis. *3* Quod si ante habitum sponte dimiserit nullatenus ad allegandum quameumq; causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur & tamquam apostata puniatur, interim, vero nullo priuilegio suæ religionis iuetur. *Sessione 25. c. 19. de Reformat. arg. l. 3. C. d. apostat. Nauarr. de Regul. Comment. 4. n. 73 & 77.* Licet non negemus eum priuilegium cap. Si quis suadente *17. qu. 4. retinere. Nauar. de Orat. Miscell. 37. num. 58. tom. 2.*

Similiter censendum in expulsis ab ordinibus, habent enim plerique ut incorrigibiles ablegare seu eicere possint. *Alphonso Casarubio tract. d. priuileg. Fratrum Minorum verbo eicere ab ordine & doctissime sanctus Bonauentura in questionib. super regulis Fratrum Minorum quest. 14. late Nauarr. Conf. 76. 78. & seqq. de Regular.* Cuiusmodi eiectioni exemptionibus etiam gaudere non possunt *argumentu ab A. o. 5. stat. ad eictos.* Statim enim ac solemniter eiectioni sunt, velut postliminio reuertuntur in potestate sui Episcopi, *v. Nauar. conf. 79. de Regularib. Alphonso ubi sup.* quod an indistinctè verū sit vide apud *Nauar. de Regul. Comment. 2. n. 34. vers. Questio tamen* qui late inquirat an subiciantur Episcopo originis, domicilij, beneficij, num. vero ei in cuius diocesi monasterium situm est. Item quid iuris in principe,



an subditi ratione illius Apostasie vel excommunicationis liberentur ab illius imperio, vide textum & DD. c. Iulianus 11. q. 3. Anton. de Rosell. de potest. Papa. Rubr. nunc tertiam num. 37.

- 6 In dispensatione super apostasia, video Borgasium ita distinxisse. Aut Prælatus Apostasie habet iurisdictionem quasi Episcopalem, tum is dispensabit. Aut non habet tum Papæ erit dispensare. Ita Paulus Borgasius Feltrensis Episcopus tract. de irregularitate & dispensatione parte 6. tit. de Apostatis fol. 262. Friburgus tract. de Apostatis quasi 3 quæ de re paulo uberius vide me lib. 4. cap. 20.

### Q V A E S T I O XXI.

Ordinati à Papa an sint exempti?

#### S V M M A R I V M.

1. Ordinati à Pontifice habent nonnulla etiam iudicare. Privilegia.
  2. Qui non potest ordinare, non potest empti.
  3. Ordinati à Pontifice non ideo sunt exempti.
- 1 **O**rdinati à Pontifice id privilegij habent vt conuinci non nisi testibus pluribus possint. Item quod cogi ab Episcopo ad alios ordines nequeant similiter quod maior ac specialis sit eis honor deferendus ca. præsul 2. qu. 4. & cap. nullam cap. per tuas de maiorit. & obed. vbi Abb. & in ca. Cum in distribuendis de temporib. ordinandorum. Quod occasionem nonnullis præbuit inquirendi vtrum eisdem privilegiis sint exempti. Siquidem quia Episcopi eos ordinare non possunt dubitabatur similiter an eos iudicare possent ex quo regulariter qui non potest ordinare neque etiam iudicare potest cap. nullus primas 6. quæst. 2. Nihilominus tamen placuit eiusmodi non esse exemptos sed iurisdictioni ordinariæ subiectos d. ca. per tuas & d. c. cum in distribuendis vbi Abb. & DD. Quod autem adfertur regulariter in argumentum, id specialiter hic fallit propter excellentiam superioris, qui manū imposuit vel qui non potest ordinare non potest iudicare illo respectu quo non potest ordinare, sic nec Episcopus potest ordinare & iudicare respectu ordinis Abb. & DD. vbi supra.

### Q V A E S T I O XXII.

Beneficiari per Prælatos exemptos an sint exempti?

#### S V M M A R I V M.

1. Privilegia sunt facti.
2. Considerandus privilegiorum tenor.

**Q**ua ratio hæc pendet ab inspectione privilegiorum ac eorum diiudicatione DD. c. ea que de statu Monachor. Petrus Buxiensis in reportis verb. Exemptis.

prio. vers. an pralati. Quare cum privilegia sint facti Decius cap. porro numer. 3. vbi Abb. & glo. de priuil. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. nu. 15. c. cum in iure de officio delegati.

Sequendus erit eorum tenor ad amissim d. c. porro & c. sane de privileg.

### Q V A E S T I O XXIII.

Exemptis Canonicis an Capitulum sit exemptum? & contra Exempto capitulo, an singuli Canonici?

#### S V M M A R I V M.

1. Aliud est capitulum, aliud singuli Canonici aliud Collegium, aliud singuli de Collegio.
2. Debitum Capituli non potest exigi à singulis capituli etiam pro rata suspenso capitulo, non censentur singuli suspensi.
3. Generalis dispositio de personis non est extendenda ad Capitulum.
4. Exemptis singulis canonicis, capitulum non est exemptum.
5. Capitulum est persona incorporalis.
6. Privilegia derogantia personis non extenduntur ad collegia.
7. Procurator constitutus contra omnem personam non poterit agere contra capitulum.
8. Fallit favore eorum.
9. Appellare oportet ab actu gesto ab Episcopo vti Canonico & Capitulo ad ipsum Episcopum & non ad Archiepiscopum.

**P**remitto aliud esse singulos Canonicos aliud Capitulum Abb. c. cum non liceat nu. 2. vers. Quia aliud de præscript. aliud collegium, aliud singulos de collegio late Felin. cap. eam te de Rescript. Nauarr. conf. 8. Tit. de Rebus Eccles. non alien. conf. 10. nu. 6. Tit. de sentent. excom. & conf. 9. ibidem. Item conf. 23. nu. 5. tit. de poenitent. Vnde debitum à capitulo non potest exigi à singulis capituli etiam pro rata: quia singuli nihil debent; nec è contra, debitum singulorum exigi potest ab ipso Collegio siue capitulo, & suspenso excommunicato interdicto capitulo non censentur singuli suspensi, excommunicati, interdicti, & è contra. Nauarr. locis iam citatis. Generaliter enim dispositio loquens in personis, non est extendenda ad capitulum, aut è contra Gom. sius Regula de Annuali possessione qu. 12. Rom. conf. 436. vbi late Sairus in Theol. Theolog. moral. part. 1. lib. 5. cap. 5. num. 30. & late Nauarr. de Iubileo not. 28. n. 13. vbi variè id exemplificat. Ex quibus concludo, quod exemptis singulis canonicis non sit capitulum exemptum, nec contra. exempto capitulo singuli canonici. Ita in Canonicis Florentinis & Canonicis S. Petri vrbis Romæ censet Ant. de pratis de Consilio, tract. de iurisdic. Episcopi c. 2. & 4. per tot. Decius Conf. 152. Ratio est quia capitulum est persona representata incorporalis seu intellectualis & ficta L. murtio ff. de fideiussorib. cap. Romana S. in vniuersitate de sentent. excom. muni-



est. ubi DD de sentent. e. communio. in 6. Castrens. l. siur & seu quod nu 5. ff. quod cum usque vniuersitatis. Singuli verò sunt personæ veræ & reales non autem fictæ. DD. ubi supra. Dispositio autem in causa vera non est trahenda ad casum fictum l. 3. s. b. c. verba ff. de negot. gest. cap. graue de prebendis. Quibus conuenit quod adfert milis hi. verbis priuilegiatorum tres sunt species, &c. Quædam corporalia sunt singulariter & communiter quæ dantur alicui vniuersitate siue corpore potest illo vti & se tueri, &c. Quædam sunt corporalia communiter tamen & non singulariter sicut priuilegium domini ne à liberto sine venia conueniatur, illo enim vtitur vniuersitas contra libertum &c. Sed si vnus de vniuersitate conueniatur à liberto, non poterit vti dicto priuilegio. Ita Milis in repert. verb. priuilegiatorum tres sunt species Hostiens. in summa de priuilegijs quot sunt species. Io. Andr. Regula priuilegium in Mercurialibus. Hinc priuilegijs collegiorum aut vniuersitatum suspensio non censentur suspendi priuilegia singulorum, Navar. d. notat. 28. num. 13.

6 Infero primo quod priuilegia derogantia quibuscumque personis non derogant priuilegijs collegiorum seu capitulorum Rom. cons. 436. vbi late.

7 Infero 2. quod procurator constitutus ad agendum contra omnem personam non poterit agere contra collegium, vniuersitatem capitulum seu personas fictas Bald in rubr. C. ad trebell. Auth. Item quicumque de Episcopis Fel d. cap. eam te. Hoc tamen verum in procuratore actoris secus si procurator rei constitueretur ad defendendum contra omnes personas, quia propter fauorem rei extenderetur etiam contra eiusmodi collegia seu personas fictas. Gomesius in regula de Idiomate quest. 2. numer. 5. Alex. in Apost. ad Barthol. d. l. mortuo ff. de fideiussor. Bellamera decis. 158. fol 92.

Infero tertio quod si volo appellare ab actu gesto per Episcopum vt canonicum & capitulum, debeo appellare ad Episcopum & non Archiepiscopum l. 1. s. solent in fine ff. quando appell. fit vbi Ang. Presis in locis legalibus loco. A tanquam vers. sexto facit. Secus tamen si vti prælatus interfuisset capitulo. Abb. cap. postulatistis nu. 11. de concess. prebendis.

## Q V A E S T I O XXIV.

Quid de Canonicis vulgo ad effectum seu honorarijs?

### S V M M A R I V M.

1. 2. Canonici ad effectum qui, & quis eos creet.
3. Non sunt Exempti.
4. Priuilegia non sunt extendenda ad casus.

Canonici

C Anonici ad effectum nominantur qui in Ecclesia v.g. exempta obtinent canonicatum ad effectum obtinendi in ea dignitatem quem latinius appellabimus honorarium, quod tum fit quando statutus Ecclesiarum discretus est, ne quisquã obtineat dignitates, nisi ibidem sit canonicus Rebuffus ab episcopo in vniuersitaria sic part. 3. in concordatis tit. de Reseruat. vers. septimo quamuis. Cuiusmodi canonicos creare potest in francia legatus, idque regni gratia, vt testatur Rebuffus de pecunia Romanæ transferantur, non tamen frangunt iustum numerum canonicorum, sunt enim eiusmodi super numerarii & vulgo in herbis Rebuffus ubi supra Anton. Milis in repert. verb. canonicus verb. canonici ultra numerarij. His præmissis sit conclusio huiusmodi canonicos non esse exemptos, etiam si ceteri essent Bellamera conf. 20 primo videre col. 2. vers. de canonicis Rebuff. ubi supra.

Sunt enim istiusmodi canonici imaginarii, dispositiones autem & priuilegia non sunt extendenda à casibus veris, ad casus fictos. cap. graue de prebendis l. 3. s. hec verba ff. de negot. gest. Rebuffus loco citato. Scitumque est quod supernumerarius non gaudeat priuilegio collegii Corsetus singul. verb. Supernumerarius vbi fufius id probat. Quod tamen indefinitè non est admittendum; patitur enim hæc conclusio varias distinctiones quemadmodum colligi potest ex Petro de Biaxio in directorio electionum part. 1. quest. 17. per tot. vol. tract. 14. fol. 64. ad quem recurri poterit.

## Q V A E S T I O XXV.

Exemptus habens ius à priuato cessum, an vtatur priuilegio exemptionis, vel iure priuati sui cedentis?

### S V M M A R I V M.

1. Actio sit propria cessionarij.
2. Procurator in rem exceptiones vbi citat ex propria capite.
3. Dispositione Conc. Trid. cessionarius priuati non est exemptus.
4. Fictus succedens vtitur iure priuati.
5. Idem in pupillo succedente maiori.
6. Quid si exemptus cedat ius priuato, an priuatus gaudebit exemptione cedentis.
7. Mutatione persone mutatur priuilegium.

Q uod exemptus habens ius sibi à priuato seu subdito cessum priuilegio proprii sui fore gaudeat videtur de iure variis auctoritatibus esse ferendum. Imprimis quidem, quia ius cessum non est amplius cedendis sed proprio cessionarij ex cuius capite & iure ideo mentendum est l. qui stipendia ff. de procurat.

Secundo, cessionarius velut procurator in rem suam potest beneficia priuilegia aut exemptiones ex sua persona competentes allegare. l. procurator ad exhibendu s. 1.

vbi



ubi glo. *Apost. marg. Bartholus ff. rem ratam haberi l. idemque §. generaliter ff. mandati fufe Barth. in disput. 2. dixi infra lib. 2. cap. 37. n. 7.* Paucis huius sententiæ est Iacobus de Arena. *tract. de cessione iuris Rubr. Quis cedere possit num. 45. & 49.* Cuius rationes compendii gratiã nolo hic adducere, quandoquidem dispositione Concilii Tridentini contrarium planè definitum reperimus. *Seff. 14. cap. 5. de reform. in verb. aut quo minus si qua iura ei excessione competierint super illis libere valeat apud iudicem ordinarium conveniri.* quod sane non videtur à iure profus alienum. Siquidem videmus tificum succedentem in ius priuati non uti suo priuilegio, sed iure priuati *l. cum quidam §. si fidei ff. de usuris.*

Idem in pupillo succedente in locum maioris ex quo conditio obligationis ex persona successoris immutari non debeat *l. si incerta C. de non numerata pec. l. si praeteritu C. de hereditat. act. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. l. prætorem ff. de præt. stipul. l. que à parte C. de st. milit. ne plus veniat in actione substituta quam fuerit in ea in quam alia fuit substituta & ne successor sit melioris conditionis quam auctor. Item ne exemptio extendatur retorqueturque in grauamen alterius *l. si stipulatu ff. de usuris l. cum qui §. qui iniuriarum ff. si quis cautionib. l. si donata §. si sponsus ff. de donat. inter virū & uxorem l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco publico vide Papon. aux arrestz lib. 12. tit. 2. de vice de litige arrest 3.* Denique ita fuisse hac in materia iudicatum refert Rebuffus *ad ord. regias tom. 2. Tit. de cessionib. art. 2. glo. 3. n. 18. fol. 467.**

Quid autem è contra si exemptus cedat ius suum priuato, an priuatus exemptione cedentis gaudebit? Neutrquam sunt enim exemptiones restringendæ, nec de persona in personam transferendæ. *l. in omnibus l. priuilegio ff. de Reg. iuris l. forma §. quamquam ff. de censib. ca. priuilegium de Reg. iuris in 6. l. 1. §. personas l. semper §. immunitas ff. de iure immunitatis l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot & astina.*

Deinde mutatione personæ mutari dicitur priuilegium *Barth. l. Paulus n. 3. ff. de acq. hered. late Albertus Brunus tract. de mutatione & transform. memb. 3. conclus. 10. n. 93.* Quæ tamen temperanda sunt in exemptione personali, si enim exemptio solo et realis tum in quem transfertur res exempta concomitanter etiam transiret exemptio *l. haeres C. ad Velleianum & DD. sam. citati Iacob. de Arena loco citato num. 51. & seqq. De vtraque hac quæstione fufe etiam & doctè Imbertus Instit. f. renj. lib. 1. cap. 27. gloss. verb. causa.*

QVÆSTIO XXVI.

Continentia seu communitio causæ priuati cum exempto an generet exemptionem, seu an continentia causæ fundetur iurisdicatio?

SVMMARIVM.

1. Ratione adiuncti fruimur priuilegio alterius.

2. Cleric

2. Clericus & laicus conueniendi coram Ecclesiastico.
3. A sententia appellandum ad ecclesiasticum.
4. Ratione adiuncti gaudemus præscriptione Ecclesia.
5. Socius ratione socij consequitur vacationem.
6. Priuilegium transfertur ad personas accessorias.
7. Exemptio oritur ex continentia causa.
8. Maius dignum trahit ad se minus.
9. Actio communis cum scholare agitari debet coram iudice scholaris.
10. Vniuersales actiones agitari debent eo-

- ram iudice priuilegiati.
11. Idque nisi materia sit diuisibilis.
12. In diuiduis socius non gaudet priuilegio socij.
13. Statuto, consuetudine, aut aliter abrogari possunt iura de continentia causarum.
14. Vniuersitas in qua quidem sunt exempti, ubi debeat conueniri.
15. Finita coram ordinaria causa preparante v. g. possessorio ad exhibendum, aut alia simili, an causa preparata v. g. petitoria, rei vindicatio, aut connexa coram eodem intentari debeat.

Regulariter ratione adiuncti fruitur quis priuilegio quo alioquin ex suo solius capite non gauderet *l. si communem ff. Quemadmodum seruitus amittatur Capicinus decis. 122. Menoch. de recup. possess. Remed. 16. nu. 131. Gaill. lib. 1. obser. 32. & lib. 1. de pace public. cap. 6. nu. 17. late hippolit. sing. 180. Afflic. dec. 112. Conarruias pract. quæst. cap. 34. Sampsonius ad consuet. Turon. tit. 32. art. ult. glo. 4. vers. Est insuper. Menoch. de Recup. poss. Rem. 1. nu. 376.*

Hinc clericus & laicus rei debendi nõ modo ciuilitè sed etiam criminaliter conueniendi sunt coram iudice Ecclesiastico, *Barth. l. præcipimus §. eadè obseruanda C. de appellat. l. iuris peritis §. cum oriundos ff. de excusat. tut. late aufserius de potestate Ecclesiastica super laicis nu. 49. Rebuffus de priuileg. scholar. priuilegio 106. nu. 3. & 4.*

A sententiã uel laudo iudicis clerici & laici appellatur aut reductio petitur ad superiorem Ecclesiasticum, *Imbertus instit. Forens. lib. 2. c. 6. glo. fin. in fine Neuisanus in Silua nupt. lib. 6. nu. 38. allegat. Abbatem cap. super quæstionibus §. si uero de offic. legati laïcon l. imperium ff. de iurisd. om. iudic. Aufser. de potest. Eccles. super laicis n. 47. Bald. & Barth. l. præcipimus c. de appellat.*

Priuatus rem communem cum Ecclesia possidens gaudet præscriptione Ecclesiastica. *Hippolit. Rubr. de fidei iussorib. q. 12. nu. 130. Rochus. de consuetud. nu. 290.*

Socius consequitur vacationem à muneribus ex persona socij exempti. *5 glossa l. ultima verb. Fratribus C. de honoribus non continuand. lib. 10. quam extollit Alex. cons. 122. col. 4. lib. 4. licet refutetur à Felino, cap. 1. de præscrip. laïcon l. 1. C. de transact. consanguineus retrahens acquirit. omnium bonorum socij. Tiraq. de retract. consanguin. §. 26. glo. 1. n. 31. Matel. sing. 180. l. si is qui duos ff. de liberatione legata.*

K

Auctor



Auctor Clericus tenetur defendere laicum coram iudice laico, *Marant. de ord. iud. parte 5. nu. 6.* Delegatus potest citare auctorem laudatum licet in rescripto non comprehensum *Marant. d. n. 6.* Quorum omnium quæ sursim à Rebuffo, *d. Priuilegio 106 per tot.* per exempla deducuntur, hæc potissima est ratio, cum priuilegiatus commode uti non potest suo priuilegio, quod tunc illud per eius personam transferatur ad personas coherentes, etiam si ex nominatim in priuilegio non fuerint comprehensæ, *late Felin. cap. quam sit nu. 1. de Iudicis & in report. verb. priuilegiatus quando non potest uti priuilegio fol. 101. col. 1. si se Gaill. d. cap. 6.*

- 7 Ex quibus concludo priuatum ratione continentie aut communionis causæ quam habet cum exempto, exemptione potiturum. *Imbert. d. cap. 6. in glo. fin. DD. iam citati.* Ratio est, quia maius dignum trahit ad se minus dignum *ca. quod in dubiis de consecr. Ecclesia dixi eod. l. c. 45. n. 4. Gaill. d. 96. §. 2. per tot. & d. c. 6. n. 17. usque ad fi. em.* sunt autem exempti ceteris digniores atque gradus prærogatiuæ præferendi, *c. per tuas ubi glo. de maiorit. & obed. c. ut Apostolica de Priuilegiis in 6. Brixiensis in report. verb. Exemptio versic. an prelatas Boer. in tract. de ordine graduum utriusque sibi dictum que est supra c. 1. n. 2.* Deinde si singuli suos fortirentur iudices ferri possent super eodem facto repugnantes sententiæ quod foret per absurdum *l. nulli C. de iudic. c. 1. de causa possess. & propr. Ferrarius Cautela 10. Menoch. de Artur. iudic. casum 371. Boer. ad cons. Bituricens. §. 9. tit. de iurisd.* Ideo non obstantibus Austregis decreti dicitur in Camera Imp. anno 1587 processus Comiti de Marka contra Episcopum Leod. uti refert Mindanus *de process. imperij lib. 1. cap. 18. nu. 5.*

- 9 Præterea si tertius communem habeat cum scholare actionem ratione continentie ea agitari debet coram priuilegiato iudice scholarium *Rebuff. d. priu. l. 106.* ergo idem statuendum est in exemptis ratione proportionis & analogie fori, quæ inter eos esse frequenter asseruimus *vide infra d. c. 45. nu. 5.*

- 10 Postremò, si agendum sit vniuersali iudicio familia Herciscundæ, tutelæ, &c. per plures inter quos clericus aliquis aut exemptus reperiatur fieri id debet coram iudice magis priuilegiato quemadmodum tum ab analogia antetacta tum per rationes & exempla copiose allata per Rebuffum satis arbitror esse comprobatum *d. priu. l. 106. & DD. supra citati.* Vnde licet procurator Cæsaris seu Camera non sit iudex inter priuatos, *l. 2. C. si aduers. fiscum* secus, tamè si priuatus habeat causam dependentem à fisco *Bart. l. cum rerum C. de sent. & interl. Castrens. l. fin. C. si aduers. fiscum Mandos. in praxi comm. iuss. commiss. 2. beneficiaria verbo dependentibus.*

- 11 Quæ omnia tamen intelligenda sunt si res & materia sit indiuisibilis nã si res & causa diuisionem separationem uè reciperet cõtrarium esset concludendum *Castrens. l. si duo in pr. n. 2. ff. si quis caution. d. Et Fel. c. 1. n. 6. vers. primo quod de præscript. Mandos. de Inhibitionib. q. 69. per tot. Castrens. l. unican. 3. C. si communi eademq. causa restitutio fuerit p. s. l. a. singuliq. hæredes coram suis iudicibus pro port. onib. hæreditarijs cõueniendi,*

ueniendi, *l. si denique ff. de iure fisci Caualean. decis. 8. n. 10. & seq. par. 1. Marant. de ord. iud. pa. 4. dist. 11. n. 23. 24. Capic. decis. 173.* Ratio est quia in diuiduis focius non gaudet priuilegio sui consortis, *Gaill. de pace publ. l. 1. c. 6. & de pignorationib. cap. Menoch. d. casu 371. & DD. Hactenus citari.* Hinc censuit Mandosius *d. q. 69.* quod si agatur contra plures possessores ad restitutionem portionis hæreditariæ iudicè Ecclesiasticum aut priuilegiarium alteri inhibere non posse ex quo obligatio rem restitui sit diuidua. Ita intelligendus D. VVamesius *conf. 40. nu. fin. tom. 1. dicens priuilegium vnius cõsortis alteri nõ prodesse per l. vn. C. si in cõmuni eadeg. cau. l. ex plurib. de adm. tutorũ.*

Temperandum secundo nisi consuetudine, priuilegio prescriptione aut statuto dispositum sit quod singuli iudicentur à proprijs & cõpetentibus suis iudicibus exempti à suis clerici ab Ecclesiasticis & laici à laicis iudicibus, ita enim contra ius introduci posse præter ceteros testis est capicius, *decis. 173. Iulius Clarus in pract. criminali §. fin. quest. 36. versic. euenit. Gaill. d. lib. 1. cap. 6. num. 18. in fine.*

Quid iuris si agendum sit contra vniuersitatem in qua quidam sunt exempti remissive quæri poterit ex Barth. *in Apostilla ad l. sicut verb. conuenire in fine ff. quod quisq. iuris Marant. de ord. iud. parte 4. dist. 11. n. 23. Aufser. tract. de potest. Eccles. n. 12.*

Non absre hic inquiritur. Quid si finita sit coram ordinario causa connexa, v.g. possessoria an quæ sitio proprietatis ratione continentie debeat coram eodem agitari? videretur prima inspectione affirmandum tum quia ordinarius ceteris melius est informatus in causa: tum quod translaticum sit ratione identitatis eiusdem subiecti atq. continentie ad eundem esse iudicem ad eundem, *ff. quibus rebus ad eundem iudicem eatur ca. 1. de causa possess. & propr. l. nulli C. de iudicis.* Nihilominus tamen verius est eo in casu exemptum coram ordinario conueniri non posse. Ratione cum auctoritate adfero ex Abbate, *c. fin. n. 15. de iudic. ubi Fel. & DD. qui dicit cum actor & Reus sunt penitus diuersi fori ut est hoc in casu tum non tenetur actor in prima instantia respondere coram eodem iudice in alia causa: quia non debet violari regula communis quod actor sequatur forum rei propter regulam accidentalem & non multum necessariam, ne causæ contentia diuidatur, cum alius iudex (inquit) scilicet proprius ipsius rei facile possit instrui causa enim naturalis vincit accidentalem, *l. qui habebas ff. de Tutelis l. quaritur ubi assari DD. ff. de statu hom.**

Ac vt decisimus loquuntur alij præsertim Antonius de tremolis, *in Apost. ad auream practicam vberti de Bonarcuso tit. de impedimentis & exceptionib. contra rescript. §. Item si per rescriptum causa contentia in glo. verb. contentia ver. tertio intellige.* Regula ne contentia causæ diuidatur restringitur si actor & Reus essent diuersi fori & iurisdicatio esset improrogabilis respectu alterius partis, verbigratia Clericus, aut exemptus quem infra diximus prorogare non posse *lib. secundo question. septima,* egit contra laicum aut subditum ordinario, possessorio & obtinuit coram iudice laico aut ordinario, si laicus



aut subditus velut postea contra exemptum agere petitorio, diuidenda erit causa continentia. ita quod clericus aut exemptus coram non suo iudicio conuentus, declinare poterit & remissionem postulare ad suum forum. In quam sententiam præcipua etiam iureconsultorum schola descendit. *Menoeb. de arbitr. iudic. casu 371. nu. 21. Iafon l. nulli nu. 6. vers. Secundo limbo C. de iudic. vbi DD. Fel. d. cap. vlt. n. 8. de iudic. Crayetta consil. 258 num. 7. Concludam adiecta auctoritate Felini, d. cap. fin. n. 8. vers. tertio sic sciibentis: Diuidi possunt istæ causæ, vi actor & Reus sunt diuersi fori textus hic reputatus singularis per legistas l. nulli C. de iudic. intellige hoc, vbi diuersitas fori potest allegari ab eo qui conuenitur, allegante pro se regulam capituli cum sit generale de foro comp. secus si ipsemet agat de vna qui egit in alia Ita ille. Postremo quando sit præiudicium iurisdictioni alterius, is qui cognouit de causa præparante v.g. possessorio non poterit cognoscere de causa præparata v.g. petitorio, qua de re videatur fase *Osalcus ped. dec. 78. nu. 11. 18. vbi ita limitat legem vbi ceptam. Non enim fieri potest prorogatio iurisdictionis in præiudicium tertij Cacheran. d. dec. 78. nu. 17. Nauarr. in Rubric. de Iudicijs nu. 11. § 12.**

### QVÆSTIO XXVII.

Scholares & alia vniuersitatum membra an sint exempta?

**M**inimè, *Auth. Habita C. ne filius pro patre Aufrer. ad qua. Tholosanam 169. Rebuff. de priuilegijs scholarium Priuilegio 152. & in proemio digestorum. Idque nisi particulari priuilegio exemptio cõcessa sit. quemadmodum de Louanienfi Vniuersitate & contentione orta inter illius rectorem & Episcopum Leodiensem refert Præses Euerardi. In locis legalibus loco à tanquam seu respectiuis vers. sexto sub finem cuius verba compendij causa nolo hic referre. Lateque per priuilegia Louanij typis mandata probatum est.*

### QVÆSTIO XXVIII.

Exemptus à iurisdictione legati an sit exemptus à iurisdictione ordinarij?

#### S V M M A R I V M.

1. Legatus est maior ordinario. tere.
2. Exemptus ab ordinario est exemptus ab omni legato præterquam à legato. 3. Exemptus à iudice an sit exemptus ab illius delegato.

Videtur:

**V**idetur quod sic, Quia legatus habet ordinariam iurisdictionem imo maior est ordinario. *tot. tit. de offic. legati in decretal. Gondislanus de Villadiego tract. de legato quaest. 8. prima partus.*

Melius tamen censemus cum Ioanne Andree exemptum à iurisdictione legati exemptum non esse à iurisdictione ordinarij. *Io. And. cap. 1. de verb. signif. in 6. Ratio est tum fauor ordinarij tum odium exemptionum quas restringere quantum mens & verba patiuntur oportet, dictum est supra quaest. 4. per tot.*

Quod è contra an exemptus à iurisdictione ordinarij censeatur exemptus à iurisdictione legati: Breuiter à legatis missis aut natis exempti censebuntur, non vero à legatis de latere. *Rom. sing. 513. & cons. 498. cap. 1. de verb. sig. in 6. cap. si Abbatem de elect. in 6. cap. si videtur 16. quaest. 1. Io. And. cap. 1. de verb. sig. in 6. spec. de legato § superest vers. sed nunquid legatus potest. de quo articulo fufius suo loco differemus infra lib. 2. q. 2. per tot.*

Vtrum verò exemptus à iudice censeatur exemptus ab illius delegato? petatur ab Imberto: *Inst. for. cons. lib. 2. cap. 6. in glo. verb. soluta est vbi late.*

### QVÆSTIO XXIX.

Vtrum vidua exempti sit exempta?

#### S V M M A R I V M.

1. Vxorcs item vidua habent priuilegia maritorum.
2. Vidua retinet exemptionem mariti.
3. Contrarium est verius.
4. Mortuo domino extinguitur exemptio eius famuli.
5. Idem in exemptionibus ciuilibus.
6. Vtrum vxor clerici sortiatur illius forum.
7. Exemptiones sunt personales, ideoque non sunt extendende.
8. Dispositio non comprehendit eos quibus sua verba non aptantur.

**V**xores gaudere priuilegijs & dignitate maritorum iuris est manifesti, *l. femina ff. de senatoribus l. quoties C. de priuileg. lib. 12. l. mulieres C. de dignitatibus. li. 12. Lenanderus tract. de doctoribus par. 2. § 13. Corsetus de potest. regia parte 3. qu. 29. tit. l. ficius in fine ff. de iure fisci. latissime Tiraquell. in legibus connubialibus l. 16. glo. 2. in verb. en pouoir de son marit nu. 45. & plurimis seqq.*

Idque non modo viuentibus maritis, sed etiam ijs defunctis quamdiu in viduitate permanent, *DD. vbi supra l. filij § vidua ff. ad municipales Barthol. l. fin. C. de priuileg. scholar. l. 12. Co. set. d. quaest. 29. Hippolitus sing. 179. Qua ratione Guido Papæ, quaest. 379. & 380. censuisse videtur viduam quamdiu ad secunda non conuolauit*

K 3,

vota



vota retinere priuilegi im exemptionis, quo viuento marito fruebatur, *Petrus Aniboli tract. de muneribus par. 3. §. 4. num. 36. Castrensi. l. cum quadam nu. 4. ff. de iurisd. omni. iudicum, Barth. d. l. foemina & DD. l. cum te C. de nuptis Papon. aux arrestz, tit. des vailes arrest. 12. & 27. idque etiam si priuilegium sit exorbitans teste Tiraquell cessante causa par. 1. nu. 110. per l. ult. ubi DD. C. de priuileg. scholar. li. 12. Mihi tamen in hac exemptionum materia longè aliter visum est Ratio est quia vxores non gaudent exemptione maritis concessa æque principaliter & independenter sed per quandam participationem dependenter & velut accessorie aut secundario, vnde sublato marito cui exemptio principaliter competeat extinguitur exemptio quæ ex mariti persona in vxorem deriuabatur, sicuti in simili dicitur sublato Domino extingui exemptionem quæ famulo ex persona Domini competeat, *Bald. lib. 2. circa fin. C. de Episc. & clericis Soc. conf. 84. Decius l. in omnibus numer. 10. ff. de reg. iuris*, id quod nos alibi accuratius tradidimus eodem lib. cap. 17. numer. 18. Quibus non modo ad stipulatur in hac exemptionum personaliam materia Philippus Francus cap. ne aliqui numer. 2. & 3. de priuilegiis in 6. sed etiam in exemptionibus ciuilibus seu à tallijs & collectis Ioannes Bacherius aduocatus regius tract. *Des droitz du domaine de france li. 4. du droit des francoz siez cap. 9.* censens priuilegia immunitates exemptiones à collectis non transire ad viduas priuilegiatorum cui tamen Papon. iam citatus aduerfatur. Porro quod initio attulimus priuilegium aut dispositionem marito factam extendi ad eius vxorem, *Felin. cap. nullus iudicum numer. 3. vers. pro hoc, de foro compet. l. 2. ubi Bald. C. de Episc. & Clericis l. 1. ubi DD. C. de vxorib. militum glo. cap. clericum 11. quest. 1.* non est vsquequaque in. cr doctores expeditu, alijs aliter atque aliter sentientibus,*

6 Siquidem Philipp. Francus & cum eo plerique censuerunt priuilegium fori clericorum non extendi ad eorum vxores, in cap. unico §. in cæteris num fin. de clericis coniugato in 6. *Iacob. à Cambus tract. de Reppressaliis part. 2. numer. 5. vers. 13.* At verò è contra *Felinus Abbas & quidam alij, d. cap. nullus iudicum Aufrerius de potestate seculari super Ecclesiast. personis Reg. 2. numer. 34. vide latissime Tiraq. d. numer. 46. & seqq.* quod etiam ad concubinas clericorum nonnulli extenderunt, *Aufrerius de potest. seculari super Ecclesiast. Reg. 2. in 34.* quod nolo hoc loco in examen reuocare.

7 Satis sit pro hac conclusione exemptiones has esse personales nec esse producendis sed strictim intelligendas, cap. sane cap. porro de priuilegiis Franc. d. cap. ne aliqui notatur supra eodem lib. cap. 4. per tot. ac ab vno casu ad alium & à persona mariti ad personam vxoris extendi non posse vt *Nauarrus conf. 13. num. 2. de temp. ordin. conf. 6. num. 1 de obser. Ieiun. Cauale dec. 31. num. 18. par. 1.* non vno in loco tradiderunt & ratio est. quia quæ specialiter personæ mariti cohærent, vxori non competunt, nec ad eam extendi possunt. *Alciat. l. 1. in gloss. verb. vxori vers. sed quæ specialiter C. de in ius vocando.* Nec enim propria aut impropria mariti significatio

ficatio ad vxorem extendi potest quod in priuilegiarum interpretatione semper inspicere debet, *Nauarr. conf. 22. num. 6. de priuileg. Alciat. in rubr. de verb. sig. if. colu. 2.* Translatitiumque est quod dispositio nunquam includat eos quibus sua verba adaptari non possunt, cap. indemnitate §. prefata de elect. in 6. *Nauarr. conf. 12. in fin. de maiorit. & obed. conf. 4. num. 8. in fin. de consangu. & affini.* Quæ omnia proinde ex verbis & tenore priuilegiarum diiudicanda sunt. cap. porro de priuileg.

### Q V A E S T I O XXX.

An familiares exemptorum sint exempti?

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 3. Exemptiones non sunt extendendæ.                               | 9. Censuales exemptorum non sunt exempti.  |
| 2. Exemptiones extenduntur ad personas accessorias.               | 10. Factus familiaris in fraudem priuilegio non gaudet.                                  |
| 3. Exemptio extenditur ad familiares.                             | 11. Ministeriales Principis conueniendi coram magistro officiorum.                       |
| 4. Priuilegium Hospitalis producit ad eius ministros.             | Familiaritas perditur per recessum.  |
| 5. Familiæ appellatione quid veniat.                              | 12. Exemptio Xenodochij extenditur ad administratores.                                   |
| 6. Quid si familiares sint temporales aut mercatorij.             | 13. Ex altera persona acquiritur priuilegium.  |
| 7. Seruientes Ecclesie gaudent exemptione cum his circumstantijs. | 14. Exempta Ecclesia vasalli Ecclesie non sunt exempti.                                  |
| 8. Familiaris nemo est, nisi qui actu continuo est in exercitio.  | Famuli temporales seu conductitij clericorum priuilegio non gaudent sed tantum percepti. |

1 **L**icet exemptiones personales ad instar priuilegiarum personalium de persona in personam non transcant nec personam exemptam egrediantur, cap. priuilegium personale de reg. iuris in 6. l. priuilegium ff. eodem Franc. ca. 1. §. in eos de priuileg. in 6.

2 Tamen certum est eiusmodi exemptiones se extendere ad alias personas accessorias familiaresue accessorie à priuilegiatis dependentes, *Decius l. in omnibus casibus id obseruatur nu. 10. ff. de Reg. iuris Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 116. n. 11. late Gomefius ad Reg. Cancell. tit. de impetr. benef. per obitum famil. Cardinal. Papon*



aux arrestz et des tailles arrestz. 33. & tit. des Privileges, arrestz 2. Pro cuius enucleatione formandæ sunt hæc conclusiones.

3 Primo, Exemptio seu privilegium alicui concessum extenditur ad eius familiam, l. 1. & 2. C. de Episc. & clericis l. 2. §. fin. c. l. seq. l. mo l. non solum ff. de usu & habit. l. uxorem §. 1. ff. de Auro & Ar. legat. c. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2. cap. indicatum dist. 89. Rebuff. l. de testat. §. familie vers. notandum de verb. signif. Cast. ex s. d. l. 1. num. 6. C. de Episc. & Clericis.

4 Ita privilegium Hospitali concessum extenditur ad illius ministros, & exempta Ecclesia illius ministris censentur exempti. Quia sine familia superesse sibi nemo commode potest. Oldra. cons. 11. Thema est ca. licet ubi DD. de privileg. in 6. ca. extirpanda ubi Abb. de prebendis Rebuffus de privileg. schol. privileg. 106. nu. 3.

5 Porro quid comprehendatur appellatione familie vide prolixissime Abbarem. cap. dilecto nu. 5 in addit. de officio Archid. Rebuff. d. §. familia Francus cap. sicut nu. 14. de verb. signif. in 6. doct. & late Bero. quæst. 35. per tot. vide etiam Bonacossam tract. de famulis quæst. 4. per tot.

6 Extendo secundum quosdam siue familiares sint perpetui siue temporales, imo etiam si essent mercenarij vel similes secundum Philipp. Fr. inc. d. cap. licet n. 2. quem non absque ratione videtur impugnare Stephanus Aufrelius tract. de potestate seculari super Ecclesiasticis personis Reg. 2. nu. 36. vers. sed Archid. aconus & Archid. in cap. clericum 11. quæst. 1. Siculus cap. 2. de foro compet. glo. Clem. 1. de Reliquis & vener. sanct. Braxiensis in repert. verb. exemptio col. 5. ubi dicit quod Mercenarij vel famuli exemptorum non gaudeant exemptione per glo. Clem. 1. de Reliquis. Et cap. penult. de privilegiis Bero. quæst. 36. Bonacossa d. tract. de famulis quæst. 15. num. 4. quia speciale est in familia Episcopi ut ad eam privilegium extendatur in hac autem materia stricta non debeat fieri extensio. Stephanus Aufrelius ubi supra Bero. d. quæst. 35. numer. 5.

7 Secunda conclusio servientes Ecclesijs militijs seu domibus exemptis gaudent exemptione si habeant has circumstantias; Primo ut actu serviant. Secundo ut intra eorum septa & domos resideant. Tertio ut sub eorum obedientia vivant. Quarto ut professionem earum militiarum faciant, de quibus constare debet ordinario, glo. c. cum capella vcr. in quantum & cap. perro de privileg. Castren. l. unica C. in quibus causis milites fori prescripti. Idem confirmatur a Gregorio XIII. ita censente sacra congregatione iuxta quam fuit iudicatum Romæ teste Thoma Zerula in praxi Episcopali part. 1. verb. Exemptio §. 3. Gregor. XIII. Bulla 68. fol. 1295 sacra congreg. declarat. 169. conc. Trid. sess. 24. cap. 11. Castren. l. unica C. in quibus causis milites fori prescripti.

8 Ratio est quia familiarium privilegia nemo sibi vindicare potest nisi qui actu & continue versatur in exercitio sui officij. Innocent. in extrauag. ad futuram rei me-

moriam Fel. cap. insinuante col. 2. de offic. deleg. Cassander. decis. 1. de verb. sign. Card. cons. 126. num. 11. Rebuff. in praxi beneficiorum part. 3. Ideo servi temporales seu conductitij clericorum non gaudent eorum privilegio sed tantum perpetui Archid. c. clericum 11. quæst. 1. cap. iudicatum dist. 89. cap. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2. Bero. quæst. 35. per tot.

Tertia conclusio, censuales exemptorum non sunt exempti nec enim Pontifex eos habet pro exemptis. Philipp. cap. auctoritate §. inhibemus nu. 2. & d. ca. licet de privileg. in 6. Neque possunt exempti pro eis esse in iudicio seu agendo seu defendendo. Philipp. d. §. inhibemus vers. 3. nota ubi Archid. & 10. Andrea Rota decis. 388. Item quod si prepositus Felinus cap. auditis num. 27. de prescript. Angel. in summa verb. exemptio num. 3.

Quarta quando familiaribus privilegio speciali conceditur ut gaudeant exemptione suorum Dominorum id non aliter intelligendum est quam si vere familiares seu domestici sint secus si in fraudem assumpti sint, glo. cap. licet verbo domestici de privileg. in 6. ubi DD. cap. ult. de verb. signif. in 6. ubi glo. & dixi supra concil. 2. Bero. d. quæst. 35.

Quinta ministeriales Principis in aula coram magistro officiorum conveniri debent quia ab alijs iurisdictionibus iure sunt exempti? l. cubicularios C. de prepositis sacri cubiculi lib. 12. Barth. C. de privileg. scholarium lib. 12. Imbert. instit. forens. lib. 1. cap. 28. glo. verb. ministeriales quod tamen Aluarottus videtur non admisisse, tit. de pace tenenda §. si ministeriales nu. 1. ubi etiam Baldus.

Sexta. Privilegium familiaritatis tollitur renunciatione ad instar societatis, aut per recessum à familia, ita tamen si id fiat sine fraude Philipp. Franc. cap. sicut num. 14. de verb. sig. in 6. v. infra lib. 4. q. 65. nu. 8. vers. sed nec.

Septima Exemptio concessa Xenodochio extenditur ad Oeconomos & administratores quorum opera pauperes carere non possent, Oldra cons. 11. incip. Thema est per tot. per tex. l. huius ff. Qui portio in pig. ibi sine quibus navis salua pervenire non poterat tex. l. administrantes §. 1. ff. de excus. iur. text. l. 1. §. si vir aut vxor ff. Ad. S. C. Syllan. ibi sed quia commixta familia est & una domus ita iudicandum atque in propriis servis pulchre Hyppol. sing. 180. per tot. incip. plura Bald. cap. fin. nu. 6. in fin. de Iuram. Calum.

Ratio est quia ex alterius persona quis consequitur quod ex sua consequi non posset. per l. si communem ff. quem adm. servit. amitt. Hippol. d. sing. 180. Gail. l. 2. o. s. 68. nu. 6. & late dixi supra quæst. 26.

Octava Exempta Ecclesiæ vasalli Ecclesiæ non sunt exempti ita post longam discussionem concludit Lucas de Penna & Platea l. senatorum C. de dignit. li. 12. l. a s. l. servi electione §. labeo col. 3. de leg. 1. Abb. cap. veniens col. 2. de transact. per tex. cap. auctoritate de privileg. in 6.

Licet aliter iudicatum refert Ioannes Paponius suadens tamen securius esse si  
L Ecclesia



Ecclesia exempta seu Dominus causæ contra vasallū motæ interueniat. Papon aux arrestz lib. 5. tit. 12. de priuileges arrest 7. quodere dicemus infra lib. 2. c. 37. In confirmationem huius conclusionis est quod notat Angel. l. Titus §. sui ff. de excusat tutor. dicens priuilegia collegiorum nō extendi ad famulos collegiarum. Bonacossa tract. de famulis quest. 200.

## Q V A E S T I O XXXI.

Hospitalia an sint exempta?

### S V M M A R I V M.

1. Opinio Abbatis affirmatiua.
2. Questio concluditur negatiue.
3. Omnia loca religiosa subsunt Episcopo.
4. Conciliatio Abbatis.
5. Hospitalia profanum non gaudet immunitate Ecclesiastica.
6. Nisi tamen illius bona prodigerentur.
7. Rectores Hospitalium exempti subiiciuntur Episcopo.
8. Hospitali exempto laicus rector non est exemptus.
9. Secus si sit vicarius perpetuus.

**P** Anor. videtur censuisse esse exempta cum ita consuluit his verbis. An de dictis bonis debeat Episcopus habere quartam? Dico quod non quia Hospitalia dicitur exemptum a iurisdictione Episcopi & a locis exemptis Episcopus non recipit quartam vt communiter tenetur per doctores cap. officij de testam. Hactenus Abb. Consil. 110. n. 3. parte 2. Nauarr. conf. 2. De religiof. domib.

**2** Nihilominus tamen dicimus non esse exempta sed subiici iurisdictioni Episcopi tex. vbi glo. & DD. cap. de Xenodochijs de religiof. domibus Io. And. cap. dudum de conuers. coniug. Innocent. cap. in nostra de sepult. Petrus de Vbaldis tract. de Canonica Episcopali capitulo 4. questione 13. principali num. 2. vers. quo ad primum, vol. tract. 15. fol. 151. col. 4. Innocent. cap. ad hoc de Relig. dom. Brixens. in repert. verbo exemptio col. penult. Flamin. de Resig. benef. part. 1. li. 7. quest. 6. num. 2. Nauar. d. num. 2. & seqq.

**3** Nam iure communi loca omnia religiosa sunt sub iurisdictione Episcopi, ca. si quis Episcoporum 16. quest. 2. & quest. 7. cap. omnes Basilie, Nisi de exemptione doceatur, cap. Abbatibus 18. quest. 2. cap. cum non liceat de prescript. glo. d. c. de Xenodochijs verb. in quorum diocesi de Religiof. domibus vt Episcopo subiecta sint.

**4** Porro Abbas initio allegatus intelligi debet de Hospitali quod religiosum non est fundatumque est auctoritate propria sine licentia Episcopi, Petrus de Vbald. d. Capitulo 4. vers. que ad secundam questionem fol. 252. cuiusmodi locus non subest Episcopo nec quo ad legem diocesanam nec quo ad legem iurisdictionis nullo enim id iure cauetur, Vbald. vbi supra num. 4. Est enim eiusmodi Hospitalia non domus

domus Dei sed domus hominis quam is qui construxit potest destruere & alienare, Clement. quia contingit de Religiof. domib. cap. inter dilectos de donat. Vbald. d. nu. 4. & 5. cap. ad hac vbi DD. de Religiof. domib. vt Episcopo subiecta sint late Fel. cap. de quarta de prescript. Redoan. tract. de Rebus Eccles. non alienand. quest. 28. & 51. cap. 12.

Ideoque eiusmodi locus non gaudet a sulo seu immunitate Ecclesiastica. Hostiens. & Goffred. cap. fin. de censib. Vbaldus vbi supra num. 8. Castr. conf. 167. par. 2. nec eius curam gerere debet Episcopus ne promiscuis actibus rerum turbentur officia h. consulta diuina C. de testam. Oldra, conf. 83.

Nisi tamen bona eiusmodi profanorum Hospitalium ita dissiparentur quod vnicuique bono ciui resistere liceret tex. in Auth. de Ecclesiast. titul. 5. si autem locorum coll. 9. Quibus autem signis deprehendatur an Hospitalia sit religiosum aut verò laicum tradunt alibi DD. Fel. d. cap. de quarta de prescript. Canalcan. decis. 17. num. 69. 34. 35. par. 2.

Quod vero rectores Hospitalium qualiumcumque exempti ratione administrationis subiiciantur iurisdictioni Episcopi notauimus infra lib. 2. cap. 45. casu 88.

Illud autem hoc loco non omittendum quod si Hospitali priuilegio concessa exemptio quod rector illius laicus non erit exemptus in his quæ personam eius respiciunt. Barth. l. quod constitutum num. 3. ff. de testam. mili. vbi Apost. & conf. 97. Christi nomine inuocato dico per partes. & conf. 28. par. 2. Barbatia Clement. fin. super glo. verb. statimus de Rescript. Clement. 1. de Religiof. domib. secus in vicario seu prelato qui est de corpore Ecclesie seu Hospitalis exempti, Barth. d. l. quod constitutum Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vicariis perpetuis numer. 16.

## Q V A E S T I O XXXII.

Officiales Papæ & Curiales vtrum exempti?

### S V M M A R I V M.

1. Curialiste sunt exempti Ratione beneficiorum tamen subiiciuntur.
2. Quæ sit auditoris potestas hac in parte.
3. Sententia excommunicationis lata contra eos an valeat.
4. Quid si nō tractent causas sed otiosi sint.
5. Quid de familiaribus Papa aut Cardinalium.
6. Quæ sit auditoris potestas hac in parte.
7. Proficientes Romam sunt exempti.
8. An inquiri possit contra Curiales.
9. Capellani regni sunt exempti.
10. Officialis quis dicendus.



**E**Vgemiana constitutio exemit officiales Papæ à iurisdictione ordinariorum, cap. diuina extrauaganti. de priuilegijs & Io. 22. in cap. cum Matheus extrauag. de Hereticis Bellamera conclusiōe 6, 6. Bellenc. de charit. subsid. quest. 91. num. 10. Abbas ca. tuarum in fin. vers. quandoque exemptio de priuilegijs concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de Refor. Pragmat. sanctio tit. de causis S. Romana 1. ubi late glo. vers. comprehendi Cauale. dec. 28. n. 47 par. 1. Vnde fit vt referendarij, notarij, pænitetarij ac vt vno nomine omnes complectar oēs Curiales Papæ sub hac exemptione comprehendantur, Bellam. d. concl. 656. Paulus Borgasius de Irregularit & dispensat. par. 6. tit. de excommu. ipso iure nulla nu. 14. Thom. Zerula in praxi Episcop. verb. Referendarij vide Bertr. conf. 102. nobilis in secundis lib. 1.

Hæc tamen priuilegia quæ dicimus cōpetere residentibus in curia Rom. vigore Eugenianæ constitutionis aut etiam familiaritatis Cardinalium non subsistunt in ijs qui beneficia Ecclesiastica obtinent. Nam illorum ratione subiiciuntur ordinarijs non obstantibus inhibitionibus quibuscumque, Concilium Trid. d. sess. 24. ca. 11. in fine Thomas Zerula in praxi Episc. part. 1. verb. exemptio §. 2. Afflict. in const. magna curiæ not. 4. n. 4. Mandosius in signatur. gratiæ tit. Prothonotarij col. 4. vers. circa. Quod occasionem præbuit Paulo Borgasio Episcopo Feltrensi ita inquirendi, d. num. 14.

3 Quid de sententia communicationis lata contra curiales curiæ Romanæ? Credo hodie esse distinguendum inter officiales curiæ & alios secundum extrauagantem Eugenij 4. in fauorem curialium editam, qua expresse cauetur quod officiales dictæ curiæ non possunt vocari coram ordinarijs aliorum locorum etiam dum sunt extra Rom. curiam nec alij quicumque accedentes ad Rom. curiam pro negotijs suis expediendis adiecta clausula irritante quod clarum est. Sed non omnes sunt officiales nec omnes curiales habent causas. Quid ergo de alijs qui nihil agunt in curia sed tantum comedūt, videtur dicendum quod comprehendantur omnes sub dispositione ca. per tuas de maior. & obedient. tamen ex. ille loquitur de promotis per Papam & non de curialibus, glo. tamen prima ibi in vers. sed numquid, videtur sentire quod Episc. contra curiale possit procedere propter crimen sed nō punire, sed debet mittere causam instructam ad Papam, sed in fine dicit quod quidā dicunt quod Episcopus eos deponere potest, sed Innocent. tenet expresse contrarium, De familiaribus autem Papæ & aliorum Dominorū Cardinalium dū sunt in Rom. curia & ad seruitia eorum credo quod extra curiam vocari non possunt, & sic seruantur, dum autem sunt extra curiam credo locum esse dispositioni dictæ glossæ licet loquatur vt dixi de promotis à Papa & non de alijs & hoc intelligo si sint extracuriam animo redeundi ad eandem alias credo omnes subesse ordinarijs locorum tam ratione contractus quam beneficij & delicti salua dispositione cap. 1. de priuilegijs in 6.

6 Sed hodie inoleuit contra præmissa nouus stylus quia eo ipso quod curiales cōueniuntur

ueniuntur coram suis ordinarijs ex quauis causa recurrunt ad auditorem Cameræ Apostolicæ & obtinent inhibitiones in modum monitorij pœnalis sub prætextu generalis commissionis & multi per sedem Apostolicam facti Bellamera decis. 210. incip. In causa Dom. Sij, dicit quod Auditor Cameræ perturbatores suæ iurisdictionis non potest citare extra curiam quia non est generalis auditor Papæ, Ideo fuit prohibitus per Papam ne in causis beneficialibus se impediret quia officium est tantum audire causas courtisanorum & de potestate dicti auditoris vide etiam decis. Bellam. 196 incip. vtrum auditor Cameræ & aliam incip. conclusio quod auditor, quæ dicit quod auditor Cameræ nullo modo potest citare extra curiam, nisi habeat ad hoc speciale mandatum à Papa, vel nisi super hoc in aliquo casu speciali habeat specialem commissionem quia per se esset contra ius vt not. Io. Monach. in reg. in generali contra quod non potest auditor Cameræ. Imo nec Camerarius vel alius præter Papam. Item quia curia est ibi vt supra dixi pro territorio ergo non potest citare personaliter. Ita Borgasius.

Ex quibus inferitur 1. quod præter curiales sunt etiam exempti quotquot negotiorum suorum causa Romam petunt. d. extrauag. diuina vers. necnon quoscumque alios profuis & eorum causis vel negotijs prosequendis ad sedem prædictam venientes ac in ea durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes & recedentes ab eadem de priuilegijs. Inferitur 2. Quod diceceani inquirere possint contra eiusmodi officiales de rebus quæ tangunt fidem vel rem publicam aut priuatam ac in informatione habita significare Pontifici, secundum dispositionem d. extrauagantis. Cum Matheus in fin. de hereticis.

Postremo vltra prædictas curiales Romanas gaudent etiam exemptione capellani regij idque dum actu seruiunt & non alius. Afflictus in constitut. magna curia not. 4. nu. 4. Thomas Zerula in praxi Episcop. part. 2. verbo exempti, Ratione tamen beneficiorum quæ dicti Capellani alibi obtinent subsunt Episcopo Innocent & DD. ca. cum capella de priuilegijs. cap. recepiimus eodem tit. Thomas Zerula in praxi Episcop. parte 1. verbo exemptio §. 2. Mandosius in signatura gratiæ tit. exemptiones in fine.

Quorum omnium apta cognitio pendet ex intelligentia nominis officialis, cuius diffinitionem ornatam quibusdam distinctionibus inuestigat doctissimè Nauarrus conf. 10. per tot. de verb. signif.

### QVÆSTIO XXXIII.

Hospitarij, Templarij, Cistercienses an exempti?

**T**Etigimus paucis hanc questionem supra quæst. 17. in pr. Quibus remissive addo ad vltiorem cognitionem sequentes auctoritates gloss. & DD. cap. recepi-



recepimus ubi Innocent. de privilegijs. cap. ad abolendam ubi DD. de hereticis cap. ne Dei ubi DD. de Simonia Io. Andr. c. 1. de supplend. negl. pralat. Fel. cap. cum ordinem n. 1. & n. 21. de Rescriptis DD. cap. recolecta de statu Monach. Baldus conf. 337. super primo vol. 4. Felin. cap. cum ordinem num. 7. vers. considera primo de Rescript. ubi dicit Cisterciensis non esse exemptos. Ex quibus probatur de iure hos non esse exemptos nam de privilegijs eorum proprijs quæ sunt facti iurifconsultus non respondet l. cum quem §. 1. ff. de Iudicis.

### QVÆSTIO XXXIV.

Ius exemptionis an cedi possit?

#### S V M M A R I V M.

1. Exemptiones cedi non possunt. los heredes transmittuntur.
2. Iura mere personalia, personam non egrediuntur. 4. Ne quidem reales exemptiones cedi possunt.
3. Cedi non possunt quæ ad uniuersa-

**E**xemptiones personales ita sunt affixæ ossibus privilegiatorum ad instar actionum directarum ut ab eis per cessionem auelli non possint, arg. l. quis ergo casus in suo glo. Castron. l. si sit ho ubi glo. ff. de peculio l. 1. ubi DD. ff. de act. & obligat. Spec. de cession. act. §. 1. vers. quid si habens l. a son §. omnium inst. de act. Idque multis rationibus. Nam ut frequenter hactenus dictum est. *quest. 4.* & passim exemptiones regulariter sunt contra ius commune, & proinde cedi non possunt. Rom. conf. 484 incip. Hoc quod vicinus post pr. arg. l. quod vero l. ius singulare ff. de iegib. l. que a iure de Regul. iuris in 6.

3. Accedit quod sint iura mere personalia quæ personam non egrediuntur cap. privilegium ubi Dyn. De Reg. iur. in 6. l. in omnibus ff. eodem, eiusmodi enim iura annexa certis personis in privilegium cedi non possunt Barth. l. etiam ff. de Iure iur. per l. si ex pluribus ff. de administr. tutor. Traquell. de Retract. conf. ang. §. 26. glo. 1. numer. 56. 57. & 58.

3. Postremo, quia cedi non possunt quæ ad uniuersales hæredes non transeunt, lex pluribus ff. de administr. sue Archid. cap. presbiteros 16. *quest. 1.* fol. 335. Quod autem ad reales exemptiones atinet, neque eæ etiam per cessionem transferri in alium possunt. nam eiusmodi exemptiones accessorie competunt ratione rerum quibus adhærent. cap. 1. de privilegijs in sexto d. l. in omnibus ff. de Reg. iuris. ut proinde transferri non possint nisi concomitantur cum ipsis rebus & cap. 1. Non secus quam accessorium transferri seu cedi non potest nisi

vno cum suo principali. arg. l. ult. ubi glo. verb. pateat C. de hæred. vel act. vendita Traqu. d. glo. 1. nu. 71. & 88.

### QVÆSTIO XXXV.

Ecclesiæ exemptæ an gaudeant centenaria præscriptione Romanæ Ecclesiæ?

#### S V M M A R I V M.

1. Archid. putauit gaudere. consuetudinem.
2. Contraria opinio præualuit. 8. In causa exemptionis superior debet interuenire.
3. Exempti tamen possunt se tueri ex capite Papa. 9. Pralati præiudicare non possunt Ecclesiæ in qua sitis.
4. Exempti præiudicare non possunt exemptioni. 10. Quid si concessum sit Ecclesiæ ut plena Ecclesiæ Romana gaudeat libertate.
5. Alienationis verbo comprehenditur præscriptio. 11. Quid si Ecclesiæ subiecta ordinario habeat ius commune cum Ecclesiæ Romana.
6. Ecclesiæ exemptæ indirecte gaudent præscriptione centenaria.
7. Fallit si præscriptio annexam haberet

**L**icet Archidiaconus censuerit Ecclesias exemptas immediate sanctæ sedi subiectas gaudere præscriptione centum annorum ad instar Ecclesiæ Romanæ Archid. c. fin. de præscrip. in 6. tamen opinio sentientium quod Ecclesiæ exemptæ immediate subiectæ Romano Pontifici non gaudeant præscriptione centum annorum sicut Ecclesiæ Romana præualuit Guido decis. 36. Archid. c. fin. de præscrip. in 6. Bald. Auth. quas actiones C. de sacros. Ecclesiis.

Porro, licet proprio capite inuare se nequeant præscriptione centenaria, tamen possunt se tueri ex non completa præscriptione respectu Papæ etiam si quoad ipsas Ecclesias præscriptio completa foret. Abbas cap. ad audientiam col. 3. nu. 11. & seq. vers. Quæro quare de præscrip. c. cum venissent col. 1. de iudicijs Felin. in d. cap. ad audientiam vers. in quantum Abbas post alios nu. 17. vide infra parte 3. *quest. 12.*

Nam exempti non possunt pro suo arbitrio disponere de exemptione eis concessa, idque propter ius quod Papa in eos habet, Abbas cap. cum olim col. 3. vers. sed contra de præscrip. ubi Fel. Io. Andr. cap. scienti de Reg. iur. in 6. Abb. c. cum dilectis de Religios. domib. ubi dicit quod si exemptus præstat obedientiam cum toto conuentu tamen non præiudicat Papæ. Fel. d. c. cum olim n. 3. vers. cum Abbas post glo. quem vide quod facere posse iuderentur si comunibus præscriptionum regulis inclusi essent. Nam alienationis verbum etiam vfucapionem continet: vix est enim ut non



videatur alienare qui patitur vfucapi inquit Paulus *l. alienationis verbum ff. de verb. signif.* Perinde enim est siue expresse quis alienet, siue tacite per lapsum temporis. *Alciat. d. l. alienationis in ver. non utendo.* Nã a quo remouetur alienatio remouetur etiam præscriptio, *l. cum sponsus §. sed si talis ff. de public.* Vnde res dotales Ecclesiasticæ, minorum & templorum quæ prohibentur alienari, prohibentur etiam præscribi, quia præscriptio est species alienationis, *l. i. §. cum lex. C. de rei uxor. act. l. i. ff. de fund. dotali l. i. C. de rei dom. vel templo. Fabian. de Monte tract. de Empt. & vendit qu. 22. nu. 13. vers. circa octauum.* Itaque Ecclesiæ exemptæ licet directe non gaudeant præscriptione centenaria, indirectè tamen gaudent, quando quidem ea ex persona Papæ niti & sese tueri possunt.

7 Quod tamen restringendum videtur nisi præscriptio habeat annexam consuetudinem quia tunc sufficeret quadraginta anni etiam contra Papam & Romanam Ecclesiam, *Burrio in repet. cap. fin. de consuet. per Clement. ne Romani de elect. latius per Fel. d. cap. ad audientiam col. penult. vers. Limitat tertio de præscript. Franciscus Balbus tract. de præscript. in prima parte quinta partis principalis vers. veniens itaque ad primam, num. 22.*

8 Pro confirmatione conclusionis huiuscè quæstionis est quod notat glossa & Abbas, *cap. 2. de restitutione in integrum*, quod in causa subiectionis mota contra subiectum & damni Domini, prout quoque in iudicio exemptionis præiudicium Papæ. *Abbas cap. cum super cap. p. n. de Re iudic. cap. auditis de præscript. qui proinde eo iudicio est nominandus. glo. d. cap. 2. verb. in damnum de Rest. in integ. arg. c. quoniam §. penult. ut lite non contestat. l. 2. C. ubi in rem actio.*

9 Secundo quod serui aut prælati non possint præiudicare Domino aut Ecclesiæ in quæstis sed bene in quærendis, *l. ult. C. de acq. poss. l. seruus C. de pact. Rom. cons. 184. glo. & DD. libemus nullam C. de sacros. Ecclesiis, præiudicarent autem in quæstis si præscriptionem patiendo reuenterentur in iurisdictionem ordinarij cum præiudicio Pontificis immediati eorum superioris.*

10 Quid autem si Ecclesiæ exemptæ concessum sit vt plena Ecclesiæ Romanæ gaudeat libertate an ex suo capite tueri se poterit centenaria præscriptione? Archidiaconus id affirmavit. *cap. fin. de præscript. in 6. at vero appositum quod & verius est censuit Baldus quem secutus fuit Guido & alij, Bald. Auth. quas actiones ibi sola Romana Ecclesia C. de sacros. Ecclesiis Guid. decis. 36. glo. ca. dilectus verb. generetur de capell. Monach. Abb. cons. 57. vol. 2.*

11 Quid vero si priuatus habeat ius commune cum Ecclesia Romana an currat ei præscriptio minor quam centenaria paucis respondebo quod non, *cap. ad audientiam §. fin. vbi Innoc. num. 7 de præscript. Abb. cap. de quarta num. 19. eodem tit. Fel. cap. placuit nu. 6. eod. tit. Ias. l. si emancipati num. 10. C. de collat. Hippol. singul. 231. Gaill lib. 1. de pace*

de pace public. cap. 6. num. 19. In cuius confirmationem inseruiunt quæ Rebuffus fidelissime attulit. *De priuileg. scholar. priuilegio 106. nu. 1. & seq. & quæ nos supra ex eodem & alijs recensuimus, supra eodem lib. cap. 26. adde Balbum de præscript. part. 5. pa. te prima quæst. 4.*

### Q V Æ S T I O XXXVI.

Exemptus ædificans in loco non exempto Ecclesiam, num acquiritur illi exemptio?

#### S V M M A R I V M.

1. Ecclesia ædificata in diocesi cedunt iurisdictioni Episcopi.
2. Quid si accedat licentia Episcopi, sibi aliquid in Ecclesia reseruantis.
3. Testator fundans Capellam non potest eam eximere.

**E**Xemptis non licet ædificare Ecclesias in diocesi Episcopi sine eius licentia, *c. cum olim 2. de priuilegijs cap. auctoritate eodem in 6. alioquin enim cederet Dominio & iurisdictioni Episcopi. Abb. d. cap. cum olim nu. 9. Franc. d. ca. auctoritate Spec. tit. de priuileg. part. 4. num. 3. Anton. de pratis de Iurisdic. Episcopi c. p. 1. num. 3. & 4. & 7. Angel. in summa verbo Exemptus num. 11. & seq. & finis num. 10.* Nec enim quibusuis propria auctoritate oratoria capellas Ecclesiæ ædificare permittendum est. *S. l. u. tract. de beneficijs part. 1. quæst. 6. ubi late.* Si tamen accedat licentia & concessio Episcopi sibi ante ædificationem (vt censet Innocent.) aliquid reseruantis tum Ecclesia per exemptum ædificata, exempta censetur. *Innocent. c. dudum n. 2. vers. Item videtur in fine de priuilegijs cap. inter dilectos de fide instr. Lixien. sis in reposito verbo exemptio col. 5. in fine.*

Adde obiter quod nec testator fundans capellam possit eam eximere ab Episcopi potestate. *Barth. l. quoties §. fin. ff. de adminst. t. t. Abb. cap. cum dilectus not. 4. de consuet. Anton. de pratis tract. de iurisdic. Episcopi cap. 1. num. 3. & 5. cap. sic quidam c. p. numerunt 2. quæst. 1. Abb. cap. requisisti nu. 2. de testam. Fel. cap. cum venerabilis nu. 33. de except. Decius cons. 121. Mandos. de Signat. gratia tit. exempti ones col. 2. vers. amplius etiam & col. 5. vers. exemptio ab ordinario, ubi dicit Episcopum hoc non posse concedere patrono in fundatione cap. 1. & 2. 10. quæst. 1. Innoc. cap. in Lateranens. in fine de præbendis, aduersaretur enim iuri cui in testamento renouari non potest, l. nemo potest ff. de leg. 1. Anto. de Pratis d. cap. 1. num. 7. vide infra lib. 4. cap. 57.*



## QVÆSTIO XXXVII.

Exemptio an augeatur aucto exempto?

## S V M M A R I V M.

1. Privilegium extenditur ad augmentum.
2. Fallit si tenderet in præiudicium tertij.
3. Exempta dioecesi exemptio non extenditur ad augmentum.
4. Fallit si ordinarius exemptisset.
5. Si verò Papa exemptisset fieret restrictio.
6. Fallit iterum si augmentum esset latens.
7. Iurisdiclio augeatur vel minuitur ab incremento.
8. Exemptio nominatim data cum acquirendis extenditur ad futura.

**Q**uamuis regulariter privilegium principali concessum extendatur ad eius augmentum. *cap. quia circa de privilegiis cap. ex parte cap. penult. de decimis Barth. l. damni infecti §. si is qui ades ff. de damno infecto late Barth. l. si ita ff. de auro & arg. legato Albertus Brunus tract. de augmento conclusione 9. per tot.*

2 Tamen si privilegium seu exemptio tendat in præiudicium tertij tunc non fit illius extensio ad augmentum superueniens, *Ang. l. si servitus col. pen. in pr. ff. de servit. urban. prædior. Io. Andr. & DD. d. cap. quia circa Albertus Brunus d. conclus. 9. numer. 8. & seqq.* Ideoque censuit Angel. *d. l. si servitus* si Papa eximat Episcopum & totam suam dioecesim à iurisdictione Archiepiscopi quod aucta dioecesi augmentum non erit à iurisdictione Archiepiscopi exemptum. Ratio est quia non debet fieri extensio in præiudicium tertij seu ordinariæ iurisdictionis. *arg. l. si quando in pr. C. de in offic. testam. l. impuberi ff. de administ. tut. not. hostiens. & Canonist. cap. cum capella & d. cap. quia circa de privileg.*

4 Quod fallit primo si ordinarius de cuius præiudicio agitur exemptionem concessisset, Quia contra concedentem privilegium fit larga interpretatio, *d. c. quia circa & colim de verb. sign. cap. cum dilectus de consuet. l. fin. ubi fise DD. de constit. princip.* Adeo quidem ut dispositio contra ius quæ dicitur odiosa & strictè interpretanda. *c. 1. & 2. de filius præbit. non debeat respectu cõcedentis dici odiosa, Abb. d. cap. quia circa Albertus Brunus d. conclus. 9. num. 10.*

3 Quod secus esset si Pontifex vel alius exemptionem concessisset, tunc enim in præiudicium tertij vel ordinarij deberet fieri stricta interpretatio ut non fiat extensio ad augmentum, *DD. ubi supra ca. cum dilecti de donat. l. 2. §. merito §. si quis à principe ff. ne quid in loco publico l. nec annus c. de Emancip. liber. late DD. d. l. fin. de constit. princip.*

6 Fallit secundo si augmentum esset latens ut est per alluvionem nam si patens esset tale augmentum non censeretur exemptum *Ang. d. l. si servitus.* Quippe concessio

cessio facta respectu certæ rei, non extenditur ad superuenientes res quæ oculo distingui possunt, *d. l. si ita ubi DD. ff. de auro & argento legato Albertus Brunus d. conclus. 9. num. 8. & 9.* Paucis iurisdiclio omnis & exemptio augmentum recipit aut diminutionem ab incremento vel decremento, id quod plurifariam docet Baptista Aymus Parmensis *tract. de alluvionibus. lib. 2. cap. 6. cap. 16. & seqq. Albertus Brunus d. tract. de augmento.*

Fallit tertio nisi exemptio concessa sit nominatim cum acquirendis quia eo casu exemptio extenderetur ad acquirenda in futurum *Card. Clem. 1. §. ad hoc quæst. 7. de statu Monach. Caccial. de unionibus art. 4. num. 7. in fine.*

## QVÆSTIO XXXVIII.

Exemptio an extendatur ad futuram?

## S V M M A R I V M.

1. Distinctio quorundam.
2. Conclusio. Exemptiones non trahi ad futuram.
3. Maxime quando vertitur præiudicium tertij.
4. Tertij præiudicium quando dicatur vertituram.
5. Connexorum idem ius est & ratio.

**N**on abfimilis est præcedenti hæc quæstio, quam doctores adeò pugnantibus argumentis plurimum obfuscarunt ut cuiusque non sit ex edita sententia: super qua videndus *Bartholom. Brixienfis Quæstione Dominica i 58. per tot. Petrus Antiboli tract. de munerib. parte 3. principali num 43. Albertus Brunus de Augmento conclus. 5. num 8. & seqq. & concil. 9. Castrens. l. Iubemus num 8. C. de sacros. Eccles. Guido quæst. 489. nu. 1. & 3. Cugneo Auth. omnia privilegia C. de Episc. & Clericis Iason l. qui filiabus num. 12. 13. 14. de legat. 1. Io. dilectus de ar. e testandi tit. 6. Cautela 10. & 55. Abb. & DD. cap. quia circa de privileg. Faber in Rubr. C. de sacros. Eccles. & in l. si quis C. qua res pignori oblig. possunt. & in l. non modus C. de servitutibus.*

In ea igitur sic quidam distinguunt: Aut quærimus de extensione ad futura per modum augmenti se habentia, tunc est respondendum eisdem conclusionibus & exceptionibus quibus ad procedentem quæstionem *L. D. d. quæst. præcedenti Brunus d. conclus. 9. n. 3. Clem. Literas ubi Imo & DD. de Rescript.* Aut de extensione ad futura per modum surrogationis v. g. li Episcopo concedatur ut quatuor clerici sibi assistentes plenis beneficiorum fructibus non residentes gaudeant si alij surrogentur simili privilegio potietur. *Io. Andr. c. fin. de verb. signif. in 6.* Regulariter enim in dispositione simpliciter concepta comprehenduntur futura quando ea in locum priorum surrogatur. *Alex. cons. 78 col. 2. d. c. quia circa per l. si ut in annis in 2. Res. ff. Quæ ad. s. ruit. amitt. Ang. l. si servitus ff. de servit. urb. præd. præses in loco à surrogatis.* Aut disputatur de extensione dispositionis ad futura simpliciter seu neutro præcedenti modo concepta. In ea refert an dispositio sit favorabilis ac extendenda, an odiosa



ideoque restringenda. Item vtrum dispositio sit de particulari aut vniuersali. An collectiue vel vniuersaliter & indefinitè concipiatur. Præterea vtrum futura verisimiliter potuerunt prævideri ac an de magno vel modico damno sit quæstio Barth. & DD. d. l. si ita ff. de auro & arg. Innoc. d. Clem. literis Alber. de Rosat. l. fin. C. Quares pig. oblig. p. ff. Brunus d. conclus. 9. num. 4. late Alexand. cons. 178. per tot. vol. 2.

2. Mihi concludendum videtur quod exemptiones non extendantur ad Ecclesias seu res futuras aut postea qua sitas, tex. Clement. 1. de censib. Clem. fin. de Rescript. cap. Quia circa vbi Abbas de priuilegijs Guilel. de Cungno Auth. omnia priuilegia C. de sacros. Eccles. Petr. Antiboli tract. de muner. b. par. 3. n. 43. Ratio quia regular ter beneficia & priuilegia nõ extenduntur ad creata de nouo. d. Clem. literis vbi DD. & Clem. 1. de censibus. Ideo censuit in simili quæstione Cungno. d. Auth. omnia priuilegia quod si v. g. sint 50 anni quod priuilegia studij Parisiensis fuerunt concessa Tholosano, noua priuilegia Parisiensi recenter data non censebantur Tholosano studio esse concessa. Priuilegia enim vni loco concessa si alteri loco concedantur de præteritis & non de futuris intelligi debent vt expresse tradit Stephanus de Fredericis tract. de interpret. iuris parte ult. nu. 89. Iason l. que filiabus num. 12. 13. 14. deleg. 1. Nam oratio eiusmodi & dispositio indefinita ad præsens tamen tempus extenditur, l. si ita & l. fin. in pr. ff. de auro & arg. legato. Sic auro legato non venit futurum, & feruis legatis veniunt tantum præsentis temporis non futuri, l. v. xoris. l. nomen debitoris §. 1. de leg. 3. l. v. xorem §. testamento ff. eodem l. meli in pr. de alim. legat prout & in contractibus, in eis enim verba referri solent ad tempus præsens ideo seruitute constituta attenduntur tantum prædica tempore constitutionis seruitutis, l. in lege l. rutilia ff. de contr. empt. l. hoc iure §. 1. ff. de aqua quot & æstina l. non modus vbi faber & DD. C. de seruitutibus l. damni infecti stip. §. si is qui vicinas ff. de damno infecto Bartholom. Bruxiens. d. quæst. 58.

3. Quæ tamen conclusio non est ita generaliter admittenda, nam si non vertitur præiudicium tertij sed tantum concedentis, priuilegium seu exemptio traheretur ad futura. Brunus d. consil. 9. nu. 9. & 10. Hoc sensu accipiendum est quod exemptio cultio per princip. eã ciuitate si crescit vel augetur caltrum augetur exemptio. Buld. l. cum ff. ad us. ff. de legat. 2. & c. 1. §. præterea ducatus, de prohibet. Alien. Feudi pro freder. Barth. & DD. l. si conuenit §. si nuda ff. de pig. act. Brunus d. tract. de augmento conclus. 5. nu. 8. & 9. Alberic. d. l. Rutilia ff. de contr. empt. eiusmodi enim exemptionis priuilegium in præiudicium principis concedentis est fauorabile & extendendum, Abb. cap. tua 1. cap. eorum parte 2. de decimis cap. adia de Reg. iur. in o. Barth. & DD. l. damni infecti §. si is qui hæres ff. de damno infecto vbi additio

4. Quia in re diligenter animad. vertendum est quænam immunitas seu exemptio dicitur concessa in præiudicium tertij ex ea enim præcipua huius quæstionis censura pædet. Quod appositè notauit Alexand. cons. 78. Incip. in occurrenti vol. 2. dum dixit

dixit exemptionem ceteri in præiudicium tertij si v. g. ciuitas sit onus solvendum vel castro non autem ipsi principi immunitatem concedenti, Aut si propter exemptum onus accresceret non exemptis vel si iurisdictione ordinarij quæ est valde fauorabilis per exemptionem detraheretur. A deo quidem vt merito per Alexand. & alios reprobetur Io. de Imola. in d. §. si is qui ades qui potauit priuilegium & immunitatem trahi ad futura quam vis in ea verteretur damnum & præiudicium tertij. Alex. consilio allegato l. si. qui filiabus ff. de leg. 1. Brunus d. consil. 9. nu. 12.

Sustineri tamen posset Imolæ sententia in calu quo futura essent necessario connexa & accessoria rebus prius principaliter exemptis. Quia connexorum idem est ius & ratio per l. si mancipia ff. de fundo inst. legato l. fin. §. Cai. ff. de libert. leg. l. cum fundus nominatum ff. de leg. 2. fiber. d. l. non modus in fin. C. de seruitutibus, prout augmento latenti diximus capite præcedenti. Quæ omnia subtilissimè traduntur præter doctores iam allegatos à Iafone. l. si stipulatus fuerim §. cum stipul. nu. 9. ff. de verb. obligat. l. si ex toto nu. 11. ff. de leg. 1. & d. l. qui filiabus. Guido quæst. 469.

## Q U Æ S T I O XXXIX.

### De Conseruatoribus.

#### S V M M A R I V M.

1. De conseruatoris definitione & materiis.
2. Conseruatores quis creet.
3. Qui possint esse.
4. Viuarij & officiales an possint esse conseruatores.
5. Vtrum Canonici Cathedralis.
6. Quibus negotijs se intromittant.
7. Rex excommunicans facientem an comprehendat mandantem.
8. Conseruator datus ad tutelam de quibus cognoscat.
9. 10. 25. An & quomodo cognoscat de circumstantijs notorijs.
11. Quid excipiatur iure factum.
12. Quid si excommunicatus contumax qui non manifeste molestant.
13. An coercere possit in ferentis iniuriam.
14. Quamdiu duret eorum potestas.
15. Stylus hodie in conseruatorijs repugnat iuri.
16. 21. Quid si diuersi recurrant ad diuersos conseruatores.
17. Legati à latere an impediunt conseruatoria.
18. Quid importet clausula præsentib. post quin quæminum minime valituris.
19. 22. Conseruator an delegare possit.
20. Formula conseruatoriarum.
- Bulla conseruatoria Abbatis S. Laurentij Leodensis & Secani SS. Apostolorum Coloniensis.
23. A sententijs conseruatorum ad quos appellatur.
24. An possint inquirere.
27. Quomodo coercere possit ordinarium



28. Legatus habens facultatem cognoscendi de causis appellationum a iudicibus auctoritate S. Sedis delegatis, an possit cognoscere de causis appellationum a conservatore interpositarum.
29. Iurisdic. conservatorum an sit fauorabilis vel odiosa.
30. Conservatores an possint cognoscere in prima instantia.
31. Conservatores deputati pro iniurijs, an cogere possint debitores ad solutionem?
32. Exemptus pendente appellatione recurrenda ad conservatorem an dicatur attentare?
33. Conservator an possit recusari ut suspectus?
34. An possit reponere aduersus suos sententias?

**C**onservator est iudex datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias omnes vel certas iudiciali vtens indagine. Seu conservatores dicuntur delegati contra infringentes priuilegia, *DD. c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Beatus Antonius Archiep. Florent. tract. de excommunicatione cap. 37. num. 3. & per tot. Franciscus de platea tract. eodem §. 57. num. 2. & seqq. Bartholom. Fumus & Angelus in verb. conservator.*

Paulo vero aliter Innocentius, *cap. statuimus de off. deleg. in 6.* his vet bis. Conservatores aliquando dantur vt defendant aliquos contra raptos & prædones, alij dantur contra eos qui aliquorum priuilegia infringunt. Aliquando generalius dantur scilicet vt defendant aliquos ab omnibus iniurijs & offensis, & in nullo prædictorum casuum aliquam habent indaginem conservatores nisi in hoc vt voent eos qui molestatores & iniuriatores dicuntur qui si venerint interrogabuntur an iniurias intulerint etsi eas confessi fuerint tamquam contra manifestos iniuriatores procedent, si vero negent non procedent quia per negationem res fit dubia, l. 3. C. Quibus ad libert. proclam. non licet, etsi processerint non valet tamquam excedens fines mandati quia non sunt manifesti iniuriatores iurisdic. enim conservatorum limitata est tantum contra manifestos arg. l. diligenter ff. mand. cap. cum dilecti de Rescript. nisi tamen iniuria & molestatio adeo esset ex iure factouè notoria, quod non esset locus negationi, quia Hoc casu processus sustinetur cap. tua de cohabit. cler. & mul. er. cap. vestra. 2. quaestio. 1. Ita Innocent. cui addo quæ notauit Fumus, conservatores proprie secundum Archid. cap. 1. de offic. deleg. dicuntur hi qui dantur contra infringentes priuilegia & latius qui dantur vt defendant ab iniurijs & offensis & de his intelliguntur iura loquentia de conservatoribus. Aliquando dantur generalius secundum priuilegia quæ sunt inspicienda vnde priuilegia Sixti 4. Incip. Regimini datur auctoritas fratribus prædicatoribus & Minoribus eligendi quemlibet canonicum vel habentem dignitatem qui possit defendere ab omnibus iniurijs id est

est secundum Archid. ab omnibus quæ sunt contra ius & quod ministret iustitiæ complementum sine strepitu qui multa alia possunt quæ non possent conseruari res, secundum iura allegata hactenus sumus. Porro omnis eorum potestas ex iure pendet & est haurienda ex constitutione Bonifacij VIII. qua loci formam præscribit & omnem solemnitatem ritumque quo coram eis iudicia tractanda sunt, *d. cap. fin. de offic. deleg. in 6.*

Vnde datur nobis occasio quærendi, Primo quis possit eiusmodi conservatores creare? Papam seu Principem posse nemo dubitauerit. *Io. And. petr. de Anchar. ca. potest quis de Reg. Iur. in 6. Francisc. de platea d. tract. de excommunic. §. 57. num. 7.* Item posse legatum de latere tradit Archid. & Francus *cap. 1. nu. 1. de offic. deleg. in 6.* Id tamen merito nonnullis displicuit *tex. auth. vt nulli iudici liceat haberi loci conservatores & Authent. vt iudici siue quoquo suffragio §. nulli quoque & §. interdiximus col. 2. & de Mandat. principum §. eos autem col. 3.* Vnde putauit Io. Andr. quod conservatores tantum per Pontifices concedi possint. *cap. fin. super ver. dictam de offic. deleg. Francisc. de platea d. §. 57. numer. 7. in fine, beatus Anthonius d. cap. 37. numer. 3.* quod approbat Mandosius *tract. de signat. gratia tit. conservatorum vers. Alius à Papa.*

Secundo qui possint esse conservatores? nulli possunt esse nisi sint Episcopi & eorum superiores Abbates vel qui in Cathedralibus vel collegiatis obtinent personatus vel dignitates; Præterea nemo potest esse conservator sui conservatoris nec potest quis habere eum conservatorem qui est sub eius iurisdictione seu dominio vel districtu Ecclesiastico aut temporali exceptis tamen regibus aut reginis *text. d. cap. fin. de offic. deleg. in 6.* Vtrum vero vicarius aut officialis Episcopi possit esse disputat glossa. *Clem. 2. verb. delegatus de Rescript. & fumus, qui cum Gemm. censet quod sic cap. nullus de elect. in 6.* prout etiam priores mendicantium Guardiani qui superiorem in domo non habent *Fumus ubi supra num. 2.* Dubium autem est vtrum canonici tantum cathedrales esse possint? *Specul. videtur affirmare, tit. de Iudice deleg. §. fin. num. 24. Bertrand. conf. 102. nobilis in secundis.* Mandosius tamen dicit quod non consueuerint esse, *tract. de signat. gratia vers. sed quo ad canonicos in fine: quod vero esse possint satis videtur constare ex constitutione Clementis VIII. quæ his subiicitur quam acceptum refero ab eximia eruditionis viro Ricardo Pauli Strauio, qui sane quam laudabiliter totis decem annis operam debuit S. Congregationi Illustrissimorum Cardinalium negocijs Episcoporum & Regularium Præpositorum, quibus summa cum integritate & pari vigilantia à secretis adstitit. Tenor dictæ Constitutionis talis est:*

CLEMENS



**S**anctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Clemens Divina providencia Papa VIII. ne ob malitiosam petentium suggestionem, & ex eo, quodd ob locorum distantiam personarum quibus cause mandantur, certa notitia haud ita facile haberi potest, per Iudices aliquos minus interdum idoneos in conservatores deputatos causas ipsas cognosci contingat, cupiens salubriter providere, revocavit, ac declaravit nullas, inualidas, & subreptitias omnes, & quascumque Iudicum deputationes in literis Conservatorijs iuxta formam in quaterno Cancellaria descriptam, seu alias quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apostolicam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum concessis, & directas ijs conservatoribus, & Iudicibus, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in Constitutione fel. rec. Bonifacij Papae Octavi Praedecessoris sui, quae incipit *Statutum*, quique etiam in Concilijs Provincialibus, aut diocesanis, iuxta Decretum, Concilij Tridentini electi, & designati non sunt ad instantiam quorumcumque Conventuum, Capitulorum, Miliarum, Universitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum quorumvis priorum, tam secularium quam cuiusvis Ord. aut Instituti Regularium locorum quantumvis ex temporum obtentas, cum quibusvis praeservativis, restitutivis, mentis attestativis derogatoriis, efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expellendis, non tamen quoad negotia iam capta, vel quoad ea, in quibus iure sum sunt sortita effectum, seu executionem habuerunt: Ac etiam insuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps literae Conservatoria huiusmodi per Sedem Apostolicam concedenda ad Conservatores, & Iudices dumtaxat dirigantur, qui qualitates iuxta dicti Bonifacij Constitutionem habeant, quique in praefatis Concilijs electi, & designati sint, & non alij, aliter vero expeditae literae praefatae nullas sint roboris, vel momenti. Decernens, &c.

Quaerente Archiepiscopo Turritano an Regulares unius conventus, monasterij, vel Domus aliquem Priorem seu Guardianum, vel quemvis abum quavis dignitate regulari fungentem in saum Conservatorem eligere vel deputare possint. Sacra Congregat. Cardinalium negotijs Regularium praepositorum non respondit. Roma 6. Octobris 1617.

Anth. Maria Card. Gallus locus Sigilli.

F. Thearinus Secret.

6 Tertio de quibus possint se intronittere? Respondeo de notorijs tantum & manifestis iniurijs, in notorijs enim habent iudicalem indaginem. *Innocent d. cap. statuimus num. 1. & 4. de offic. deleg. in 6. Franc. d. cap. 1. nu. 3. vers. vlt.* Secus in aliis alioquin si se minime notorijs causis quae indaginem postulant intermiserent per annum

annum ab officio suspenderentur & pars quae id procuraret excommunicationem incurreret *Nauarr. in Manuali cap. 27. Tit. excommun. libri 6. numer. 135. fol. 923. Fumus verb. Excommunicatio vers. Excommunicatio 85. & text. d. cap. fin. Mandatus in Annalibus casibus numer. 52. casu 181.* In iudice tamen scientia requiritur vel saltem ignorantia iuris seu affectata ut dispositioni Bonif. sit locus *gloss. ibidem, & Beatus Anton. d. 27. in pr. platea d. 8. 57. n. 5.* In parte vero ut ipsamet sollicitet non enim illam incurreret procurator, prout neque ipsa pars si iudex ad ulteriora non processisset.

Nam lex excommunicans aliquem facientem non comprehendit procurantem seu mandantem, nam non debent extendi excommunicationes de vno casu ad alium cum sint stricti iuris, late *Nauarrus d. cap. 27. tit. de excommun. à iure laici num. 51. fol. 872.*

Porro si conservator datus esset ad tutelam non solum cognosceret de manifestis sed etiam de alijs. *Perr. de pal. Fumus d. verb. Excommunicatio 85. in fine.*

Adeo autem debent esse notoria & manifesta ut si per testes probetur iniuriam esse commissam sed non quod fuerit notoria eiusmodi probatio parti non nocebit. *Innocent. d. cap. statuimus numer. 6. vers. sed si per testes,* habent enim conservatores iurisdictionem qualificatam ut procedere nequeant nisi in notorijs, *d. cap. 1. & fin.*

Licet vero inquirere possint de occultis circumstantiis quae sunt accessoria notorio, tamen de occulto facto seu de occultis personis quae sunt quaedam principalia non possunt *Innocent. & DD. ubi supra.* Vnde fit ut si is qui molestationem commisit confitetur quidem illam sed notoriam neget, quod conservator contra illum procedere possit, nam quamvis id non sit notorium facti euidencia, est tamen notorium per confessionem partis *cap. vestra de cohabit. mulier. Innocent. d. cap. statuimus numer. 6. post med. qua in materia quomodo testes dicere debeant ut notorium probari possit tradit Innoc. d. nu. 6. vers. dicunt quidam quod testes. Ant. de Butrio tract. de notorio.*

Quarto quid si iniurians factum quidem fateatur non tamen per iniuriam sed iure & bene factum asserat: Hoc casu conservator iudicalem habebit indaginem non ex vi dispositionis Bonifac. sed consensu partium admittetque probationes utriusque nec enim aliter eius iurisdicatio expediri explicarique posset *Innocent. d. cap. 1. numer. 6. & 7. de offic. deleg. in 6. Beatus Anton. d. cap. 37. numer. 7. platea d. 8. 57. numer. 3.*

Quinto, quid si excommunicet contumacem quem ex post facto constat quidem fuisse iniuriatorem seu molestatorem sed tamen non manifestum an id subsistat: Sunt qui aiunt & qui negant ut est videre apud Innocentium cui propter auctoritatem assentior *d. cap. 1. n. 2. vers. sed quares.*



- 13 Sexto vtrum conseruator punire possit iniuriam nedum illatam sed etiam inferendam? glossa responder affirmatiue cui assentatur Franciscus de platea d. §. 57. numer. 4.
- 14 Septimo quamdiu duret potestas conseruatorum? Respondetur vsque ad obitum concedentis idque quo ad negotia tantum nondum cœpta in ijs enim quæ cœpta sunt res desijt esse integra. Bonif. d. const. cap. fin. Bero. conf. 49. visis num. 20. li. 3. Mandos. d. tract. de signat. grat. tit. de conseruatoria vers. ad li. deberet in fine. Ex quo videtur eos esse iudices delegatos. Alciat. in Rubr. de officio ordinarii num. 18. Fumus ubi supra num. 4. Iason Rubr. Inst. de actio: post num. 14. Mandos. d. tract. de signat. grat. tit. conseruatoria in pr. Licet in nullis differant à iudicibus delegatis, vt est videre in glo. d. cap. fin. in verb. edita de offic. deleg. in 6.
- 15 Octauo num eadem hodie obseruentur? vti que, lex enim semper loquitur l. Ariani C. de hæreticis. Idque nisi nouis diplomatis iuri derogetur quod frequenter fieri testatur Angel. d. verb. Conseruator. nu. 6. in summa, fecitque Concilium Trid. teste Nauarro d. num. 125. sess. 14. cap. 5. de Reform. Mandos. tract. de signat. gratia tit. Conseruatoria vers. an autem ultra præmissa ubi dicit stylum curiæ repugnare iuri communi ideo hoc cap. decretalium de Conseruatoribus parum esse in vsu lute Capucinus in compendio priuilegiarum minorum in verb. Conseruatores.
- 16 Nono quid iuris si singuli recurrant ad suos conseruatores obtineantq; aduersus inuicem inhibitiones censurasue? Certè locus esse debet præuentioni vt ille tantum procedat qui prior fuit aditus & præuentus l. vnic. ff. de offic. Consul. Rom. conf. 412. pro habenda col. 2. decis. pa. 177. Collegium Societatis. Mandosius tract. de signat. gratia tit. Conseruatoria. In pluribus enim in solidum delegatis locus est præuentioni vt ille solus procedat qui præuenit text. cum gloss. cap. cum plures ubi Francus num. 2. de off. deleg. in 6. Nonnunquam tamen ne se mutuo impediunt recurrendum erit ad curiam Rom. vt corrigisse collegio Societatis Iesu contra fratres Augustinenses refert Mandosius iam citatus gloss. d. cap. cum plures ubi etiam textus de off. deleg. in 6. Quod tamen necesse non esset si Conseruatores intra suarum facultatum carceres se continerent iuxta Nauarrum cap. cum contingat. remed. 1. num. 6. de script. qua de re vberius videri poterunt DD. in cap. Cum parati vbi VVames. num. 3. de appellat. Dum disquirunt in concursum plurium superiorum cui potius sit parendum, quo in loco etiam Abbas num. 8. & seqq.
- 17 Decimo, vtrum legati à latere vel ordinarij eiusmodi conseruatores impedire possunt: neququam, sunt enim hæc in delegatione maiores nedum ordinariis sed etiam legatis à latere, cap. 2. de offic. deleg. Petr. de Anchar. conf. 131 nu. 4. vol. 1. Carol. Ruin. Conf. 3. circa illud vol. 4. Bertr. Conf. 102. Nobilis ubi dicit eos esse magnæ dignitatis Mandos. d. tract. de signat. gratia tit. de Conseruator. post. pr.
- 18 Vndecimo, quid importet si quæ hæc clausula in Conseruatoriis, (Et ad quin-

quennium duntaxat) vel, (presentibus post quinquennium minime valituris) Respondeo quod iurisdicção isto tempore elapso finiat etiam quoad cœpta seu inchoata Io. Andr. cap. fin. de offic. deleg. in 6. & in addit. ad Spec. tit. de Iudic. deleg. num. 24. vers. Est secundum, Mandos. d. tit. de Conseruatoria vers. addi deberet; Alioquin enim omnia eiusmodi clausula conseruatoria quod ad negotia saltem cœpta perpetuo durabit l. quæd semel ff. de decret. ab ord. faciend. Liurisperitos, ibi & honor delatus finem certi temporis & loci non haberet ff. de excusat. tut. Ber. d. conf. 49. lib. 3. Mandos. vbi supr.

Duodecimo, vtrum conseruator possit committere vices suas alteri? Speculator tenet quod possit eo in casu quo habet iudicalem indaginem seu causæ cognitionem puta in cognoscendo an iniuria vel offensa sit manifesta; in alijs autem non possit c. fin. de offic. deleg. Spec. d. n. 24. cum ampla addit. Si verò forma Conseruatoriæ esset latior & vberior quam sit de iure communi, tum absolute possit, velut est ea qua dicitur esse Concilij Viennensis, qualis quoque est concessa Episcopo Parmensi. per quam datur facultas conseruatoribus quod etiam in ijs quæ iudicalem requirunt indaginem per se vel alios procedere possint & citare, vsque ad quatuor dietas. A deo quidem vt dispositio iuris communis hac in parte parum sit in vsu teste Mandosio, quippe quod hodie alius sit Rom. curiæ vsus atque stylus. Mandos. d. tit. de Conseruatoria. Spec. in add. t. d. num. 24. in pr. Est enim hodie conseruatoriæ talis vt sequitur forma teste Mandosio.

Beatissime pater supplicat humiliter S. V. deuotus illius orator N. rector Ecclesiæ P. quatenus ipsius oratoris ac dictæ Ecclesiæ omniumque aliorum & singulorum beneficiorum cum cura & sine cura sæcularium & regularium quæ in titulum & in commendam obtinet & in posterum obtinebit indemnitati oportuna providendo aliquos conseruatores dare & deputare qui Ecclesiæ beneficia huiusmodi ac oratorem ipsum aduersus inferentes sibi Ecclesiæ & beneficiis præfatis in fructibus decimis obuentionibus alijsque bonis spiritualibus & temporalibus iniurias molestias iacturas atque damna iuxta formam militantis Ecclesiæ in Canellaria descriptam & cum potestate aggrauandi & reaggrauandi toties quoties opus fuerit ac etiam citandi per edictum publicum quatenus ad citandos tutus non pateat accessus etiam inuocato, &c. ad hoc auxilio brachii sæcularis dare deputate dignemini de gratia speciali constit. & ordin. Apostolicis etiam Bonifac. Papæ VIII. de vna, &c. stilo palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque cum clausulis oportunis & consuetis, & cum absolutione à censuris, &c. Et de conseruatoria in forma vt supra. Et cum potestate citandi etiam per edictum publicum, &c. Et cum derogatione, &c.

Conseruatoriæ Cleri secundarij diocesis Leodiensis forma est vti sequitur.



**N**ICOLAUS Episcopus Seruus Seruorum Dei dilectis Filiis Abbati S. Laurentij extra muros Leodiens. & Sanctorum Apost. Colon. & S. Ioan. Traiectens. Ecclesiarum Decanis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam refrigescente charitate multorum iniquitas adeo abundauit ut quorundam succensa velut ignis, impietas contra Ecclesias & personas Ecclesiasticas tanto validius inflammetur quanto rariores quae eas tueantur contra prauorum incursum inuenit obiectores Nos quibus & debito pastoralis officij insarum Ecclesiarum & personarum sollicitudo curaque incumbit ibi fortius insurgere cogimur ubi impiorum iniquitas magis & periculosus exardescit, sane dilectorum filiorum decanorum & capitulorum singulorumque, Canonico- & personarum collegiarum ciuitatis & dioecesis Leodiensis Ecclesiarum, conuestione, percepimus. Quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi alijque Ecclesiarum Praelari & clerici ac Ecclesiastica persona tam religiosa quam secularis necnon Duces Marchiones, Comes, Barones, Nobiles Milites & laici communia ciuitatum, uniuersitates oppidorum Castrorum villarum & aliorum locorum ac alia singula um persona ciuitatum & dioec. partiumque, diuersarum contra laudabiles consuetudines a tempore cuius contrarij memoria non existit inuolabiliter obseruatum necnon priuilegia inducta exemptiones libertates immunitates & Francis ipsi Decanis capitulis Canonico personis & Ecclesiis in genere vel in specie etiam a sede Apostolica concessa temere uenientes ipsos ac dictarum Ecclesiarum supposita communiter & diuisim eo fortius & grauius impugnare praesumunt ac maiores iniurias molestias & iacturas eis inferre conantur quo per illa sunt donati maiori libertate. Quare pro parte eorundem Decanorum capitulorum Canonico- personarum & suppositorum nobis fuit humiliter supplicatum ut cum eis ualde reddatur difficile pro singulis quarelis ad Apostolicam sedem habere recursum prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curarem. Nos igitur aduersus praesumptores molestatores & iniuriatores huiusmodi ire uolentes eisdem Decanis Capitulis Canonico personis & suppositis remedio subuenire per quod temeritas ipsorum comescatur & aliis aditus committendi similia pracludatur discretionem uestra per Apostolicam scripta mandamus quatenus vos uel duo aut unus uestrum per vos uel alium seu alios etiam si sint extra loca in quibus deputati estis conseruatores & Iudices praefatis Dominis Decanis capitulis Canonico personis suppositis communiter uel diuisim efficacis defensionis praesidio assistentes non permittatis eos uel eorum aliquem contra consuetudines & Francis ac priuilegiorum indultorum exemptionum libertatum & immunitatum huiusmodi formas & tenores a praedictis uel quibusuis alius indebitè molestari uel eis grauamen seu iniurias irrogari facturi, dictis Decanis capitulis Canonico personis & suppositis cum ab eis uel procuratoribus suis aut eorum aliquo desuper fueritis requisiti de quibuslibet molestijs grauaminibus atque iniurijs praesentibus & futuris in illis uidelicet qua Iudiciale requirunt indaginem summarie de plano sine strepitu & figura iudicij in alijs uero prout qualitas eorum exegerit iustitia complementum praesum-

proxi

ptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet & rebelle cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis conditionis praeminentia, uel nobilitatis fuerint quandocumque & quotiescumque expedierit auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam & alia oportuna iuris remedia appellatione postposita comescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papa octauo praedecessoris nostri In quibus cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem & dioecsim nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dictam a fine dioecesis eorundem trahere praesumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate praesentium non trahatur seu quod de alijs quam de manifestis iniurijs & uolentijs ac alijs qua iudiciale requirunt indaginem poenis in eos si secus egerint & in id procurant adiectis Conseruatores se nullatenus intromittant, quam alijs quibuscumque constitutionibus a Romanis Pontificibus tam de Iudicibus delegatis & Conseruatoribus quam personis ultra certum numerum ad Iudicium non uocandis aut alijs editis qua uestra possint in hac parte iurisdictioni & potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare seu si aliquibus communiter uel diuisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi uel excommunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possit per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi ac eorum personis locis ordinibus & nominibus proprijs mentionem & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam praesentibus non expressam uel totaliter non insertam uestra iurisdictionis explicatio in hac parte ualeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in litteris nostris mentio specialis caterum si per summariam informationem super his per uos recipiendum uobis constiterit, quod praesumptorum molestatorum iniuriatorum contradicorum & rebellium atque aliorum de quibus expedierit praesentia monitionibus & citationibus de ipsis faciendis secure uel commode haberi nequeant per edicta publica locis affigenda praebitis & vicinis de quibus sit uerisimilis coniectura, quod ad ipsorum praesumptorum molestatorum iniuriatorum contradicorum rebellium & aliorum praedictorum noticiam peruenire ualeant faciendi plenam & liberam concedimus tenore praesentium facultatem ac uolumus & Apostolica auctoritate decernimus quod monitiones & citationes huiusmodi perinde ardeant ipsos monitos & citatos ac si eis intimata & insinuada personaliter praesentiter legitime extitissent & insuper uolumus & dicta auctoritate decernimus quod quilibet uestrum ualeat prosequi articulum etiam per alium inchoatum quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico praepeditus, quodque a data praesentium sit uobis & unicuique uestrum in praemissis omnibus & eorum singulis ceptis & non ceptis praesentibus & futuris perpetuata potestas & iurisdictionis attributa ut eo uigore eaq. firmitate, possitis in praemissis omnibus ceptis & non ceptis praesentibus & futuris & pro praedictis procedere ac si praedicta omnia & sin-

N 3

gula



gula coram vobis cepta fuissent & iurisdic. vestram ac cuiuslibet vestrum in praedictis unanibus & singulis per citationem vel modum alium perpetua legitime extiteret constitutione praedicta super conservatoribus & qualibet alia in contrarium edita non obstante praesentibus perpetuo duraveris. Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae, Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quarto idus Octobris Pontificatus nostri Anno quinto, signatum supra plicam. Ita est Rizonicus.

**S**IXTVS Episcopus Servus Servorum DEI Dilectis Filijs Abbati Monasterij Sancti Laurentij extra muros Leodenses, & Sanctorum Apostolorum Colonienf. ac Sancti Ioannis Traiectenf. Ecclesiarum Decanis Salutem & Apostolicam benedictionem. Gregi Dominico licet immeriti divina praedestinatione praesidentis circa curam Ecclesiarum omnium solertia reddimur indefessa solliciti ut iuxta debitum pastoralis officij eorum occurramus dispendijs, & proventibus divina cooperante clementia intendamus, dudum siquidem per felic. recordationis Nicolaum Papam quintum praedecessorem nostrum dilectorum filiorum Decanorum & Capitularum singulorumque Canonorum & personarum collegiatarum Civitatis & diocesis Ecclesiarum conquestione percepta quod nonnulli Archiepiscopi Episcopi alijque Ecclesiarum Praelati & Clerici ac Ecclesiastica persona tam religiosa quam saeculares necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & laici communia civitatum universitatum oppidorum castrorum villarum & aliorum locorum ac alie singularis persona civitatis & Diocesis partiumque diversarum contra laudabiles consuetudines a tanto tempore cuius contrarij memoria non existerat ininviolabiliter observatas, necnon privilegia indulta exemptiones, libertates immunitates & Franciscis ipsis Decanis Capitulis Canonis personis & Ecclesijs in genere vel in specie etiam a Sede Apostolica concessa temere venientes ipsos ac dictarum Ecclesiarum supposita communiter & divisim & fortius & gravius impugnare praesumere ac veniores iniurias molestias & iacturas eis conabantur inferre quorum illa erant donati maiori libertate pro parte eorundem Decanorum Capitularum Canonorum personarum & suppositorum eidem praedecessori humiliter supplicato, ut cum eis valde redderetur difficile pro singulis quarelis ad praefatam sedem habere recursum providere ipsis super hoc paterna diligentia curaret; Idem praedecessor vobis vestris propriis nominibus maxime expressis per Apostolicam scripta dedis in mandatis ut vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etiam si essetis extra loca in quibus deputati eratis conservatores & Iudices praefatis Decanis Capitulis Canonis personis & suppositis communiter vel divisim efficacis defensionis praesidio assistentes non permitteretis eos vel eorum aliquem contra consuetudines & franciscis ac privilegiorum indultorum exemptionum libertatum & immunitatum huiusmodi for-

mas

mas & tenores a praedictis vel quibusvis alijs indebite molestari vel eis gravamina seu iniurias irrogari facturi dictis Decanis capitulis Canonis personis & suppositis cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo desuper essetis requisiti de quibuslibet molestijs gravaminibus atque iniurijs tunc praesentibus & futuris in illis videlicet qua requirebant iudicalem indaginem summarie de plano sine strepitu & figura Iudicii in alijs vero prout qualitas eorum exegerit iustitia complementum praesumptores molestatores & iniuriatores huiusmodi necnon contradiutores quoslibet & rebelles cuiuscumque dignitatis status ordinis conditionis praeminentiae vel nobilitatis fuerint quomodocumque & quocumque expediret per censuram Ecclesiasticam & alia oportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo innocato ad hoc si opus foret auxilio brachij saecularis prout in eiusdem praedecessoris litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Decanorum Capitularum Canonorum personarum & suppositorum praedictorum petitio continebat a nonnullis revocetur in dubium an Archiepiscopi & alii praefati inferentes eidem Decanis Capitulis Canonis personis & suppositis molestias iniurias atque damna in bonis mobilibus & immobilibus ad ipsos Decanos Capitula Canonicos personas & suppositis tam ratione Canoniciatum & praebendarum ac dignitatum personatum administrationum & officiorum qua in dictis Ecclesijs obtinent quam altiarum quomodolibet pertinentibus, ipsorum Decanorum Capitularum Canonorum personarum & suppositorum debitores ratione Canoniciatum & praebendarum dignitatum personatum administrationum & officiorum praedictorum & alias etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione coram vobis dictarum litterarum vigore in causam trahi possint & ad Iudicium evocari, atque contra eosdem molestatores iniuriatores & debitores iuxta eorundem litterarum continentiam pro exere & iustitiam ministrare valeatis pro parte Decanorum Capitularum Canonorum personarum & suppositorum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut in praemissis, oportune providere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur praedictam ambiguitatis dubium submovere volentes huiusmodi supplicatione inclinari discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus contra Archiepiscops & alios in dictis litteris expressos inferentes eidem Decanis Capitulis Canonis personis & suppositis iniurias molestias atque damna in bonis mobilibus & immobilibus spiriualibus & temporalibus ad ipsos Decanos & Capitula Canonicos personas & suppositos tam ratione quoruncumque beneficiorum suorum Ecclesiasticorum quam personarum suarum ac alias quacumque & quavis occasione seu causa spectantes & pertinentes, necnon contra quoscumque eorundem Decanorum Capitularum Canonorum personarum & suppositorum etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione debitores alios iuxta litterarum dictarum continentiam atque formam procedatis



& iustitiam faciatis in omnibus & per omnia perinde ac si in eisdem litteris de bonis & debitoribus prædictis plena & expressa mentio facta fuisset non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis necnon omnibus illis que idem prædecessor in dictis litteris voluit non obstare ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Roma apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini, Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio septimo Kalendas nouembrii Pontificatus nostri anno tertio Signatum L. de fulgineo.

**N**Os Decani Ecclesiarum Collegiarum Ciuitatis Leodiensis chartarumque priuilegiarum, immunitatum, exemptionum diplomatum Cleri secundarij Leodiensis in Archiuis apud Sanctum Petrum existentium clauigeri & custodes ad petitionem Reuerendi Patris Abbatis Sancti Laurentij prope & extra muros Ciuitatis Leodiensis factam, quatenus favore iustitie chartas priuilegia immunitates exemptiones & libertates dicti cleri secundarij tangentes & concernentia ac tangentes & concernentes in & ad manus notarij nostri produceremus ad effectum eorundem copiam authenticam obtinenda & illam coram quibuscumque iudicibus & curiis pro defensionibus & tuitionibus suis & monasterij sui contra quasumque personas exhibendi & producendi rogati & requisiti, attendentes huiusmodi requisitionem iustam & rationi consonam, quodque iusta petenti non sit denegandus assensus. Ideo huiusmodi Archiuis nostra accedentes illa apperimus, & iuxta designationem priuilegiarum nostrorum exemptionum & libertatum nobis factam originalia munimenta ex huiusmodi Archiuis desumpsimus atque exinde confectis copiis supra descriptis cum suis originalibus contulimus, & de verbo ad verbum collationauimus atque per notarium nostrum iuratum ex suis originalibus signari, sigillique nostri appensione communiri fecimus & mandauimus sub anno à natiuitate Domini millesimo sexcentesimo mensis Februarij die penultima signatum Ioann. à lapide per Dominos Decanos & clauigeros supradictos notarius.

**21** Decimo tertio, insurgit dubitatio ex prædictis si monasterio habenti membrum diuersis diocæsis dentur Conseruatores in diuersis locis; An iniuriator possit vno conseruatore præsentem infra dietam trahi coram alio dummodo non ultra quatuor dietas? Quam quæstionem vide disputatam apud Ioann. Andrez, in addit. ad Spec. dicto num. 24.

**22** Decimo quarto, An subdelegare possunt, his qui iure, quidem delegati esse possunt, sed tamen Conseruatores esse non possunt. vide Io. And. in d. add. ad Spec. num. 24. vers. tertio dubitatur.

**23** Decimo quinto, an sententiis conseruatorum appellari possit ad metropolitani vel legatum? minime, nec enim etiam eiusmodi consuetudo valeret, Petr. de Ancharano Conf. 131. in Christi nomine in primo dubio addit. ad Abbatem c. 1. n. 1.

de offic. legati Mandos. ubi supra. quippe quod conseruatores sunt longe maiores atque digniores legatis vt dictum est hoc eodem capite, num. 17. Abb. d. cap. 1. num. 1. in add. vide infra nu. 28.

Decimo sexto, vtrum conseruator possit via inquisitionis procedere? vtrique tenet Io. Andrez his verbis. Delegatus etiam datus super violentijs & iniurijs illatis alicui monasterio potest per viam inquisitionis procedere. Io. And. in d. addit. ad spec. num. 25. Licet enim conseruator datus in fauorem Ecclesie, collegij vel vniuersitatis nequeat communi iure cognoscere nisi de notorijs, iniurijs, tamen si pars neget iniuriam esse notoriam, conseruator poterit super hoc summarie inquirere cognoscere ac desuper pronunciare. glo. cap. 1. de offic. deleg. in 6. & cap. sui eodem lib. tex. & glo. cap. cum persona de priuileg. in 6. cap. 1. de pœnis in 6. ubi & glo. Abbas siculus conf. 62. vol. 2. Boerius tract. de potest. legati à latere numer. 59. vol. tract. 14. fol. 174.

In argumentum eiusdem rei est, quod si simpliciter alicui certa & specifica forma rescribatur, Nihilominus delegatus admittere debet exceptiones rationabiles quamuis rescriptum nullam exceptionum faciat mentionem. tex. cap. ex parte, ubi Abb. & Felin. de officio delegati Boerius d. tract. num. 59. & 60. accedit Felinus dicens quod si iudex sit datus super facto notorio, poterit de eiusmodi præparatorie cognoscere vtrum scilicet sit notorium nec ne Fel. cap. super litteris num. 20. & num. 32. de Rescript.

Decimo septimo, quomodo cohibere poterit ordinarium iurisdictionem suam in exemptum exercentem? Pœnis censurarum & excommunicationum DD. d. c. 1. de offic. del. in 6. cap. si iudex de sent. ex com. in 6. not. Mysing. cent. 6. obser. 7. Incidere enim turbatores exemptionum seu iurisdictionis Apostolicæ sedis in censuras Bullæ Cœnæ Domini inferius tradidimus. lib. 4. cap. 75.

Decimo octauo vtrum si legatus habeat in suis facultatibus potestatem vt habet nunc Antonius Episcopus Vigiliarum rescribendi & cognoscendi de causis appellationum interpositarum à iudicibus authoritate sanctæ Sedi delegatis, poterit ne appellationes à sententijs conseruatorum delegare? Posse videtur quia delegatorum sanctæ Sedis nomine comprehenduntur conseruatores, cap. 1. de offic. deleg. in 6. Nauar. conf. 3. nu. 1. de off. deleg.

Veruntamen melior est opinio sententiarum quod committere non possit. Neuis. conf. 35. Ratio est quia conseruatores ad vniuersitatē causarum deputari magis ordinarijs quam delegatis comparantur, VV. smesius conf. 181. n. 4. tit. de appellat. glo. cap. in causa verb. delegatus de appellat. Quemadmodum sacram congregationem definiti esse refert Nauar. d. conf. 3. nu. 2. Id ipsumque basius explicatum est apud Neuisanum, d. conf. 35. videatur Vantius de Nullit. sent. tit. coram quo nullitas proponi numer. 17.



29 Decimo nono, Situe iurisdic. conferuatoria fauorabilis aut odiosa? Odiosam esse & ideo restringendam post glossam, in *Clem. 2. de offic. ord.* scriptum reliquit Nauarrus *conf. 3. n. 3. de off. deleg.* est enim à iure exorbitans ideo restringenda. Quod ipsum infra insinuauimus *lib. 2. cap. 2. nu. 19.*

30 Vigesimo possint ne conferuatores in prima instantia cognoscere? Posse refert Nauarrus, idque se ex sacra congregatione didicisse *conf. 3. numer. 2. vers. 3. de offic. deleg.* vsuque id euenire in Abbate S. Laurentij Leodij quotidie animaduertimus refertque in Francia obseruari Boerius ad consuet. Bitur. tit. 2. §. 3. glo. 4.

31 Cæterum difficultas est quando conferuatores deputati sunt ad cognoscendū de iniurijs an poterunt exēpti cogere debitores suos nō soluentes ad solutionem? Posse affirmant Guido *quæst. 18. in fine* quia per retentionem debiti fit creditori iniuria late *specul. de instrument. edit. §. Nunc vero aliqua de ultimarum voluntatum executoribus versic. de hoc autem quaritur num. 69.* Non posse Alciatus *de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 23. n. 3. §. 4. ex eo* quod iniuria proprie & in specie pro conuicio & cōtumelia accipiatur in genere verò pro eo quod non iure fit *l. 1. lex Cornelia ff. de Iniurijs §. 1. instit. eod.* In rescriptis autem inquit Alciatus verbo accipi debent in specie *cap. Rodolphus de Rescript. præsertim* in materia hac odiosa de qua aliquid supra *num. 29.* frequenterque hætenus tradidimus priuilegiorum verba proprie & strictè esse capienda *not. supra lib. 1. quæst. 4. §. quæst. 14. nu. 6.*

Quid dicendum? Si sequamur ius scriptum, sequenda Alciati sententia quæ firmatur textu expresso in cap. Hac constitutione 15. de off. deleg. in 6. vbi dicitur conferuatores dari vt à manifestis iniurijs & violentijs defendere possint, non autem ad alia quæ iudicalem indaginem exigunt. Ex quo textu facile confunditur opinio Guidonis. Nam si exempti eiusmodi possent suos debitores ex causa ciuili conuenire coram suis conferuatoribus, cum ipsi debitores negant debitum aliasue exceptiones allegant, negatione eiusmodi efficitur res dubia *l. 3. C. quib. ad libert. proslam non liceat Felin. in c. si Clericus laicum num. 2. de foro comp. §. in c. coram de off. deleg.* ac per consequens iudicialis indago requiratur ad hanc suam extenderent iurisdictionem, quod facere prohibentur *per d. c. hac constitutione: ergo cōtra debitores suos ex causa ciuili procedere non possunt.* Secundo confirmatur, quia de iure communi Actor tenetur sequi forum rei *c. si Clericus laicum ibi glo. d. foro. compet. sed* in his conferuatorijs hoc ius commune non derogatur sed tantum conceditur vt huiusmodi conferuatores possint defendere ab iniurijs manifestis & notorijs vt habetur in d. cap. hac constitutione, atque hanc Alciati sententiam nouissimè tenuit Io. Gutierrez *2. lib. 3. pract. quæst. quæstio 9.* vbi etiam respondet argumentis cōtrarijs. Cæterum opinio Guidonis Papæ procedit in conferuatoria Cleri Leodiensis, in qua nominatim conceditur exemptis facultas vocandi in ius suos debitores coram Abbate monasterij S. Laurentij illorum conferuatore, vt ex tenore præ-

scriptæ

scriptæ conferuatiæ per Sixtum Papam concessæ videre est ibi Nos igitur prædictum ambiguitatis dubium submouere volentes per supra sub nu. 20. in hoc asterisco. \* Cui obesse non potest Triden. c. 5. sess. 14. de reformat. vbi litteræ conferuatiæ singularibus personis cuiuscumque dignitatis & conditionis sint & etiam Capitulo concessæ vt ipsi à molestijs & iniurijs super bonis & rebus defendantur sunt sublata in causis criminalibus & mixtis & etiam in ciuilibus si talis persona vel Capitulum Actor existerit; quia Concilium Triden. non est receptum in ciuitate & diocesi Leodienti, & aduersus illud interpositæ sunt protestationes à Clero nimirum illud non aliter acceptari, in ciuitate & diocesi Leodiensi, quam saluis priuilegijs exemptionibus ac quibuscumque laudabilibus consuetudinibus dicti Cleri, quæ protestatio fuit solemniter interposita tempore & in puncto publicationis per viam vocis organum quondam R. Domini Iacobi Vrso dum viueret Ecclesiæ Collegiæ S. Martini Leodiens. decani. Ideoque hic non oberit Concilium: quia constitutiones reformatoriæ Concilij non obligant vbi non sunt receptæ, vt ex Nauarro infra docebimus *quæst. 50. nu. 26.*

Vigesimo primo, dubium se offert vtrū exemptus pendente appellatione à sententia ordinarij recurrēdo ad conferuatore censeatur attentare? Non censeari respōdi in causa Math. vāder Roye contra Reiller qua de re infra dicam *lib. 4. quæst. 91.*

Vigesimo secundo, conferuator, vtrum possit vt suspectus recusari? Non posse respondit Caualcans *decis. 33. n. 15. par. 2. & Io. Faber l. apertissimi vers. Item nec conferuator C. de iudicijs per c. 1. vbi glo. & DD. de offic. deleg. in 6. & Io. Asorius instit. moral. lib. 5. cap. 3. 4. quæst. 11. tom. 2.*

Vigesimo tertio, Possint ne conferuatores sententias à se nulliter latas reuocare siue partes in integrum aduersus ea reponere? Posse videntur rationibus quas simili in materia adtulit Sebastianus Vantius *de nullitatib. sentent. sit. coram quo nullitas proponi debeat n. 17. & seqq.* æquis parari enim conferuatores ad vniuersitatem causarum constitutos ordinarijs supra tradidimus *nu. 28.*

Vigesimo quarto, Quid iuris si cōseruatores falcē suam mittant in messem alienā nimirum iurisdictionem alienā sibi indebitè vsurpando vel impediendo? Respōdeo Molo nodo malū cuneum esse ad aprandū posseque si is qui impeditur sit secularis iudex penes quē legis est actio conferuatori inhibere ne de causis ad seculare suum forum spectantibus sese intromittat *l. Consulta. Diuina. C. de testam. Bened. Rep. c. Raynutius verb. si absque liberis 2. nu. 49 de test. Roder. Gallicus de redditibus l. 1. c. 17. n. 71. Nauar. c. cum contingat rem. 4. n. de rescript. Couar. pract. q. c. 35. n. 3. vers. 2. probatur Menoch de rebus pass. Rem. 3. n. 356. Aufser. de potest. secul. super Eccles. Reg. 1. fall. 14 & 15 & reg. 2. fall. 30. Iosephus Sese de inhibit. & execut. ponit ca. 8. §. 1. nu. 69.*

Diuisim enim Imperium cum Ioue Cæsar habet, vt plenius alio in loco ostēdimus *l. 4. c. 49.* Quid autē si cōseruator sit Immorigerus aut refractarius? Certe poterit



terit Iudex secularis quoslibet tuenda iurisdictionis modos idoneos amplecti quos describit Chassaneus *ad Conf. Burg. Rubr. i. des iustices §. 5. n. 85. & seq.* Et copendios. Matheus VVesembecius *ad parat. ff. si quis ias dicenti in fin.* Sed nonne incongruum est ut secularis iudex qui Ecclesiastico inferior est superiori ius dicat? Minime: *Iosephus Sese Hispanus de inhibiti. & execut. priuileg. cap. 8. §. 4. nu. 30. & seqq. fol. 363.* Hoc enim in casu inferior eo dici non potest, *Ian. Frac. tract. d. potest. seculari super Ecclesiast. Reg. i. fall. 15.* Nec absurdum est ut quispiam vno respectu altero sit inferior & altero respectu sit superior vti bene ostendit Nauarrus *de regular. tom. 3. nu. 2.* Ita enim Diuus Augustinus qua Episcopus censuit se superiorem Diuo Hyeronimo, at vero qua Augustinus inferiorem, *cap. quanquam 2. quest. 7. DD. l. si quando C. de appell.* Et nisi demus iudicem seculari pœnibus edictis hoc est Arrestatione, Captura pignorum, Denegatione audientie, Missione in possessionem, Sequestratione fructuum, Ablatione alicuius rei donec pareatur alijsque modis qui plenius apud VVesembecium *d. loco* describuntur & probantur iurisdictionem suam factam rectam posse conseruare vana ei & inutilis iurisdictione esse posset qua de re inferius tractabimus Eadem ratione censuit dictus Iosephus Sese *vbi supra c. 1. §. 1. in nu. 30* temporalitates Ecclesiasticorum non solum posse occupari cum regiam impediunt iurisdictionem, sed etiam cum ei debitam reuerentiam non exhibent. At vero si conseruator forte Ecclesiasticus temporali Dominio carens ordinariu Ecclesiasticum properam impediat, Nihil obstabit quo minus ordinarius censuris Ecclesiasticis suam iurisdictionem tueatur, *cap. dilecto de sent. excom. in 6. ca. ex parte in Christo de verb. sig. Chassan. d. §. 5. nu. 86.* Eo enim in casu officij sui Cancellus prætergrediens pro priuato habendus est. *Menoch. lib. 2. præf. 67. nu. 13. & 16. Nauar. cap. cum contingat Remed. 4. de rescript. vbi dicit quod ordinarius resistere possit delegato officiu suum excedenti. Sed ita si conseruator eius iurisdictioni subiectus sit nã censuræ aduersus exemptum fulminari nullatenus possunt, Franc. d. cap. dilecto nu. 7. vti probauimus suo loco, lib. 1. quest. 32. nu. 3. & lib. 2. quest. 40. nu. 2.*

Denique, præter hæc antescrpta remedia *vii supra nu. 16.* superunt & alia auxilia de quibus libro quarto dum de censuris competentibus prælatis exemplorum tractabimus.

Sed nonne periculum est ne laicus ita renitens vel manus iniiciens in res conseruatoris Ecclesiastici censuras Ecclesie incurrat quas comminatur *concl. Trid. sess. 25. cap. 20. de Refor. & Bulla Cœnz Domini aduersus temeratores Ecclesie libertatis?* Neutiquam si cum ea cautione procedat quam affatim & ex professo tractat Iosephus Sese Hispanus, *De inhibitionibus & executione priuilegiata cap. 8. §. 2. nu. 5. & 6. fol. 333. & cap. 8. §. 3. nu. 101. & seqq. Salzedo in praxi ad Beridias c. p. 102. litera A Couar. d. cap. 35. Nauar. d. cap. cum contingat Rem. 1. causa is de rescript.*

Qua in re notandum cum dicto Iosepho Sese *d. §. 3. nu. 101. & seqq.* Laico non esse

se permissum ut aduersus Ecclesiasticum procedat per viam iurisdictionis contentiosa sed per viam potestatis politicæ. *Vide Ioseph. cap. 8. §. 3. nu. 101. Osaia ped. dec. 30. vol. 80. Guiteres de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 2. nu. 26 Couar. d. cap. 35. afflict. dec. 27. achilles d. c. 36. de appell.* seu per modum extraordinariæ defensionis ut vim reppellat oppressum subleuet, Ecclesiasticum quod ammodo reducat ad viam iustitiæ & tramites rectæ rationis *Ioseph. d. §. 3. nu. 30. fol. 346.*

An autem quæ à dicto Iosepho Sese allata in alijs terrarum regionibus quam in Hispania in usum deduci possint esto iudicium Ecclesie. Neque enim video qui id possit propter tam aperta excommunicationis Bullæ Cœnz Domini verba, in ordine decima quarta quæ laicis ab Ecclesiasticis oppressis supplicationem duntaxat superiori permittit. Certè laica potestas innocentem quempiam via & modo illicito contra potestatem Ecclesiasticam in causis Ecclesiasticis defendere non potest sine peccato & excommunicationis periculo. Qua de re videatur Gregorius Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis, *lib. 3. cap. 18 pro tot. signanter num. 8.* & alij Bullæ Cœnz Domini excommunicationisue decimæ quartæ commentatores itaque tutior animæ via & Reipub. utilior, si vtrunque arbitri iuris eligantur vel res controuersa superiori referatur id quod ante tetigimus *hac quest. nu. 16. & 21.*

### QUESTIO XXXX.

An Prælati exempti gaudeant priuilegio cap. fin. de pœnitent.

**H**Ostiensis censuit gaudere, in summa de pœnitent §. Cui confitendum verj. *breviter dicitur:* qua de re fusius scripsi infra lib. 4. cap. 35.

### QUESTIO XXXXI.

Episcopi & Archiepiscopi, an immediate sint sanctæ Sedi subiecti?

**S**peciali reseruatione, Episcopi & Archiepiscopi immediate summo Pontifici subijciuntur ut not. Borgasius *tract. de Irregularit. & dispensat. part. 6. tit. quæ possit excommunicare in fin. fol. 345. per not. sex. ap. quamuis 3 quest. 6. cap. frater 16. quest. 1.* Quod sit et superfluum sit inquirere num Archiepiscopus ratione delicti aut contrahus in diocesi Episcopi seu sui suffraganei initi, illius forum sortiatu ad instar æqualis aut maioris qui inferioris iurisdictioni sese subijcere potest qua de re alibi *DD. & tex. l. est receptum ff. iurisd. om. iudic. cap. ego berenga-*



rius de consecr. dist. 2. cap. P. & G. de officio Deleg. cap. nos incompetentes 2. quæst. 7. cap. cum dilectus de elect. cap. fin. de crimine falsi. Id enim hodiernis exemptionum priuilegijs non est receptum eoque iure non utimur. Gomefius ad d. Reg. Cancell. secundâ Borg. sius d. tit. quis possit excommunicare in sine. Adeo ut ne quidem citari possint ad Rom. curiam ex quouis etiam delicto nisi imprimis accedat specialis commissio Pontificis ut sancit bonæ mem. Pius 4. in cõstitutione Incip. de salute gregis anno eius primo facit tex. conc. Trid. ca. 6. sess. 13. de reform. & cap. 5. sess. 24. de reform. Lel. Jordan. tract. de origine Romana sedis per tot. Nauar. cons. 2. nu. 5. de foro compet. Vnde solent teste Flaminio Parisio. tract. de resig. benef. lib. 1. quæst. 10. nu. 40. & seqq. par. 1. causæ Epif. oportu committit alicui auditori rotæ. Quibus autem in casibus Episcopi & alij Ecclesiastici ratione feudorum aut temporalium Dominiorum subfint Imperatori vel principi sæculari vide Andream Gaill & DD. ab eo laudatos. lib. 1. obs. 30. n. 4. & seqq. & nos etiam quædam similia inferius attingimus. lib. 4. quæst. 85.

### QUESTIO XXXII.

An portio exempti accrescat non exemptis?

#### SUMMARIUM.

- |   |   |                                     |  |  |   |
|---|---|-------------------------------------|--|--|---|
| 1. Portio exempti non accrescit alijs quando immunitas data est à principe. | 2. Si vniuersitas eximat quæ est debitorix, portio exempti accrescit cõteris. | 3. Testator eximens unum heredum ab | 4. alio onere eius onus accrescit coheredibus. | 5. Non est verisimile quod Princeps eximat cum damno tertij. | 6. Motus proprius non tollit defectum intentionis Papa. |
|---|---|-------------------------------------|--|--|---|

**P**rinces ab oneribus publicis exemptiones concedere manifesti iuris est. cap. cum instantia de censib. cap. accedentes ubi Abbas col. 3. vers. nunc quero nu. 8. de prescript. Magnæ autem est difficultatis si princeps vel communitas eximit aliquem vtrum non exempti teneantur in solidum ferre onus, quod exemptis incumbat. la.issime Abbas d. ca. accedentes nu. 8. ubi etiam Fel. Albert. Brunus tract. de diminutione conclus. 10. nu. 44. & seqq. vol. tract. 17. fol. 84. col. 3. Pro conclusione distinguendi sunt tres casus. Primus autem Princeps cui census seu onus debetur nonnullos eximit, tunc portio seu quota exemptorum debet detrahi ex censu seu onere principi debito. Nam exemptionis priuilegium vni concessum non debet in aliorum damnum redundare. *hæc auus C. de Emancipat. liber. 1. cum filius de*

de testam. milit. spec. 10. Andr. tit. de censib. §. 1. vers. quid si aliqua communitas tex. l. 1. C. ut nullus ex vicarijs pro alienis vicariorum debitis teneatur lib. 10. Dicitur que cãtro quod id in factu viderit obseruari in l. si vnus ff. de pact.

Nam priuilegia sunt interpretanda in præiudicium principis concedentis non vero in præiudicium tertij cap. cum dilecti de donat. cap. olim de verb. sig. 10. Andr. Bm. & DD. cap. peruenit de immunit. Eccles. Id quod etiam in foro poli censuit Barthol. Fumus verb. priuilegi. m. nu. 8. in aurea armilla his verbis Domini terrarum super orem non recognoscentes non possunt in aliquibus concedere priuilegia super talijs non soluendis nisi tantundem detrahant de solutione sibi fienda à communi aliter iniuriam committunt, grauantes communitates propter aliquot particulares. Quæ confirmat Barthol. l. munerum §. fin. ff. de munerib. & bonomb. loquens quod de iure communi onus deficientium nullus teneatur iurare l. 1. C. de omni agro des. lib. 11.

Secundus casus si vniuersitas seu communitas quæ tenetur soluere censum seu onus superiori est illa ipsa quæ reddit aliquem exemptum, tunc portio exempti accrescit cõteris de vniuersitate glo. ordin. ita tenet l. euacuaris §. 1. C. de decurionib. lib. 10. quæ arguit contra rusticos qui concedunt nonnunquam immunitates v. g. fabrico aut alijs artificibus tenentur enim pro exempto quia factum eorum principi obesse non debet Rom. cons. 252. incip. pro decisione Bald. cap. 2. requiris de appellat. spec. d. tit. de censib. §. nunc dicendum vers. quid si vniuersitas alicuius loci.

Tertius autem agitur de censu seu salario præstando tertio videlicet vniuersitas tenetur soluere salarium præfecto seu potestati interim princeps facit vnam villam communitatis exemptam, ceteri tenebuntur ad integrum salarium potestatis nulla facta diminutione portio exempti Bald. l. ab omnibus ff. de leg. 1. ubi Barth. & Iacob de aret. Petrus de Anchar. Clem. presenti de censibus Barth. l. actores C. de exact. tribut. lib. 10. Non sunt tamen hæc sine difficultate, maxime vero primus casus teste Cardinali, d. Clement. presenti & Bartholem. Bellen. tract. de subsid. charit. quæst. 59. numer. 2. Albert. Brunus tract. de diminit. & deteriorit. conclusionem 10. numer. 44. Inquiunt enim si collectæ debentur ab vniuersitate alicui tanquam superiori si is iure superioritatis eximat aliquos, eic. smodi exemptio singulorum non proderit vniuersitati. Ideo si Pontifex eximat aliquos à charitatuo subsidio vel procuratione legati: Nihilominus cõteri adstringentur non secus quam si vnus heredum eximatur à testatore, alij enim cohæredes pro portione exempti obligabuntur d. l. ab omnibus ff. de leg. 1. ubi DD. Iasus l. vnus ff. de pact. Fel. in cap. accedentes col. antep. vique ad finem ubi etiam Abb. de prescript. Bellez. d. tract. quæst. 59. numer. 2. Brunus d. numer. 44. Quod videtur etiam esse ex mente Barth. l. Fumi hic citati d. verb. priuilegi. m. numer. 8. qui textui superscripto ita subiungit. Si tamen adesset aliqua rationabilis causa

causa



causa propter quam aliqui deberent privilegiari credo quod non peccarent quia causa rationalis tollit iniustitiam si autem imperator Papa vel princeps non recognoscens superiorem hoc fecerit debet seruari & qui se grauari senserint ad superiorem recurrant tales enim qui non recognoscunt superiorem possunt exerce-  
 re ea quae sunt imperatoris *ca per venerabilem qui filij sunt legitims.* Non tamen possunt facere sine rationabili causa aliter peccant contra naturae legem facientes & iustitiam. Ita ille quod certe iustitiae est apprimere cōsonum sed cum mica salis quod si exemptio talis esset quae ceteris notabile damnum generaret debet ea velut privilegium alteri nocium reuocari. *cap. suggestum de decimis Card. d. Clem. praesenti in fin.* Imo possent ceteri non exempti onus recusare & ad Papam seu principem appellare *DD. ubi supra.* Non est enim verisimile quod princeps quosquam eximere velit cum notabili praerudicio ceterorum *arg. l. 2 §. si quis a principe ff. ne quid in loco publi. cap. super eo ubi DD. de offic. deleg.* Ut proinde superflua sit distinctio *Abbat. d. cap. accedentes col. ult.* vtrum exemptio sit data motu proprio an ad supplicationem partis, motus enim proprius non tollit defectū intentionis Papae *Aug. de bellam. decis. 475. incip. praemissa tres Io. Andr. cap. si motu proprio de prabend. lib. 6. Rotam in nouis decis. 108. incip. licet motus proprius Bellens d. quaest. 59. nu. 5.*

### QV AESTIO XXXXIII.

Exemptis monachorum cellis, quid nomine cellarum comprehendatur?

#### S V M M A R I V M.

1. Privilegiorum verba proprie intelligenda.
2. Nisi repugnet mens privilegiantis.

**L**Arga nominis significatione comprehenduntur cellae quae sunt intra claustrum ac extra commune dormitorium, quas Abbas per dispensationem infirmitatis causa concedere potest. *cap. ult. 20. quaest. ult.* Propria vero sunt loca tantum secreta & solitaria quae ab hominum separata conuictu sunt ad contemplandum & deo vacandum specialiter deputata *tex. cap. privilegium de verb. signif. in 6.* Hac in materia proprio & stricto hoc sensu sumenda sunt cellae. *d. cap. privilegium.* ita enim semper vsu venit in privilegij ordinariae potestati derogantibus ut illius verba proprie intelligi debeant. *glo. Clem. 2. de offic. ord. l. mol. & d. m. d. c. privilegium & saepe probatum est supra.* Idque nisi mens & intentio privilegiantis repugnet verbis tum enim intentio est verbis praeferenda *Rom. cons. 20. numer. 1. cons. 180. numer. 10. l. scire oportet §. sufficit ff. d. excusat. tutor.* alioquin certe a verbis non est  
 rece

recedendum late *Franc. cap. 1. §. ex parte numer. 2. cum add. de concess. prabend. de in sexto.*

### QV AESTIO XXXXIV.

Exemptus contra exemptum an utatur privilegio?

**H**ic articulus ad varios casus deduci posset quemadmodum videre est apud doctores dum differunt & multipliciter distinguunt an privilegiatus contra pariter privilegiatum uti possit suo privilegio. *Barth. & DD. Auth. quas actiones num. 3. cum add. C. de sacros. Eccles. Io. Andr. in cap. 1. de iure patr. in 6. cap. in praesentia ubi Abb. col. 12. vers. & quoniam iste articulus item Fel. num. 30. de probat. Barth. l. verum §. item quaritur in 1. not. de minoribus, distincte Franc. in d. cap. 1. §. verum num. 4. de iure patr. in 6. similiter de privilegij retorcutione nihil attinet hic dicere, videri tamen poterit Rebuffus de privilegij scholarium privilegio 178. nu. 3. Loriotus in apicibus iuris tit. de privilegij retorcutione per tot. Quod vero ad decisionem huius quaestionis num. privilegiatus de certo iudice si agat contra pariter privilegiatum quid iuris sit statuendum? vide Io. Andreæ, cap. 1. de privilegij in 6. adde additionem ad spec. de comper. ind. adit. §. 1. n. 16. glo. fin. par. 2. Paucis praualere privilegium rei refert Imbertus *inst. fyrenf. lib. 1. cap. 27.* ac confirmat Peckius in quaestione scholaris Louanienfis contra Duacensem *de iure sistendi ca. 5. nu. 4* quam argumentationem ad has exemptiones duci posse infra non raro tradidimus *v. infra quaest. seq. nu. 5. & passim.* Quo de re etiam Collectarius quem vide distinguentem in cap. cum & plantare num. 10. de privileg. & plenè Seminianum cap. 1. §. & id ipsum numer. 3. eod. in 6.*

### QV AESTIO XXXV.

An exemptus possit esse arbiter?

#### S V M M A R I V M.

1. Edictum de arbitris est permissorium.
2. Exemptus ut sit arbiter cogi ab oratione non potest.
3. A laudo ad quem appellandum.
4. Maius dignum trahit ad se minus.
5. Proportio fori inter exemptos clericos, vassallos, & c.
6. A laudo ad quem appellandum.
7. Dispositio circa metiens an extendatur ad mensum.

P

Edictum



**E**dictum de arbitris est permissorium; quo fit ut exempti quibus nominatim id non prohibetur, arbitri munere fungi possint. *l. cum prator. in pr. ff. de iudiciis* *Blaneus tract. de compromissis quest. 2. nu. 2.* quod enim quibusdam prohibetur id alijs licere & permitti dicendum est *cap. inter corporalia de translat. pralat. d. l. cum prator. ubi glo. in verbo videtur.*

2. Cogi tamen exempti ab ordinario ut perfungantur non poterunt quia ordinarius in exemptos imperium non habet. *l. labeo §. tractemus in fin. ff. de arbitris.* Itaque tunc adeundus erit iudex exemptorum ut eos cogat iuxta insignem doctrinam quam tradit Ioannes Baptista gener Bartholi *tract. de arbitris lib. 5. cap. 7. per rot.* & si plures arbitri diuersos habeant iudices singulorum erunt adeundi. *lo. Bapt. d. ca. 7.* Temperanda autem est hæc principalis conclusio nisi exempti ex adiuncta aut aduentitia quadam qualitate ab arbitrio repellantur, nam si v. g. dispensatores forensium causarum & negotiorum esse non possint. *Blaneus d. quest. 2. nu. 4. Vbertus de bonacursio in suis praludis tit. de impedimentis que impediunt arbitrum iudicare §. plus omnes fere Abbates & §. seq. qualitas illa velut potentior erit attendenda. quaritur ubi DD. ff. de statu homin.*

3. Porro illud hic sub silentio prætereundum non est quod à laudo arbitri exempti & non exempti appellandum sit ad iudicem superiorem exempti cuius ea est ratio, quia exempti sunt auctoritate & dignitate præstantiores ac digniores non exemptis *cap. per tuas ubi glo. de maiorit. & obed. cap. ut Apostolica de præbend. in 6. cap. 1. de concess. præbend. in 6. Rota dec. 12. n. 1. de præbend. in nouis Henric. Botteius de Synodo Episcopi par. 3. nu. 17.*

4. Regulare autem est quod maius dignum trahit ad se minus dignum & causa potentior causam ad se minus potentem *cap. quod in dubiis de consecrat. Ecclesia l. precipimus in fin. vers. Eadem obseruanda Barth. C. de appellat. barbat. cap. super questionum §. si vero ubi DD. de offic. deleg. Præpositus Rubr. de appellat. col. 18. ubi late Blaneus de arbitris quest. 10. num. 15. per d. l. queritur ubi DD. ff. de statu hominum.* Confirmatur argumento à proportionem quod in hac ipsissima materia validum esse potest glossam testatur præfes Euerardi in locis legalibus loco à proportionem circa medium *glo. cap. 1. verb. nunquid ergo & cap. auctoritate verb. non exemptos de priuilegiis in sexto.* Cum enim Analogia sit & proportio in materia fori inter exemptos, Clericos, Laicos, Vassallos, extraneos quibus singulis speciales & singuli sunt deputati iudices fit ut ab vno ad alium efficax argumentatio trahi possit. *v. Felin. cap. cum ordinem numer. 7. vers. modo & numer. 8. in princip. ubi Anto. de Butrio. de Rescript. idem Butrio cap. super literis colum. 25. vers. & per hoc patet eod. tit. Abbas cap. significasti numer. 12. vers. videmus & vers. Item omnes rationes de foro compet. ubi supra cap. 1. numer. 12. infra lib. 2. quest. 4. numer. 6.*

A laudo

A laudo vel sententia iudicis clerici & laici appellari debet ad superiorem clerici *Rebuff. de priu. leg. scholar. Priuileg. 106. numer. 14. & seqq. Barth. 1. §. si quis numer. 13. ff. de appellat. vide supra quest. 26.* Ergo simili in casu idem statuendum est in exemptis, per auctoritates Rebuffi & DD. supra citatorum, quia cum actus attribuitur personis mixtis, qualitas vnus ex mixtis attrahit ad se totum mixtum *d. l. queritur ubi late DD.* Porro ratio præactæ proportionis & Analogiæ est quod quando duo sic se habent quod alterum est metiens alterum mensum lex disponens circa metiens censetur similiter cum eadem est ratio etiam disponere circa ipsum mensum *Dominic. cap. primo colum. 3. vers. sed fallit quinto ubi Franc. numer. 8. vers. nono limita de temporibus ordinand. in 6. Nauarrus in manuali ca. 22. num. 72. vers. ad questionem.* In ijs enim quæ ad inuicem commensurantur idem est iudicium, eademque iuris dispositio *Franc. d. numer. 8.* Quare cum inter præactos sit quædam fori commensuratio ab illis inuicem argumentatio duci potest *DD. ubi supra Nauar. cons. 62 num. 5. de regular. ad instar etiam æquiparatur quorum idem est iudicium dixi infra lib. 4. quest. 54. nu. 4. Caudic. decis. 32 nu. 6. par. 1.*

## Q V A E S T I O XXXXVI.

An possint esse tutores?

### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Opinio affirmatiua.  | diu quocumque tempore.   |
| 2. Datus tutoris spectat ad ordinarium.                                   | 11. Exempti etiam religiosi possunt esse executores testamentorum.           |
| 3. Exempti non sunt de diocesi.   | 12. 13. Compelluntur tamen ad rationes ab ordinario cum quadam distinctione. |
| 4. Paria dicuntur fieri extra territorium vel in loco exempto.            | 14. Argumentum ab executoribus ad tutores.                                   |
| 5. Testamentum factum in loco exempto senensis non censetur factum senis. | 15. Laicus an constituere possit tutores clericos.                           |
| 6. Delegati non possunt tutores qui deleganti non subest.                 | 16. Questio resoluitur cum distinctione.                                     |
| 7. Opinio affirmatiua.  | 18. Episcopus dat tutores laicis personis miserabilibus.                     |
| 8. Voluntaria iurisdicatio qua sit.                                       |  |
| 9. Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.                          |  |
| 10. Voluntaria iurisdictiones possunt expe-                               |  |



19. Si in diocesi non sint idonei an possint imperium.  
nominari exempti. 22. An clerici monachi &c. aut similes fun-  
gi possint tutela.  
20. Ecclesiasticus supplet negligentiam laici. 23. Tutor conueniri debet in foro pu-  
21. Quid si Ecclesiasticus habeat mixtum pilli.

**D** Vbi videtur hęc quæstio pro cuius negatiua videtur esse VVczembecius. In parat. ff. tit. de tutel. nu. 6. dum sic dicit. Qui in dignitate aliqua aut priuilegio sunt vt miles, colonus principis, exempti à iurisdictione & similes quibus adiunctis pupilli conditio deterior futura est, quia pares potentioribus esse non possumus eis tutela delegari prohibetur, ita ille per l. neque l. 4. l. fin. C. qui dari tutores l. 3. ff. de alienat. mat. at. iudic. caus. fact. Datio enim tutoris spectat ad magistratum siue ad ordinarium loci Guill. lib. 1. ob. ser. 1. nu. 48. l. 1. ff. de tutorib. & curat. datus ab his ubi glo. verb. eiusdem tex. l. ius dandi ff. eod. & d. l. neque & l. orior. in apicibus iuris tit. de tutel. axiom. 18. & seq. Faber l. unica in fine ubi & DD. C. ubi perantur tutores, à quo hi adeo sunt exempti vt extraneorum iure censeantur glos. & preses citatus supra eod. lib. cap. 45. nu. 5. non enim dicuntur esse de diocesi siue de territorio loci. Lapis Clem. 2. de priuileg. Fel. & DD. cap. graue de offi. 10. ord. & dixi latius supra quæstione quinta vers. Ad tertium negatur, vsque ad vers. ad postremum Ang. conf. 337. alias 307. quod incipit in causa Clem. 1. de excessib. prel. Anton. de Rosellis tract. de indulgentiis nu. 315. Ideoque argumento à personis ad loca paria dicuntur extra territorium fieri vel in loco exempto. Cald. conf. 14. de foro compet. Ang. conf. 230. Quædam Margareta, vol. 2. DD. d. cap. graue, vnde inquit Ang. Cald. Fel. iam citati testamentum factum in loco exempto senensi non censeatur factum in territorio senensi. Quo fit cum in exemptos iurisdictione ordinarij dantis tutores non extendatur, eis tutelam delegare non possit vt enim dictum est delegari non potest tutor qui iurisdictioni delegantis non subest d. l. 1. & d. l. ius dandi l. neque l. in locum C. qui petant. tutores Barthol. l. etiam municeps ff. de Tutelis glo. l. quæro ff. de testam. tutel. Pro affirmatiua autem adfertur quod in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis exempti possunt sese subijcere ordinario etiam sine venia superioris. Io. Andr. ca. 1. de priuileg. in 6. l. apus cap. cum in illis de temper. ord. in 6. & Clement. attendentes §. ceterum de statu regul. Laudens. Clem. 1. de relig. Brixien. in repert. verb. exemptio col. 1. & 5. Voluntariam iurisdictionem voco quæ à partium mera voluntate dependens iudiciariam cognitionem non requirit nec in inuitum redditur velut manumittere, ad optare beneficia conferre not. l. 2. ff. de offic. prator. & DD. l. actus C. de ferijs ac vt sunt verba Molinei ad consuet. Parisiens. tit. 1. §. 42. num. 11. f. l. 562. Cum agitur (inquit) de tutore aut curatore deputando minori aut agnato furioso vel prodigo, Aut de insinuatione donatione exemptione, veterum instrumentorum vel de

apertu.

apertura & publicatione testamenti aut decreto interponendo in alienatione prædiorum minoris & similibus, in eiusmodi enim voluntarijs viget ordinarij iurisdictione in exemptos. Molin. d. nu. 11. quippe quod tum esset finis & causa priuilegij de qua late dictum est supra capite primo. Ideoque cessante causa priuilegij cessare debet priuilegium l. litia §. vsuras ff. de leg. 2. cap. cum dixi dist. 63. Rom. conf. 180. numer. 7. dixi infra lib. 3. cap. 7. Vnde possint expediri quocumque tempore etiam feriato & ubicumque d. l. actus ubi Bald. & DD. Mol. ubi supra Ant. de Canario tract. de insinuat. instrument. quæst. 6. nu. 14. per tex. l. qui habet §. quolibet loco & tempore curatorem dari posse ff. de Tutelis l. nec man. ante §. dari ubi Barth. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his doct. Abb. cap. cum Ecclesi. nu. 6. de immunit. Eccles. Vantius de nullitate ex defectu ordinarij num. 109. fol. 128. nec in tutore deputando requiritur causa cognitio aut citatio nisi si detur per inquisitionem Barth. l. qui habet §. quolibet ff. de tutel. l. legimus in pr. ff. de legit. tutel. Tirag. Tract. Res inter alius acta num. 87. Confirmatur primo Ratione à simili nam exempti quamuis religiosi possunt esse executores testamenti Fel. sin. n. 6. vers. & add. de foro compet. fol. 44. Fumus verbo executorum 14. Clem. unica ubi Sabarella de testa. 10. Franc. pannus tract. de visitationib. q. 5. secunda pars n. 92. tract. 14. Idem tract. de officio capituli sede vacante q. 7. secunda pars n. 6. vol. tract. 15. Nauar. conf. 1. ne clerici vel Monachi par. 1. Ang. in summa verb. executorum n. 20. hac tamen distinctione quod religiosi cōpellantur ad rationes ab ordinatione, alij vero neutiquam Ang. d. n. 20. Fumus d. n. 14. glc. Clem. 1. verb. tales, ubi etiam Card. n. 12. de testa. Io. Bapt. pavinus d. tract. de potest. cap. sede vacante d. n. 6. Quod tamen Concilium Tridentinum postea temperauit, nam indistincte executores testamenti ad pias causas ad rationem Episcopo reddendam obligantur, sessio. 22. c. 8. de reform. Petr. Brixien. in repert. verb. Exempti si tanquam executores Alphonsus Villagros in speculo visitatorum fol. 32. n. 9. Idque tanquam sedis Apostolicæ delegato, de quo sequenti parte suo proprio capite dicetur, Adhuc si ita in executoribus dispositum est, vt detur ab identitate idem hac in quæstione resoluendum quo ad tutores, & hi enim & illi eisdem quasi legibus constitutionibusque regulantur Ioannes Iacob à Caribus 10. Aldendorp tractatibus de executoribus vltimæ volunt. per tot. Iacob de Arena tract. de commissarijs, Ferrarius in forma libelli ad reddendam rationem tutela §. an executores num. 1. f. l. 306. Confirmatur 2. argumento proportionabili quod est inter clericos respectu iudicis laici & exemptos respectu ordinarij, quod valere diximus supra cap. 45. vers. Idque argumento nu. 5. Nam opinione angel. & al. clarum clericis licet sint sacerdotes dari possant tutores à iudice laico. Angel. §. sed hoc iure n. 3. inst. de attiliano tutore Stepha. Ausrier. tract. de potestate seculari super L. ulsi. st. personis regula 2. num. 28. & regul. 4. nu. 25. massuer. in pract. tit. de tut. re. num. 18. P. o. solutione quæstionis videtur cum mol. neo d. num. 11. distinguendam aut enim exempti vltro sine strepitu iudicij tutelam legitimam suscipiunt.



cipiunt, tunc locus erit opinioni affirmatiuæ glossa l. di. us in verb. vendicare ff. de tutorib. & curat. datis ab his, comparantur enim exempti extraneis qui leg. tima tutela fungi possunt. Datia vero minime. *Cavalcan. de Tutore & Curatore cap. 1. num. 3.* Aut vero tergiuerantur iudicialiter contestando quo caso tutelam euitabunt, retrahentque causam ad suum iudicem. Quæ tamen distinctio non vsquequaque satisfacit omnibus argumentis, Nam licet Angelus & sequaces existiment sacerdotem dari posse tutorem à iudice laico ex quo is habeat Domicilium sub iurisdictione iudicis laici, quippe quod ad hoc ut quis dari non possit tutor, duo copulatiuè requirantur videlicet quod extraneus sit & quod ibi non habeat Domicilium. d. l. neque C. Qui dari tutores possint, Ang. d. §. sed iure num. 3. *inst. de Atiliano tut.* Cæteris tamen longe aliter visum est, volunt enim iudicem sæcularem non posse clerico tutorem constituere, ex quo is, non sit de eius iurisdictione, & vice versa Ecclesiasticum non posse constituere laicum, quia similiter non habet iurisdictionem temporalem nec ius eum cogendi *Fal. er. §. 1. nu. 4. & 5. inst. de Atiliano tutore per l. 1. in fin. l. ius dandi ff. de tutor datis ab his & §. 1. & seq. inst. de attil. tut. Auth. statimimus C. de Episcop. & clericis Barth. l. etiam ff. de tutel. Rol. à valle de inuentariis par. 2. quæst. 16. num. 1. 2. & seqq.* Idque etiam Ecclesiasticus de consuetudine cognoscere posset indistinctè inter laicos de causis ciuilibus, non enim ideo istiusmodi consuetudo trahenda esset ad causas mixti imperij qualis est datio tutoris *Faber. d. §. 1. num. 6. inst. de Atiliano tutor.* Restringendum tamen istud est, i. in miserabilibus personis laicis, eis enim Episcopus indistinctè tutores dare potest, veruntamen non alijs quam suæ iurisdictioni subiectos, *cap. peruenit dist. 86. cap. generaliter 16. quæst. 1. cap. licet dist. 87. cap. Ciprianus 21. quæst. 3. Fumus verb. tutela. n. 2. Ang. eod. verbo in summa. Faber. d. §. 1. num. 5. inst. de Atiliano tutor. Bald. conf. 363. vol. 1. Barth. l. legitimos in fin. cum addit. ff. de legitim. tutorib. Mathias Castrius in annot. ad massuerum tit. de tutore in quæstionibus num. 16 fol. 405. Faber §. minores nu. 2. ubi vide *inst. de excusat. tutorum.**

An tamen miserabiles esse debeant habitu & actu simul an verò satis sit, si sint habitu aut actu tantum, videatur latè Abbas & DD. *cap. significantibus n. 6. de officio delegati DD. l. unica C. quando imper. inter pupillos. & viduam. Faber Auth. pr. subituros C. de Episcop. & clericis.* Porro si iudex quisquis ille sit non habeat sub se idoneos quos ad tutelam munus nominare possit, poterit alium nominare etiam exemptum proprioque eius iudici ut cogat repræsentare. Ita enim Diuus Marcus & Seuerus Proculo rescripserunt in hæc verba l. Diuus ff. de tutorib. & curat. datis. Si quando d. sunt in ciuitate ex quo pupilli oriundi sunt qui idonei videantur esse tutores officium sit magistratum inquirere ex vicinis ciuitatibus honestissimum quemque & nomina præsidi prouinciæ mittere non ipsos arbitrium dandi sibi vendicare, cuius legis dispositio quare in exemptis rationem habere non possit non video, ubi enim

enim eadem est ratio ibi etiam eadem iuris æquitatisque debet esse dispositio, latè præf. loco ab identitate rationis.

Restringo antedicta 2. nisi iudex sæcularis in constituendo tutorem laico sit negligens, tum enim iurdictio seu datio deuolueretur ad Ecclesiasticum. *ca. ex tenore, & cum sit, c. lu. et ubi DD. de foro compet. Faber d. §. 1. n. 5 in fin. rest. de Atiliano tutor.*

Restringo 3. nisi consuetudo tribueret Ecclesiis. mixtū imperiū huiusmodiue cognitionē inter laicos, esset enim obseruanda l. 1. C. de Emancip. li. Faber sup. d. n. 6.

An verò indistinctè clerici in minoribus maioribusue ordinibus Monachi Episcopi & similes possint fungi munere tutelæ testamentariæ legitimæ datiuæ, ne meos Cancellos egrediar videantur DD. *Specul. tit. de tutore Rubr. de impug. tutorū §. General. ter vers. Item opponitur nu. 10. & seq. cum ad lit. Faber & DD. d. Auth. præbiteros Barth. l. legitimos §. si legitimus cū add. ff. de legitimis tutorib. Angel. & Fumus d. verb. tutela n. 2. Abb. c. ex parte de sepult. n. 5. Castrius loco citato DD. §. idem in milite *inst. de excusat. tutor. Faber §. minores quem vide nu. 2. in fine inst. de excusat. tutor. fol. 53. col. 4.**

Quod si tutor nomine pupilli conueniatur adiri debet iudex non tutoris, sed is qui proprius est pupilli, cuius contemplatione conuenitur, *ca. cum deputari ubi Abbas de iudi. & in c. literas de restitut. spoliat. Barth. l. 1. §. sufficit ff. de administ. tutor.*

## QVÆSTIO XXXVII.

Quid iuris si exempti fideiubeant?

### SVMMARIVM.

1. 2. Exemptus non potest esse fideiussor iudicio sisti in contractibus vero p. test.
3. Potest tamen re. usari.
4. Fideiussor exempti conueniri debet coram suo ordinario.
5. Clerici an fideiubere possint.
6. Recipiens exemptum in fideiussorem an variare possit.
7. Fideiussor exempti an debeat discuti ante principalem.

Exemptus fideiussor iudicio sisti esse non potest quippe quod eiusmodi fideiussor esse debeat eiusdem fori quo iudicium agitur, *Barth. l. 3. n. 11. ff. de fideiussorib. glo. l. 1. ff. qui sati. dire cogantur Card. Clem. 1. qu. 8. de censibus Abb. c. 1. n. 2 in addit. & n. 6 de fideiussorib. Samsonius ad cons. Turonens. tit. 1. §. 24. glo. 3. vers. pro fin. l. b. tex. l. 1. ubi DD. ff. si quis in ius vocat. non ierit l. si fideiuss. ubi tex. ff. qui sati. dare cogantur.*

At verò in contractibus esse potest nullo enim iure prohibetur, erubescimus autem sine lege loqui §. consideremus *Auth. de triente & s. misse l. illam in fin. C. de collat. quippe satis est eo in casu fideiussorem sine exceptione conueniri posse, Barth. d. l. 3. numer. 11. in fine Abb. cap. 1. & seqq. de fideiussoribus licet:*



licet certe tunc recusari possit, nam idoneus debet esse non tantum ex facultatibus sed etiam ex conueniendi facilitate *tex l. 2 in pr. ubi glo. ff. qui satisfare cogant. Barth l. qui satisfare nu. 2 ff. de fideiussorib. Iason l. 1. n. 5. ff. si quis caut. iudicio sisti fol. 101. Spec. tit. de satisfactionibus §. dicto nu. 5. ubi loquitur in scholari qui priuilegiatus est*, qualis non potest censeri exemptus qui conueniri aliter non potest quam coram proprio suo iudice *Bertachinus tract. de Episcopo lib. 1. par. 1. quaest. 17. nu. 29. fol. 160. vol. tract. 2. late Francif. Marcus Delphin. decis. 1055 part. 1. Barth. l. 1. numer. 2 ff. si quis in*

- 4 *ius vocatus non ierit*, sicut è contra fideiussor exempti conueniri debet coram ordinario iudice nõ obstante priuilegio exempti siue debitoris principalis *Spec. de compet. iudicis adit §. 1. vers. sed pone Clericus Guido quaest. 562. num. 6. Anfrernus de potestate seculari super Eccl. pers. Reg. 4 num. 26. vol. tract. 14. Mirsing. lib. 2. obser. 5. Bo- uer. sing. cautio nu. 6. qua cautela autem exemptione principalis gaudere possit vide infra lib. 2. quaest. 37. nu. 18.*
- 5 Vtrum verò clerici fideiubere possint & quando est extra hoc institutum, de quo late DD. *cap. 1. & seqq. de fideiussor. Angel. & Fumus in summa verb. fideiussor. Barth. l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit Francus cap. 1. nu. 5. de iniurijs.*
- 6 Similiter quid iuris sit si quis recipiat exemptum in fideiussorem an ex postfacto variare possit vide distinctionem DD. Inter ignorantiam iuris & facti, atque scientiam, *Barth. late in l. qui satisfare num. 6 & seqq. ff. de fideiussorib. fol. 69. col. 4.*
- 7 Postremo notandum est si exempti admissi sint in fideiussorem non erit necessaria illorum excussio in quod fufius apud Vincentium Carocium notatum est *tract. de Excussione bonorum par. 2. quaest. 39. & seqq.* id quod etiam sequenti quaestione obiter attingemus.

### QVÆSTIO XXXVIIII.

An edictum de alienatione iudicij mutandi causa facta vendicet sibi locum in exemptis?

#### SVMMARIVM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Conclusio affirmatiua.                     | 5. Excussio exemptorum non est necessaria.              |
| 2. Exempti censentur alterius iurisdictionis. | 6. Quid in clerico insignis conditionis.                |
| 3. Clericus dicitur potentior ratione fori.   | 7. Res litigiosa facta exemplo non fit de foro exempti. |
| 4. Exempti dicuntur eximij & praelates.       |   |

Vtique

Vtique, Nam subiiciens alteri hominem alterius prouinciae & iurisdictionis si id dolo malo mutandique iudicij causa faciat incidit in hoc edictum, *l. 3. in pr. ff. de alienat. iud. mutandi cum facto Barth. l. 1. item §. fin. ff. eodem DD. C. & in decretal. eod. tit. Diximus autem saepe exemptos censeri alterius prouinciae territorij siue diocesis, quaest. 45. num. 5. A simili idem placuit nonnullis in alienatione facta in Clericum quia Clericus potentior habetur ratione sui fori *Speculat. de cessio. action §. 1. n. 3. vers. ex proxime dictis Barth. l. 1. in fine de alienat. iud. mut. caus. facta Bald l. stipendia nu. 3. C. de procurat. Licet Innocentio aliter visum sit, cap. ex parte ubi Abb. nu. 2. de alienat. iudic. mutandi caus. fact. vide Carocium distinguentem tract. de excussionibus part. 2. quaest. 39. nu. 4. puta in simplici clerico secus vero si praedices sit aut iurisdictione vel dignitate decoratus *Ducennas Reg. 188. nu. 4. Gornes. ad Reg. Cancellar. de surrogandis quaest. 7. Clar. tract. de Emphiteusi qu. 22. in fine Cosar. Cortardus ad l. unicam limit. 1 nu. 99. C. si de moment. possess.***

Confirmatur nostra conclusio, quia exempti dicuntur eximij, ac praecipua quadam nota digni, *cap. per tuas ubi glo. de maior. & obed. dixi supra lib. 1. quaest. 1. nu. 2. qui proinde cum sint potentiores excuti non solent, Apost. ad Abb. cap. 2. de fideiussorib. quod ipsum in alienatione facta in clericum insigni aliqua conditione decoratum, testatur Vincentius Carocius, d. tract. de excussione bonorum par. 2. quaest. 39. numer. 5. Idem responsum est in scholare, minore muliere, cum enim eiusmodi personae sint plurimum priuilegiatae tam ex iure scripto quam statutis ciuitatum ita vt cum eis non sine magna difficultate litigari possit, non erit necessaria eorum excussio *Martius de fideiussoribus n. 302. in fine, Carocius d. par. 2. quaest. 40. per tot. eadem de ciuitate obseruantur, habetur enim instar personarum potentiorum, quia difficulte est conueniendo *Aimo conf. 205. Couard. d. l. mit. 1. num. 102. Anchar. conf. ult. col. 3. vers. Pra-***

7 *terea.* Incidenter inquirendum quid si res litigiosa bona fide in exemptum transferatur, an causa ad illius iudicem remittetur? minime: quae de re videri poterit *papou. in arrestis lib. 12. tit. 2. de vice de litige & choses litigieuses, arrestz. vide infra lib. 2. qu. 16.*

### QVÆSTIO XXXXIX.

An valeat Exemptio surreptitiè obtenta?

#### SVMMARIVM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Distinguendum inter rescripta gratia & iustitia. | 3. Omnia sunt exprimes da principi.                  |
| 2. Exemptio ipso iure nulla per surreptionem.       | 4. Littera beneficiatis priuilegiarum aequiparantur. |

In hoc



**I**n hoc articulo surreptionis, ab omnibus distingui solet inter rescripta iustitiæ & rescripta gratiæ seu priuilegia vt illa surreptione non vitentur ipso iure. Hæc autē quacumq; surreptione etiamsi ex simplicitate proueniat ipso iure vitentur *Abb. Fel. & DD. cap. super luteris de Rescript. Iason l. qui cum se nu. 4. ff. de Re iud. per l. si dubitetur s. ita demum ubi Barth. ff. de fideiussor. Doct. Paris. conf. 4. nu. 26. & seq. par. 2. late Menoch. de arbitr. iud. casu 201. & 202. Fel. in repert. vers. surreptione non dolosa vitiat. priuilegium. Idque etiam est ex mente Rebuffi, qui sic loquitur, In praxi beneficiorum par. 1. tit. differentia inter rescripta, &c.*

Rescriptum seu priuilegium exemptionis si per surreptionem obtineatur, an sit ipso iure nullum? Videtur quod sic ad instar rescripti Auocatorij quod surreptione ipso iure nullum est, quia iudici hic autem Episcopo fit contumelia eo quod euocatur aut eximitur quis ab eius iurisdictione sine sua culpa DD. cap. ex luteris de officio deleg. Fel. cap. ad audientiam 2. fallent. Decima de rescript. Franc. cap. 1. de litis cont. in 6. ita ille. Quod postmodum alij plurimi confirmarunt. *Ant. Milis in repert. verb. Priuilegium redditur fol. 372. & verb. priuilegio fol. eod. Item verb. Gratia siue sit indulgentia fol. 179. Bonacurso in praxi tit. de impedim. qua contra rescripta.*

Vnde omnia exprimenda sunt & de omni eo facienda est mentio quod Principem ad aliter atque aliter concedendum mouere posset, c. constitutus de rescript. c. super litteris c. postulasti c. in nostra ubi *Abb. & Fel. late de Rescr. not. in c. dudum de prebend. in 6. Id quod & alibi tradidimus dum probauimus quod in impetratione rescriptorū iustitiæ aduersus exemptos facienda sit mentio exēptionis infra li. 2. q. 3.*

Confirmatur ex traditis per Mandosium & Doctores ab eo allegatos asserentes, priuilegia & litteras beneficiales quoad nullitatē ex surreptionis vitio inducendā parificari *Innocen. c. cum dilecti de rescript. Abb. c. ad audientiam 2. n. 14. vers. quod autē dixi in litteris impetratis ad beneficia de rescript. ubi etiam Doctores, & ita in speciē decidit Rota prout dec. Guido ben. 87. incip. fuit tentum 19. Decembris Mandosius in signatura gratiæ tit. prothonotarij col. 4. sub finem, exemptionum autem priuilegia iuris odiosi censerī, supra satis à nobis traditum est lib. 1. cap. 4.*

### Q V Æ S T I O XXXXX.

An & quatenus Concilium Tridentinum censeatur derogare Exemptionibus,

#### S V M M A R I V M.

1. A quo tempore incipiat ligare Concilium.
2. Quid si dubitetur de mente Pontificis.
3. Vniuersales presumuntur citius scire consuetudines.

*stitutiones Principum. Lex non ligat nisi duobus publicationem mensibus.*

4. Promulgatio de essentia legis & quare in dubio recepta presumitur.
5. Lex in curia promulgata an liget Prouinciales. Iusta ignorantia excusat.
6. 7. De Stylo Romano lex in curia promulgata ligat omnes. Regula Cancellaria ligat omnes.
7. De iure requiritur publicatio in prouincijs secus de stylo.
8. Lex non recepta an liget.
9. Lex promulgari videtur cum conditione recipiatur.
10. Videtur suspensus esse tantisper effectus legis.
11. Iusta causa excusat ab obseruatione legis.
12. Lex non presumitur recepta.
13. Quid si non recipiatur per ignorantiam.
14. 15. Desuetudo legis.
16. Lex Papæ eneruatur quam Prouinciales ignorant.
17. An sint paria legem reuocari vel non recipi?
18. Semel extinctum non reuiuiscit.
19. Rescriptum ipso iure nullum, & validū sed elidibile differunt.
20. Concilium Trid. quo ad mores non receptum censetur esse in suspensō.
21. Lex ob ignorantiam non recepta ligat statim habita scientia.

**A**Rdua hæc est quæstio: ad cuius explicationem resolutionemque priusquam veniamus non erit abs re si interijciantur aliquod quæstiones non minus utiles quam scitu per necessariz, Quarum prima sit a quo tempore incipiat ligare constitutio, lex, seu Concilium.

Dico 1. constitutionem non ligare ante lapsum tēporis cōstituti à legislatore expresse volentis legē nō ligare ante lapsum certi tēporis sed iā tēper esse in suspensō

22. Obligentur omnes ad obseruantiam Concil. Trid.

23. Pontificis est interpretari Conc. Trid.
24. Concilij Trid. leges non ligant probabiler ignorantes.
25. Ignorantia excusat à pœna legis.
26. Constitutiones reformatoria Conc. Trid. non obligant ubi non sunt recepta.
26. Quanto tempore tollatur lex.
27. Bulla ligant Prouinciales quamuis nō publicentur secus si non recipiantur.
28. Excipitur Cœna Domini.
29. Concilium pro parte receptum pro parte ligat.
30. Quatenus posteriores constitutiones derogent Concilio Trid.
31. 32. Papa solus derogare potest Concilio.
33. In derogatione requiritur specifica mētio.
34. Fallit nisi derogetur ex certa scientia.
35. Quando id fieri censeatur.
36. Constitutio papalis an allegari debeat in iudicio.
37. Constitutio notoria non est alleganda.
38. An instar consuetudinis notoria.
39. Constitutiones papales an afficiant regna temporalia.
40. Auctoritas Regum & Pontificis non est miscenda & confundenda.
41. Pontifex quatenus auctoritatem habet in Principes seculares.



*glo. Franc. in data sexti decret. num. 11. & seq. ubi DD. late Menoch. de arbitr. iudic. casu 186. per tot. Botteius tract. de sinodo art. 3. concl. 1. nu. 1. & seq. Doct. Guynoer. ad prag. sanctionem tit. de conclusione Ecclesie Gallicane §. nos igitur glo. vers. publicatione*, id enim plane à voluntate legislatoris pendet qui si velit legem statim à publicatione ligare viresue fortiri ligabuntur confestim, non modo scientes legis promulgationem *c. cum singula de prebend. in 6. glo. Clem. 2. in verb. ex tunc de hereticis Franc. d. nu. 11. & seq.* sed etiam ignorantes iusta & excusabili ignorantia quo ad irritationem actus licet tamen non quo ad pœnam seu peccatum, *Abb. cap. 2. nu. 7. de constit. ut Felin. & alij glo. in d. Clem. 2. & in data sexti decretal. Puteus decis. 281. li. 1. Guimer. d. glo. in verb. publicatione.*

2 Secunda quaestio si sit dubium ligabitur ne ante duos menses post publicationem Distinguendum est, si sit lex inferioris à principe statim incipiet ligare subditos à tempore scientiæ *Fel. Abb. dec. & DD. d. cap. 2. de const. ita intelligendus est Guimer. ad prag. et. sanct. tit. de concubinarijs in pr. in glo. verb. duos menses*, nullo enim iure cauetur quod vinculum legis inferioris à principe differatur, ergo non est id dicendum, erubescimus enim sine lege loqui *cap. consulisti 2. qu. 4. §. consideremus Auth. de triente & semisse l. illam C. de collat. ad præsumendum autem scientiam hoc in casu* 3 tempus est arbitrarium, ita quod viciniore præsumatur citius alijs id sciuisse. *Abb. d. cap. 2. num. 8. arg. cap. quosdam cap. quanto de præsumpt.* Si vero sit lex veri Principis non videbitur ligare subditos etiam scientes illius promulgationem ante lapsum duorum mensium velut contra Panormitanum Imolam Felinum & Hieronimum à Sorbo Capuccinum qui dicit esse communem opinionem, *in annotationibus ad Bullam de largitione munerum in compendio priuilegiorum minorum Sc. fol. 198.* Concludit insignis Nauarrus sequendo glossam *in data sexti Antoninum & Decium in d. cap. 2. ubi Nauarr. in 1. & 2. lect. Decium cap. 1. num. 19. de post. prælat.* tum quia expresse per Authenticam dispositum reperitur leges non ligare nisi duobus post promulgationem mensibus. *Auth. ut facta noua constituit. collat. 5.* tum quia dilatio duorum mensium conceditur non modo vt legis promulgatio omnibus innotescat, sed etiam ratione paritatis ne vnum incipiat ligare ante alium quod foret occasio rixarū & imparitatis subditorum *Paulus de Leasar. in præm. Clement. §. nunc igitur nu. 41.* 4 tum quia quemadmodum scientia legis lata non ligat ante illius promulgationem ex quo promulgatio perhibeat esse de essentia legis quamuis conciliaris, vt notauit Decius contra panormitanum *d. cap. 2. S. Thomas in 1. 2. quæst. 90. art. 4.* ita paritate scientia legis promulgatæ ligare non debet donec lapsum sit tempus duorum mensium constitutum pariformiter omnibus ad ligandum. Vtrum autem constitutio, in dubio recepta præsumatur tradidimus *infra lib. 4. quæst. 66.*

5 Tertio vtrum lex promulgata in curia Principis liget prouinciales seu subditos in prouincijs degentes post duos menses à tempore publicationis factæ in curia princi-

principis? Pro negatiua est expressa Authentica statuens quod lex noua non obligat prouinciales nisi post duos menses à publicatione in eorum prouincijs facta *d. Auth. ut facta noua constituit. Io. Andr. super data sexti, iure autem Canonico nihil è cōtra dispositum est ergo sequendum ius ciuile, cap. 1. de noui oper. nunt. ubi DD.* Secundo non desunt constitutiones etiam factæ in concilio generali quas Pontifices non voluerunt ligare ante publicationem factam à prælatis *cap. cum infirmitas de penit. & in conc. trid. sess. 24. cap. 1. de Reform.* videretur enim durum quod variæ Bullæ & constitutiones quæ quotidie emanant ligarent post duos menses in extremo orbe habitates. Tertio facit autoritas Caietani in curia versati qui sic scribit. Quod si Romæ noua lex promulgatur & nec curia ipsa curat vt promulgatio ad Ecclesias Cathedralis perueniat, nec prælati qui ibi sunt insinuant suis Ecclesijs accusari nec apud Deum nec apud homines ignorantia possunt absentes nescij, ita ille *in 1. 2. quæst. 90. art. 4.*

Quarto æquitas iuris quæ iuste ignorantes excusat à lege & pœna legis, *cap. 2. de constit. cap. proposuisti dist. 82. v. infra quæst. 7. vers. Nihilominus.* Pro affirmatiua autem quam praxis seruat, imprimis stat autoritas glossæ *in data sexti* sequeretur enim quod sextus decretalium non haberet vim legis varijs in prouincijs in quibus nec publicatus vnquam fuit.

Secundo, cōsuetudo & stylus vrbis habet quod iudices Romani iudicent secundum constitutiones papales promulgatas in locis consuetis, qui stylus habet vim legis, *cap. quam graui de crimine falsi præses in loco à stylo.* Imo multi Episcopi residentes in suis Episcopatibus curant sibi adferri nouas quascumque extrauagantes iuxta quas ad instar iudicum Romanorum causas in suis diocesisibus decidunt, nec male, stylus enim & consuetudo Rom. curiæ obseruanda est etiam in alijs locis inferioribus. *Spec. de appellat. §. officio num. 14. Fel. cap. quoniam §. porro vt lite non contest. Gomez. in præm. reg. Cancell. quæst. 2. Menoch. conf. 257. num. 52. & seq. lib. 3. per tex. cap. sui inst. de fisci dat. Granat. ad vestrium lib. 5. cap. 3. num. 6.*

Tertio Regulæ Cancellariæ ligant in Francia ac vbiuis terrarum quæ tamen non publicantur extra curiam *Cassador. conf. 10. viso processu col. 5. Capell. Tholos. decis. 444 incip. Item fuit quaesitum*, licet vt faciant ius extra curiam debent impetrari à Papa vel Vicecancellario & produci in actis, alias nō ligarent & sententia lata vigore earum esset nulla, vt plena manu ostendit Ioannes à Chokier frater meus in Rub. Regulæ Cancellariæ, cuius commentaria propediem Deo fauente edentur.

Quarto vrget quod S. Thomas dicit *d. 1. 2. quæst. 90. art. 4.* quod subditi absentes à legis promulgatione obligantur, quia illa deuenit vel verisimiliter deuenire potest in eorum notitiam.

Postremo, pro hac conclusione multa adfert Georgius Branden. super concordatis inter S. sedem & nationem germanicam *quæst. 2. numer. 9. quæst. 4. numer. 4.*



7 & seqq. Io. Monachus cap. in generali de Reg. iur. in 6. Imol. in præm. Clem. Berou cap. cogno. centes. nu. 49. & seq. de const. Menochius, de arbitr. iud. quæst. 185. n. 8. & seq. ubi hæc quæstio exacte discutitur.

7 Certè in hoc conflictu opinionum prior opinio negatiua in iure videtur magis fundata quæ maximè obtinet in legibus sæcularibus, at verò posterior in vsu & praxi Romana receptior est & proinde in iudicando sequenda. Conditori enim Canonum velut summo Pontifici & Christi vicario subiecta est omnis creatura cap. decreto 2. quæst. 6. vnde Nicolaus Papa ad clerum Constantinop. Si inquit decreta Rom. Pontificum non habetis, de neglectu & incuria estis redarguendi, si vero habetis & non obseruatis de temeritate estis corripiendi & increpandi, cap. si decreta. dist. 20. late Gregor. Sayrus in Thesaur. Theol. moralis par. 1. lib. 1. cap. 18. nu. 31. & 33. ubi probat afflictiones seu publicationes factas in valuis S. Petri ligare per totum orbem in foro contentioso, licet in foro conscientie aliud sit Angel. in summa verb. excommunicatio 7. casu ult. num. 3. Et ita sacra congregatio respondit Episcopo Leodiensi Concilium Trid. ligare Leodienses licet ibi necdum tunc per Episcopum fuisset publicatum Sac. cong. in declarat. Concilij Trid. in fine fol. 143. Nec in hac conclusione est aliquid iniquum vel durum, nam præsupposita veritate eiusdem provinciales non obligantur ante tempus quod vir bonus seu iudex arbitrabitur esse sufficiens vt illi de quibus quæritur sciant promulgationem, attenta distantia provincie, habitantium Romæ & venientium ad eam & redeuntium ab ea late Menoch. d. casu 185. Nec remoratur Caietanus quia is nescios excusat tantum, non autem eos qui scire possunt aut debent, paria enim sunt scire aut scire debere l. quid res. ff. si cert. pet.

8 Quarta quæstio, An lex non recepta liget? Quod liget mordicus affirmat, ac probare varijs auctoritatibus putat, Georgius Branden. in concordat. germanicæ nationis quæst. 3. & 4. Verum ego libentius adhæreo pio illi & magno Nauarro, in manuali cap. 23. nu. 40. & 41. & 62. vers. decimo & in cons. 1. nu. 23. de constit. & tract. de vsuris quæst. 7. tom. 1. ubi disputat de extrauagante non recepta & tract. de oratione ca. 22. num. 98. Quem plurimi alij non minimæ etiam auctoritatis sequuntur, Flaminus de confidentijs quæst. 11. nu. 19 & seqq. ubi dicit quod legi non receptæ possit contraueniri absque metu poenæ per text. cap. de libellis ubi glo. dist. 20. Barth. l. ult. §. sed cũ antiquitus C. de curat. Furiosi glo. & DD. ca. 1. de Treuga & pace. Petrus Gregorij Syntag. iuris lib. 17. n. 30. late Aufser. rep. cap. 1. not. 10. de offic. ord. Rebuffus super concordat. Rubr. de coll. §. præfatique ordinarij ubi dicit quod Galli non receperunt constitutiones Burfales Papæ Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. per tot. cap. in istis §. leges dist. 4. ubi Dominic. Fel. in c. 1. n. 12. vers. intellige 4. & n. 13. vers. considera secundo de Treuga & pace.

9 Ratio est quia lex promulgata videtur cum conditione si recipiatur saltem per maiorem partem, Nauarr. in Manuali c. 23. n. 41. Dom. Fel. ubi supra estq; id de mente sancti Au-

gustini libro de vera religione his verbis, instituuntur cum promulgatione, firman-  
tur cum moribus vtentium approbantur, sicut enim moribus vtentium contrariū  
nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt ita moribus vtentium ipsæ leges confirman-  
tur &c. Vnde illud Thelesphori Papæ quo decreuit vt clerici generaliter à quinquag-  
gesima ieiunandi propositum susciperent quia moribus vtentiū approbatum non  
est aliter agentes transgressionis reos non arguit. Ita tex. ca. in istis §. leges dist. 4.

Secundo qui tenent peccare illos qui non seruāt à principe legem iuste promul-  
gatam consentent tamen quod si ea non seruetur seu non recipiatur, vidente &  
conniuente superiore quod superior videatur effectum legis suspendere vel tolle-  
re per glo. sing. d. cap. 1. ubi Abb. Felin. & alij de Treuga & pace. Tertio iustam quis vi-  
detur habere causam non seruandi legem quam ab alijs non seruari nec ceptam  
seruari videt. Cum enim lex respiciat vtilitatem communem non videtur legisla-  
tor vnum aut alterum alligare legi quam alij consubditi nō seruant nec seruare in-  
cipiant, iusta autem quæuis causa excusationem præbet non seruatæ legis huma-  
næ. Nauarr. in Manuali d. cap. 23. nu. 43. Archid. in cap. vtinam dist. 76. S. Thomas 1.  
2. quæst. 96. art. 6 & 2. 2. quæst. 147. art. 3. arg. cap. erit autem lex dist. 4.

Postremò eandem conclusionem late confirmat Menoch. in suis præsumptioni-  
bus, lib. 2. præf. 2. per tot. his verbis. Non certè satis est leges fuisse à legumlatoribus  
conditas & promulgatas, nisi & ciues ipsi eas recipiant ac vsu comprobent, nam si  
non recipiantur nec præsentis nec futuros ciues suo adstringunt vinculo quemad-  
modum omnium est sententia in c. 1. De Treuga &c. Dubitari autem (inquit) sæ-  
pe contingit an posteaquam promulgata est præsumatur vsu hominum recepta &  
comprobata. Quia in re vna cum Socino Iun. cons. 32. num. 47. lib. 3. existimarem non  
præsumi vsu fuisse receptam, quandoquidem vsu recipi est quid facti quod nō præ-  
sumitur, in Bello §. facta ff. de Capitijs Menoch. lib. 6. præf. 34. nec aduersatur auctori-  
tas Decij cons. 649. n. 10. Curtij Iun. cons. 129. nu. 12. Gosadini cons. 16. nu. 16. qui videntur  
sentire leges promulgatas præsumi pariter vsu receptas, quia ipsi sine lege sine ra-  
tione sine auctoritate loquuntur. Nec ad rem facit quod inquit Gosadinus legem  
semper esse in viridi obseruantia, l. Arrian. §. cunctis C. de Hereticis, adde ad hunc  
Articulum not. infra lib. 4. q. 66. Barth. l. certa forma nu. 11. C. de iure fisci lib. 10. id enim  
ita verum si in principio fuerit recepta quo casu adhuc in præsentiarum præsumitur  
recepta esse ac in viridi obseruantia late Socin. d. cons. 32. n. 47. Menoch. d. præsumpt. 2.  
qua de re infra lib. 4. quæst. 65.

Quinta quæstio, An lex non recepta ab eā ignorantibus ita eneruetur sicut non  
recepta ab eā scientibus? Pro negatiua scilicet quod lex non eneruetur si ignoran-  
tes eam non recipiant, est quod desuetudo legis non oriatur si casus ei contra-  
rius non occurrat, Ioan. Anar. cap. Ioannes de Clerico coniugato late Felin. d. cap. 1.  
numer. 10. de Treuga. Cum autem ignoratur lex non videtur occurrere



casus in quo ea sit vtendum, Item non recipientes vel obseruantes legem eo quod ignorant non intendunt eam tollere, actus enim agentium non operatur vltra intentionem, nec voluntas fertur in incognitum, *l. non omnis ff. si cert. per. ca. fin. de prob. in 6.* At verò pro contraria sententia nempe quod par sit siue lex per ignorantes non recipiatur, siue per scientes stat vrgens ratio quod iustior sit causa non obseruantiu legem per ignorantiam, quam eorum qui scienter nolunt eam admittere. Præterea ratio enim, lex non recepta non ligat, de quo affatim præcedenti quæstiu ncula dictum est, tam viget in ignorantibus quam scientibus. Nempe quod non sit vsu confirmata, *arg. l. de quibus ff. de legib. D. D. in præcedenti loco.*

15 Ad argumentum contrarium respondemus quod defuetudo quidem seu non vsus legis ignoratæ sine contrauentione non tollit legem ignoratam; sicut in Herma phrodito qui etsi non nascatur intra annos mille Nihilominus tamen stabit vigebitque ratio legis quæritur ff. de statu hom. At negamus quod omnis vsus legis ignoratæ sit absque contrauentione ipsius, & proinde negandum quod non tollatur per defuetudinem ignorantium & vtentium contra illam occurrentibus casibus. Vnde fit quod lex Papæ ignorata per omnes homines alicuius prouinciæ vel maiorem partem eorum qui ea non sunt vsi tempore in id sufficienti contraueniēdo ei in casibus occurrentibus censetur eneruata quo ad illam. *Nauar. conf. 1. nu. 27. vers. ex quo sequitur de constit.*

17 Sexta quæstio, An sint paria legem à legislatore reuocari vel à subditis non recipi? Minimè, quia non sunt paria legem esse latam & promulgatam & conditionē ne liget nisi recepta sit, & legem non esse latam nec promulgatam. Ratio est quia lex nondum recepta potest ex post facto mutata subditorum voluntate sine aliqua alia promulgatione recipi, quia vis eius & substantia durat licet sit in suspenso, At vero si reuocetur opus esset iterata promulgatione, Semel enim extinctū reuiuiscere non potest nisi Autor potens à nouo illud idē producat *l. qui res s. arcam ff. de solut. cap. quam periculosum, ubi glo. 7. quæst. 1.* Simile est non esse paria rescriptum esse ipso iure nullum vel esse validum sed elidibile per exceptionem, *cap. 1. de Rescript. in 6. cap. cæterum extr. 20d.* illud enim nequidem aduersario tacente seu non opponente vires non assumit sed remanet inutile, *glo. com. muniter recepta d. cap. 1.* Hoc verò iuxta communem parte non opponente valet, *DD. d. cap. cæterum & cap. ex tenore dere script. Nauarr. d. conf. 1. num. 28.*

20 Vnde sequitur leges Concilij Trid. nouum ius inducentes non censeri perijsse aut reuocatas licet in quibusdam prouincijs non sint receptæ sed quadantenus tantum suspensas esse statim vires fortituras ac prouinciæ eas receperint *Nauarrus d. conf. 1. num. 29.*

21 Sequitur secundo legem quæ non est recepta in aliqua terra ob ignorantiam eius simul ac habita eius scientia recepta fuerit perinde ligaturam eos qui terram illam

lam incolunt, ac si à principio fuisset recepta quo ad actus prædictam scientiam & receptionem consecutoros *Nauarr. d. num. 29. vers. 2.*

Quæstio septima, Sintne omnes obligati in foro conscientia ad obseruanda decreta Concilij Trid. quæ ad mores & reformationem spectant cum apud eos non fuit promulgata ab ordinariis nec synodaliter in vniuersa prouincia recepta? articulus hic arduus est & difficilis, ideoque cautius in eo procedendum sequendo auctoritatem & vestigia insignis & docti Nauar. *Conf. 1. q. 8. de constit.* Ratio dubitandi (inquit) est quia Conc. Trid. iubet omnia publicari adeo quod nulla specialior potest esse ratio in vno articulo Conc. Trid. quam in alio vt est fess. 24. cap. 1. de Refor. cuius ratio videtur militare in omnibus alijs. Deinde lex promulgata non tamē confirmata obseruatione non obligat vt dictum est *quæst. 2. & 3.* minus videtur obligare quæ ab ordinario neque est recepta neque promulgata neque obseruata. Præterea videmus vniuersales leges diuersimodè obseruari, imo quosdam omnino non obseruari vt est in ieiunijs festis diebus, &c. Itaque respondeo cum eodem *Nauarro d. qu. 8. nu. 32.* determinationem huius quæstionis relinquendam esse summo Pontifici seu sacre Congregationi cuius est proprias leges priuilegia seu Concilia interpretari per not. late inf. a nobis lib. 2. qu. 13. tum quia Pontifex sibi Bulla confirmatoria eiusdem Concilij interpretationem reseruauit. *Pius 4. Anno 1564. 15. Kal. Aug. Anno eius 5.* tum quia glossa vltima in data sexti dixit quod quæstio de tempore à quo incipiat ligare noua constitutio requirat declarationem summi Pontif.

Nihilominus tamen salua interpretatione summi Pontificis dico primo ex *Nauarro d. num. 32. vers. 4.* quod constitutiones Conc. Trid. nouæ siue quæ ius nouum induxerunt non ligant, v.g. polonos in polonia degentes qui eas ignorant probabiliter *Nauarr. in Manuali cap. 23. nu. 25. per cap. turbatur nauicula §. notandi. m. 1. qu. 4. cap. 2. de const. ubi DD. l. magna ubi DD. de verb. sign. Alex. conf. 1. col. 4. vol. 2. Nauar. d. conf. 1. n. 1. & seq. de constit.* ignorantia enim non modo facti sed iuris excusat ab omni pœna extra ordinaria v. *Nauar. conf. 10. n. 4. & seq. de sepult. Sair. tract. sup. cit.*

Dico 2. ex eodem *Nauarro d. vers. 4.* quod dictæ constitutiones Conc. Trid. non ligant eos qui eas sciunt non quidem ea ratione quod illæ non sunt promulgatæ, sed eo quod non sunt receptæ à principio neque per decennium postea. Rationes sunt quas suprascripsi *qu. 4. & 5.* adieci per decennium postea quia ad tollendum vires legis humanæ nondum receptæ sufficit tempus decem annorum si vero fuerit lex Canonica recepta opus sunt 40. anni *Calder. & Imo. cap. 1. de Treuga Nauar. conf. 28. num. 2. de statu monach.*

Dico tertio ex eodem *quæstion. 9. conf. 1. de constit.* quod Bullæ Pontificum v. g. de pœnis non legentium horas de confidentiis, censibus, cambijs, cœnæ Domini &c. publicatæ Romæ ligent prouinciales, v.g. polonos scientes eas Romæ esse publicatas, quod etiam ipse Caietanus præsupponit dum socium excusat *dixi sup. qu. 3.*



adeo quod prouinciales ex defectu promulgationis non excusentur licet ex defectu receptionis excusari possint vt dictum est partim quaest. 3. partim qu. 5. *Nauar. d. quaest. 9. nu. 33.* qua in re notandum tamen quod raro erit locus excusationi quoad Bullam cœnæ, cum enim quotannis repetatur ac processus Bullæ itius feratur potius in modum præcepti quam legis, ac sententia excommunicationis feratur contra eos quos Papa scit nolle eius mandata recipere non potest dici quod ea feratur sub conditione si acceptetur, prout nec eidem Bullæ accommodari quæ quotannis repetitur quæ superius de lege non recepta dicta sunt. *Nauar. d. n. 33. vide inf. n. 35.*

29 Dico quarto legem Concilium, seu constitutionem pro parte tantum receptam pro ea tantum parte quæ recepta est ligare, pro alia verò minimè *Nauar. in Manuali c. 23. num. 62. vers. 10. quod sicut lex & conf. 4. num. 1. de celebr. missar. & conf. 4. n. 4. de iniurijs vti dicit quod pœna non debeat ante sententiam, quia lex non aliter recepta est.*

30 Quaestio octaua, An & quando posteriores Papæ constitutiones censentur derogare Concilio Tridentino?

31 Dico primo Papam pro libitu suæ voluntatis derogare abrogare reuocare posse constitutiones Concilij generalis quæ fidem non concernunt aut vniuersalem statum Ecclesiæ pendent enim omnia concilia ab auctoritate pontificis in hisq; semper eius auctoritas excepta censetur, *cap. significasti de elect. glo. cap. si periculum de elect. in 6. Abb. cap. ex gestis de clericis non resid. glo. cap. statutum de Rescript. in 6. cap. ad nonast. vbi glo. ver. abdicatio de statu regular. ca. post. translationem de Renunt. hostiens. in summa de dispensat. s. vers. aliqui etiam dicunt. Anton. de Rosellis tract. de conf. Rubr. Qualis in causis numer. 8. & passim ubique. Borgasius tract. de irregularit. part. 3. Tit. de dispensatione Concilij generalis numer. 6. & seqq. Felin. in repert. verb. sententia Pape fol. 119. colum. 4.*

32 Dico secundo, solius esse Papæ derogare Conciliis *Felin. ca. 1. n. 24. & 25. de const. qui tamen difficilius contra ea dispensare solet ex quo sunt maiori & firmiori auctoritate roborata. sex. cap. post translationem. ibi alioqui cum durum de Renunt. ca. ex parte de Capell. Monach. Rom. cons. 327. n. 6.* Imo sibi ipsi iniuriam facere dicitur cū decreta sua aut prædecessorum interuertit *text. c. sicca 25. q. 2. ca. quod vero eodem tit. & cap. institutionis Rom. vbi supra nu. 4. cap. iustitiae 25. quaest. 1. Boer. de potest. legati à latere num. 55. & seqq.* adeo quod eiusmodi dispensatio seu derogatio nisi de iuxta eius voluntate constet surreptitia præsumatur *Marsilius s. 7. g. 8.*

33 Dico tertio requiri specificam mentionem & derogationem Concilij alioquin gratia censetur surreptitia *glo. cap. ex parte verb. de quo nulla mentio de Capell. Monach. latere Aton. Milis in repert. verb. Gratia facta contra generale Concilium an censetur Felin. cap. nonnulli numer. 2. & 3. de Rescript. dixi supra cap. 12. numer. 5. maxime si gratia facta sit ad ereces & postulationem alicuius tum cuius taciturnitas*

hinc quod principem difficiliorem reddit ad concedendum inficere solet rescriptum si sit gratiosum ipso iure, si verò ad lites ope exceptionis, *cap. postulasti in verb. de leui non scribimus de Rescript. cap. cum adeo, cap. si proponente eodem Rom. d. cons. 327. nu. 2. dixi hoc eodem capite quaest. 6.*

Quæ tamen conclusio temperanda est nisi eiusmodi concessio emanauerit motu proprio vel ex certa scientia, cuius clausulæ magna vis varijque effectus. *vide ca. simotu proprio vbi D D. de præbend. in 6. late Rom. d. cons. 327. num. 9. & seqq.*

Tunc autem censetur Papa aliquid concessisse ex certa scientia vel cum ipse hoc exprimit in rescripto *glo. Clem. & si principalis de rescr. & in cap. statutum verb. litterarū eod. in 6. per l. Idem vlp. ff. de excus. tut. aut cum in rescripto apponit verbo priuilegij vel Concilij cui vult derogare, cap. penult. de confirmat. vtili vel inutili vbi D D. glo. cap. Pastoralis §. præterea super verb. ex certa scientia de offic. deleg. aut quando dicit se id fecisse cum causæ cognitione. gloss. d. §. præterea Roman. d. cons. 327. num. 7. & 8. qua de re memini me quædam superius tradidisse quæ videri poterunt *libr. 1. cap. 11.**

An autem & quatenus Concilium seu quæuis alia constitutio Papalis alleganda sit reproducendaque apud acta non immeritò dubitari potest. Paucis videtur quod constitutio Papalis sit alleganda & probanda, ad instar extrauagantis quæ reproduci debet apud acta *Alexand. & D D. l. cum pro latis ff. de re iud. Fel. cap. Pastoralis numer. 4. de fide Instr. Cassador. super reg. Cancell. dec. 7. numer. 8. & dec. 12. colum. 1.* legem enim extrauagantem quilibet ignorare præsumitur *Baldus l. leges sacratissima C. de legibus, Aliat. de Præs. Reg. 3. præsumpt. 31. in fine, Menoch. libr. 2. præf. 3. numer. 11.* E contra verò quod non sit necesse decidit in materia Aegidianæ Rota caputa q. 442. Constitutio enim quæ est multum nota in curia non est necessario reproducenda *Felin. cap. 1. numer. 12. vers. secundus casus de re iud. & d. cap. Pastoralis numer. septimo, Cassador. de pensionibus ecc. 2. numer. 6. eum adductis per Guilielmum Mainerum in l. res iudicata numer. 33. ff. de Reg. Juris Mandosius ad reg. Cancell. 28. Idem in Aegidiana decidit Cæsar Contardus aduocatus Rom. ad l. unicam quaest. 2. ad Aegyptianam C. si à moment. poss. fol. 326 impressionis Veneta vide supra num. 28.*

Itaque concidendum est constitutionem multum notoriam non esse opus allegare at vero non notoriam opus esse qua in re inferuent quæ inferius de notoria exemptione notauimus, ad quarum lectionem ne actum agamus satis sit lectorem relegare, *libr. 2. quaest. 6. numer. vigesimo tertio vsque ad numer. trigesimo quarto.*

Similiter quæ traduntur à Doctoribus consuetudinem notoriam non opus esse allegare aut probare, quem articulum præter ceteros Colerus longè lateque persecutus est. *De processibus exemptiuis part. 1. cap. 3. numer. 54. fol. 109. D D. in l. unica*



C. ut que desunt aduoc. part. iudex suppleat. Item quod iudex sequi debeat statutum in iudicando etiam si non fuerit apud acta reproductum, qua in re etiam non infesto v. Bald. d. l. unica.

- 93 Vtrum autem extrauagantes & constitutiones Papales seruandæ sint in regnis quoad temporalia Dominio Ecclesiæ temporali non subiectis, vtramque in partem late disputatur à Nauarro in cap. nouit. de Iudic. Pro parte quidem negante in 3. notabili; pro affirmante vero in 6. notat. Paucis, quatenus sunt Iuris naturalis vel etiam diuini declaratorix aut animæ præiudicium seu spiritualia concernentes, ab omnibus sine discrimine sunt obseruandæ Nauar. in comment. de usuris nu. 106. quæst. 5. ad extrauag. Pij V. vers. omnia tamen, & cons. 1. de foro compet. vbi late Franc. cap. 2. nu. 5. & 6. de arbit. in 6. At vero, si non feruntur circa spiritualia, neque circa ea quæ cõcernunt animæ periculum, vel religionem Christianam, sed circa alia mere temporalia, & profana, eo casu constitutiones in foro Canonico tantum obseruabuntur non autem in foro sæculari Nauarr. d. num. 106. vers. secundo in verbis cum quia glossa per text. & gloss. in cap. 2. de arbit. in 6. & gloss. cap. cum contingat de iureiurand. Quia in eiusmodi merè profanis non est mens Pontificis turbandi Iurisdictionem Regum in temporalis Dominio sibi non subiectorum Nauar. fuse d. notab. 3. Neque etiam id posset uti doctè tradit Francus d. cap. 2. nu. 5. & 6. Nam ut inquit Poëta diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet late Nauarr. d. notab. 3. numer. 23. & seqq. Idque nisi deficiat lex ciuilis, si enim deficiente lege recurri solet ad cõsuetudinem, longè magis ad Pontificiam constitutionem recurri debet, Franc. d. num. 5. vers. 5.
- 40 vbi deficit lex ciuilis: sed cum modo quem dixi. Neque enim confundenda est auctoritas Pontificum, & Regum, cum alioquin turbarentur regna, prouinciæ, & clerus ipse, vt loquitur Ioan. Gerson in tract. de Potestate Ecclesiast. quod accidit ex ignorantia distinctionis potestatis quæ est in S. Pontifice, & quæ à Deo & ab hominibus concessa est & addita. Suis enim terminis ita potestas Ecclesiastica cõercere se debet, vt meminerit sæcularem potestatem etiam apud infideles sua propria habere iura, suas dignitates, suas leges, sua iudicia, de quibus se occupare Ecclesiastica potestas non præsumat vel vsurpet (verba sunt Gersonis) nisi dum redundat abusus potestatis sæcularis in expugnationem fidei & blasphemiam Creatoris, & in manifestam potestatis Ecclesiasticæ iniuriam: tunc enim Ecclesiastica potestas habet Dominium regitium, directiuum regulatiuum & ordinatiuum, qua delatius scribit Pet. Gregorius lib. 7. de Repub. cap. 2. per tot. Illustrissimus Cardinalis Belarminus, alique quamplurimi qui latum huius materiæ campum ad suadorem vique percurrerunt. Nos aliouersum pedem transferemus.

\* \*

\*

PARS

P A R S S E C V N D A.

Complectens materias iudiciales.

Q V Æ S T I O I.

Episcopus an sedere pro tribunali possit in quouis loco suæ diocesis etiam Exempto?

S V M M A R I V M.

1. Sicut Pontifex est dioecesanus totius orbis, ita Episcopus suæ diocesis.
2. 3. 4. 5. Sedere pro tribunali potest quouis in loco, non tamen exempto.
7. 8. Nec exercet Pontificalia in loco exempto.
9. Officialis habens certum tribunal, tenetur reddere iura.
10. Fallit nisi sit in comitatu Episcopi.
11. Item ex rationabili aliqua causa.



VEMADMODVM Pontifex dicitur esse Episcopus siue dioecesanus totius orbis. Troilus tract. de Canonizat. Sanctorum §. sequitur seruandum num. 28. & 29. tex. cap. Cuncta per mundum 9. quæst. 3. Ita etiam Episcopus in assignato sibi Episcopatu siue diocesi quæ ideo dicitur territorium esse Episcopi siue Parochia quod omnes Ecclesiæ locaue illius iurisdictioni curæ & spirituali eius potestati subiiciantur, cap. Cum contingat de foro compet. cap. Cum Episcopus de officio ordin. in 6. cap. omnes Basilica 16. quæst. 7. Selua de beneficio part. 2. quæst. 22. Rebuff. l. pupillus §. territorium vers. & tota ciuitas ff. de verb. signif. A deo quidem vt quouis in loco suæ diocesis pro tribunali sedere ibique iura reddere possit, cap. Cum Episcopus de offic. ordin. in 6. Bertachinus tract. de Episcopo lib. 4. part. 5. num. 70. & 71. vbi pulebra tradit. & quæ sæpe contingunt in factis. Cucchus instit. Iuris Canonici lib. 1. cap. 12. vers. cum Episcopus Bellencin. tract. de charit. subsid. quæst. 3. 2. num. 3. Francisc. Pauin. tract. de visitatione quæst. 5. secunda partis num. 7. Marant. de ord. Iudic. part. 6. in decis. actus primo nu. 78. Idque etiam in sua camera tam per se quam per alium modo tamen locus sit honestus partesque possint adire sine graui eorum incommodo. late Nauarr. Cons. 2. de officio ordin. lib. 1. vbi idem extendit ad Archiepiscopum Pauinus d. num. 7. At vero in loco exempto Episcopus pro tribunali sedere aut iura reddere minime posset. text. d. cap. Cum Episcopus vbi gloss. & glo. Clem. quamuis verbo aut eo de foro compet. vbi Card. num. 20. Brixien. in repert. verb. Episcopus & verb. exemptio. doctè Vantius de nullitate ex defectu iudicis ordin. num. 108. fol. 128. Ratio est quia iudex

R 3

dex



de i. erigere nequit tribunal extra suam diocesim in qua haberetur vt priuatus cap. notandum 2. quest. 3. cap. Episcopum 9 quest. 3. Borgas. tract. de irregularit. parte 6. quest. 3. fol. 352. Vantius d. num. 108. locus enim exemptus & locus extra diocesim siue territorium iudicantur à pari Martin. land. tract. de priuileg. qu. 60. vol. tract. 2. fol. 287.

- 7 Similiter Episcopus in locis exemptis nisi inuitatus mitra vti non potest. ca. Episcopi 7. quest. 1. DD. cap. ex tunc de usu pallij landensi Clem. quamuis de foro compet. gloss. Clem. fin. de privilegijs Brixien. in reperi. verb. Episcopus. Nec quoque generaliter sic disponente Concilio Trident. Pontificalia exercere. Conc. Trid. sess. 6. ca. 5. de Refor. sess. 14. cap. 2. Quæ tamen de Episcopo dixi vt quouis loco suæ diocesis sedere posset restringenda sunt in eius vicario siue officiali cui tribunal seu iudicialis locus est constitutus, isti enim loco ad reddendum iura ascriptus est Zasius l. ius plurimus ff. de iust. & iure Brecheus l. Prouinciales ff. de verb. signif. Caluinus in lexico iuris verbo diocesanus. Quod temperandum est nisi officialis sit in comitatu Episcopi tum enim ibi iura reddet vbi cum Episcopo reperitur Zaf. Brecheus iam citati.
- 11 Secundo restringit Vantius nisi Officiali ex aliqua rationabili causa se ad alium locum decentem trans ferre visum fuerit. Alberic. l. cum sententiam C. de sent. & l. 1. C. de sentent. ex breui. Spec. de sententia §. Iusta vers. Quid si pronunciat. in alta turri Vantius de nullit. ex defectu iud. ordinarij num. 111. vers. nisi ex aliqua. Quæ autem censenda sit rationabilis & à quo pendet ex ijs quæ alibi affatim notantur per doctores Menoch. de arbitr. Iudic. casu 421.

Tertio restringendum est in ordinario qui è sua diocesi expulsus est. Is enim in aliena diocesi petita licet non obtenta licentia subditis suis iurisdictionem administrare poterit Clem. unica de foro compet. Greg. Sayrus in thes. Theol. moral. lib. 2. ca. 31. num. 28. in fin. Denique traditum est quod Episcopus certis in casibus iurisdictionem habens in loca exempta potest in illis officialem deputare Rot. Nouiss. de vis 145. num. 2. part. 2. & latius decij. 796. per tot. part. 1.

## Q V A E S T I O II.

Legatiani iurisdictionem habeant in exemptos?

### S V M M A R I V M.

1. Legati alij sunt missi, alij nati, alij laterales.
2. Quid si Pontifex mittat legatum nudum cum potestate legati à latere.
3. Eiusmodi facultas est partim ordinaria partim extraordinaria.
4. Eiusmodi legatus cognoscere potest de causis appellationum ad Papam inserpositarum.
5. Soli Cardinales propriè sunt Legati à latere.
6. De stylo cur clausula cum potestate &c. soleat.

- soleat adijci.
7. Soli legati à latere iurisdictionem habent in exemptos.
  8. An Papa possit eximere à legatis à latere.
  9. Cognoscere de causis exemptorum est de reseruatjs Papa.
  10. Iure singulari legati à latere cognoscunt de causis exemptorum.
  11. Generalis commissio Papa non extenditur ad maiora expressis.
  12. Generali dispositione clericorum non comprehenduntur exempti.
  13. Exemptio simpliciter data eximit ab omnibus excepto Papa.
  14. Cardinales veniunt appellatione S. sedis.

Quæro secundo, An legati iurisdictionem habeant in exemptos? Hæc questio insignis est & à nostris sparsim & satis perplexè tractata, antequam ad illius resolutionem me accingam, præmitto tres esse species legatorum. Sunt enim legatiani, qui intuitu tantum & contemplatione suarum dignitatum sunt legati sic nuncupati quia confestim ad epta dignitate simul etiam fiunt seu enascuntur legati qualis Archiepiscopus Cantuariensis & Boracensis in Anglia, Remensis in Francia Pisanus in Italia Innocent. & Imola cap. volentes de offic. legati Abbas & DD. c. 1. eod. tit. vbi addit ad Abbat. nu. 1. c. 1. vbi DD. de filiis presbiter. cap. 1. de appell. Franc. ca. 1. n. 3. de offic. leg. in 6. quorum hæc est vis atque potestas vt iurisdictionem habeant in prouincia sibi decreta adiriq; etiam possint per viam querelæ Abb. d. c. 1. not. 2. de offic. leg. Sunt legati missi quales sunt prælati qui mittuntur per Papam ad regendam prouinciam d. c. 1. de offic. leg. in 6. vbi Franc. n. 3. Spec. de legato §. sequitur videre nu. 3. Villadiego tract. de legato part. 1. qu. 3. Sunt tertij speciei legati laterales seu à latere sic appellati quod procedant à latere Papæ quales secundum Rom. curiæ usum soli perhibentur esse Cardinales, c. decreto 2 qu. 6. c. ad eminentiam de sent. ex comm. cap. volentes de offic. leg. Abbas d. cap. 1. numer. fin. de offic. leg. Spec. d. §. sequitur numer. 1. & Villadiego loco iam citato, Nauarr. de datis & promissis pro iust. not. 6. numer. 11. Vnde non immeritò hoc loci inquirendum si Pontifex mittat inferiorem adiectam in eius facultatibus hac clausula CUM POTESTATE LEGATI A LATERE an eiusmodi legatus censetur à latere ita vt iurisdictionem sibi vindicare possit in exemptos? Certè si vis ac potestas huius clausulæ, CUM POTESTATE LEGATI A LATERE primoribus, labris consideretur vide-



videbitur affirmatiue respondendum, quid enim interit an Proconsul an Proconsulari dignitate quis legetur *l. ff. de Tutorib. & Curatorib. datis ab his. VVamesius Conf. 42 nu. 3. de off. legati part. 1. Parisius Conf. 17. num. 3. & seqq. vol. 4.* In omni enim concessione seu dispositione nihil debet esse abundans nihil superfluum quod esset si hæc clausula non conferret legato omnimodam legati de latere potestatem cum id importat vis energia & illius intelligentia quæ superflua esse non debet, sed aliquid operari *Socius Regula 440. & seqq. per l. si quando ff. de iureiurand. & l. vulgata Boer. de potest. legati à latere nu. 68. & 69. vol. tract. 14. fol. 174.* in eaque sententia videtur residere *Nauarr. in cap. cum contingat Remed. 5. num. 2. de rescr. tom. 2.* dum de Reuerendissimo Aloisio Lipomano sic loquitur paria sunt quem esse Legatum Cardinalem & Legatum à latere ac Legatum cum potestate legati à latere vt pulchre determinauit *Decius conf. 149. col. fin. & facit l. in testamento ff. de cond. & demonstr. addens eiusmodi facultatem partim esse ordinariam partim extraordinariam exorbitantes enim quædam clausulæ faciunt eiusmodi Legatum maiorem ordinario Legato *Abb. cap. cæterum col. 5. de iudic. gloss. & Card. Clem. 2. de offic. ord. Vnde (inquit) eiusmodi Legatus potest cognoscere de causis appellationum ad Papam interpositarum. Ita Nauarrus. Cuius sententiam amplectitur & DD. auctoritatibus comprobat Wamesius d. num. 3. Iacobus Philippus Portius conf. 28. num. 6. Paris. conf. 17 num. 3. vol. 4. Fran. Marcus decis. 135. part. 1. Adæquatus enim censetur eodem iure quo is cui adæquatur Paris. d. num. 3. & seqq. ubi latè id ostendit. At vero econtra solum Cardinales Legatos esse à latere tradiderunt alij *Gomes. ad reg. Cancell. de infir. ref. 7. quæst. 3. post pr. Spec. de leg. §. sequitur num. 1. & 2. glo. d. cap. 1. ubi Franc. num. 3. de off. Leg. in 6. Abb. c. 1. num. 8. extra eod. glo. cap. excommunicatus super verb. commissam vers. sed quos dicemus de latere Papa missos eod. tit. ubi Innocent. & DD. Boer. de potest. Leg. à latere num. 12. Concessio enim facta Cardinalibus Legatis à latere non extenditur ad alios Legatos de latere creatos non Cardinales *DD. cap. 1. qui clerici, vel vouentes Roch. tract. de consuetud. num. 323. Nec (inquiunt) idcirco vana erit atque superflua clausula cum potestate Legati à latere. Quippe quod ea stylo curiæ Romanæ consueuerit adijci mandatis Legatorum qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt seu qui ab eo mandatum viuz vocis oraculo receperunt *Gomesius d. quæst. 3. Spec. d. §. sequitur in pr. gloss. d. vers. sed quos dicemus Hostiens. in summa de Legato post pr. Id quod ita inoleuit propter reuerentiam sanctæ sedis cui meritis honor exhiberi non potest. Hanc ob causam solet Episcopis quia curia redeunt ob honorem Pontificis quem tetigerunt & osculati sunt processionaliter obuiari *cap. cum olim essemus de priuileg. Spec. d. §. sequitur post pr. His præmissis concludendum videtur Legatos à latere potestatem & iurisdictionem habere in Exemptos *tex. cap. veniens ubi Franc. de verb. signif. in 6. cap. si Abbatem d. cl. l. in 6. Abb. cap. cum venerabilis num. 3. in fin. cum Apost. de consuet. Felin. cap.*******

GRAUE

*graue n. 3. de offic. ord. Abb. c. 1. n. 8. extra de offic. leg. Rom. conf. 398. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. num. 20. late Parisius conf. 28. nu. 31. & seqq. par. 4. adeo quod Papa si opinio Ioannis Andreæ vera est ab eiusmodi legatis à latere eximere non possit in cap. 1. col. 3. circa med. de priuileg. in 6. allegat. cap. 1. de verb. signif. in 6. seu quod verifimilius est si ab eis eximeret eiusmodi exemptio surreptitia præsumeretur & de falsitate suspecta ac per inaduertentiam officialium Cur. Rom. obtenta *Abb. cap. cum instantia num. 6. de censib. Card. Clem. 1. oppos. 3. eod. tit. Spec. tit. de legato §. superest. vers. sed nunquid nu. 13. ubi id disputat per plures rationes. Quia vt inquit Ioes Monachus Papa eximendo à iurisdictione cuiuslibet ordinarij non videtur eximere à potestate legati de latere *Nauar. de datis, & promissis pro iustitia notab. 4. num. 10. vers. secundo per ea quæ.***

Ratio prima est. quia cognoscere de causis exemptorum est de referuatis Papæ, referuata autem indigent speciali mentione quæ nisi expressim fiat non comprehenduntur sub generali commissione seu mandato legatorum *Fel. cap. graue num. 3. vers. primo de offic. ordin. ca. quoad translationem ubi glo. & DD. de offic. leg. Spec. de legato §. superest num. 13. vers. sed nunquid sub finem. Secunda quia singulare est & speciale quod legatus à latere habeat iurisdictionem in exemptos *d. c. veniens d. c. si Abbatem Abb. Spec. & DD. supra citati ergo in alijs legatis secus est *l. ius singulare ff. de legibus Fel. d. cap. graue nu. 3. vers. secundo. Tertia quia generalis commissio Papæ non extenditur ad maiora expressis seu ad ea quæ speciali nota & fauore digna sunt *cap. sedes de rescript. d. cap. quoad Fel. d. num. 3. vers. sed quia mens Papæ. Exempti autem, sunt eximij & præcipua nota digni *cap. per tuas de maiorit. & obed. ubi DD. cap. ut Apostolica ubi Franc. num. 3. de priuileg. in 6. Cottrius de Synodo Episcopi part. 3. nu. 17.*****

Confirmatur primo quia legati nudi non conferunt beneficia exempta sed legati à latere dixi *infra lib. 4. quæst. 26.*

Confirmatur 2. quia generali mentione clericorum non comprehenduntur exempti prout nec appellatione beneficiorum veniunt beneficia exempta *d. cap. graue cap. si propter de rescr. in 6. cap. ex parte de priuileg. Clem. si de beneficio ubi Card. de prebend. quod eo verius est quo fit maius periculum ne dispositione generali priuilegium exemptionis aut alteretur aut reuocetur *cap. 1. de cens. in 6. Henricus Ferend. ant. in addit. ad Anton. Milit. Priuilegio speciali (inquit) nunquam derogatur per legem generalem nisi de illo fiat mentio dixi supra lib. 1. cap. 9. per tot.**

Postremà quia exemptio simpliciter concessa eximit ab omni ordinario excepto Papa seu S. Sede cuius protectioni seu iurisdictioni exempti subijciuntur *Fel. d. ca. graue nu. 3. Atqui soli legati à latere non autem alij veniunt appellatione sanctæ Sedis *Barbatus cap. actum col. 5. de solut. conf. 12. Incip. difficile est vol. 3. Franc. d. cap. si Abbatem nu. 4. cum addit. de elect. in 6. vt pote qui sint de substantia S. Sedis, seu quod censeantur pars corporis Papæ *Boer. tract. de potest. legati à latere n. 3. & seqq.***

S

Vnde



15 Vnde Felinus reprehendit Abbatem censentem simpliciter Papæ delegatum habere iurisdictionem in exemptos ex eo quod is Papam representet geratque hac in parte vice papæ subuertitur enim eius opinio partim rationibus quas iam attuli partim eis quas adfert Felinus iam allegatus d. cap. graue num. 3. p. r. totum de officio ordinarij.

16 Idque nisi iurisdic. in exemptos speciali commissione legato fuerit delegata. text. cap. si Abbatem in fine de elect. in 6. d. cap. graue Spec. d. §. sequitur n. 13. r. cr. sed nunquid in verbis nisi hoc in suis privilegijs specialiter sit expressum Rom. con. 98. & 400. Incip. in casu quo quaritur nunquid col. 2. vers. cum etiam videamus.

17 Quo sit ut illius diiudicatio pendeat ex inspectione rescripti aut mandati seu ex commissione aut facultatibus legati cap. fin. de usu pallij Spec. d. n. 13. Roerius de potest. legati à latere n. 28. cap. porro de privilegijs tex. cap. excommunicatis in fine de officio legati Spec. d. tit. de legatis §. nunc ostendendum n. 52. in fine vers. legatus igitur.

18 Dubium autem se offert in casibus quibus ordinarius à iure habet delegatam iurisdictionem in exemptos vtrum simplex legatus cum eo concurrat seu an eiusmodi in casibus legatus iurisdictionem habeat in exemptos? eiusmodi casus sunt quamplurimi quos tum ex iure tum ex Concil. Trid. proprio capite referemus infra cap. 45. Cui dubio lapus negatiue respondet cui eodem loco assentitur conceptis verbis Cardinalis. Clement. cum ex eo num. 3. & finali de sentent. excommuni-

19 cat. Idque à ratione & auctoritate tantum cap. studuisti de offic. legati, quo ordinarius in causa sibi specialiter commissa dicitur maior esse legato cui ideo legatus se immiscere non potest quod confirmari posse videtur ex eo quod legati potestas sit extraordinaria, & proinde restringenda teste Guymer. ad pragmat. sanctionem tit. de collationibus §. & quia in glo. verb. formam at vero iurisdic. ordinarijs per quam fauorabilis. Dixi late lib. 1. c. 4. n. 18. & 19. late Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 5. nu. 29. 34. 36. ubi probat iurisdictionem legati esse odiosam.

21 Pro affirmatiua autem opinione videtur esse hæc ratio quod eiusmodi legatus concurrat in sua prouincia cum omni prælato ac ordinario in omnibus causis, quippe quod is sit etiam in sua prouincia ordinarius, Spec. de legato §. nunc ostendendum n. 54. vers. nam & ipse Abbas cap. 1. num. 3. de officio legati. Anchar. cons. 131. cap. 2. ubi D. D. de offic. leg. in 6. Nec obstat ratio & auctoritas allegati cap. studuisti. Quia illud non procedit in ordinario seu legato ad vniuersitatem causarum cuiusmodi est ordinarius in prædictis & similibus per multis casibus teste glossa quam approbat Gondissaluis de Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. numer. 21. tex. & glo. cap. per hoc de hæreticis in sexto. Quem tamen impugnat Io. de Selua censens quod legatus introuidisse se non possit de his quæ Episcopus habet ex delegatione iuris licet enim legatus omnia possit quæ ordinarius, id tamen solum intelligendum est de his quæ Episcopus seu ordinarius potest de iure

iure suo ordinario & proprio, non autem extendendum est ad ea quæ Episcopi opus potest iure delegationis aut aliquo alio iure speciali, Io. de Selua tract. de Beneficio part. 3. quæst. 66. n. 9. 10. & seqq. allegat. Innocent. Clem. cum ex eo de sentent. excommunic. Ideo idem loco eodem concludit quod legatus beneficia conferre non possit quæ ad Episcopi collationem spectant iure speciali siue delegato, cum isto in casu maior & excellentior sit ipso legato per cap. studuisti de offic. leg. cap. sane de offic. deleg. glo. Clement. si de beneficio verb. si ad nos in fine de præbendis.

Ab eadem prorsus ratione emanant quæ alibi fuscè traduntur vtrum capitulum 23 sede vacante succedat Episcopo in iurisdictione à iure vel ab homine delegata id quod nos alibi attigimus satis sit lectori locum indigetasse, videatur, Io. Francisc. tract. de potest. capit. sede vacante par. 1. quæst. 7. §. 10. v. infra lib. 4. cap. 24.

### QVÆSTIO III.

In impetratione rescripti contra exemptum an facienda sit mentio exemptionis.

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. In impetratione rescripti narrandum privilegium.     | 7. Opinio negatiua.                                    |
| 2. Rescriptum vitatur silentio qualitate.               | 8. Praxis lucerna iuris.                               |
| 3. Gratia secunda facere debet mentionem prioris.       | 9. Stylus habet vim legis.                             |
| 4. Narranda omnia qua principem mouerepossent.          | 10. De stylo narranda est exemptio.                    |
| 5. Papa difficilius contra exemptos delegat ordinarium. | 11. Etiam si rescriptum haberes clausulas vniuersales. |
| 6. Rescriptum tacito privilegio fori non va-            | 12. Generali sermone non comprehenduntur exempti.      |
|   | 13. Quid si narretur exemptus qui non est.             |

**H**Æc quæstio, dubio scribendum Marte à doctoribus tractatur: pro illius autem affirmatiua sunt varie rationes. Imprimis enim in impetratione rescripti exprimens est & narranda conditio personæ privilegiatæ contra quam rescriptum impetratur v.g. quod sit persona privilegiata miserabilis, s. holaris, Doctor & c. alioquin enim vitio susceptionis laboraret arg. l. i. ff. de Natalib. restituend. Rebuffus tract. de privilegijs scholarium ubi late de hoc priuil. 91. & in praxi beneficiarum part. 1. tit. differentia inter rescripta gratia & iustitia numer. 6. Felin. & D. D. cap. 1.



ca. cum ordinem ca. ad audientiam de rescriptis Menochius de arbitr. in diu. lib. 2. cent. 3. casu 202. nu. 39. Anton. de tremolis in addit. ad praxim. uberi de Bonacurfo in de exceptionib. contra rescripta §. inuisibilia vero doctrina in verb. tacendi si aude inu. cent. cap. significantibus de offic. delegati Socin. cons. 164. v. i. Bulla col. 1. vol. 2. Ratio est quia rescriptum non vitiatur taciturnitate facti, sed etiam silentio alicuius qualitatibus, tex. cum glo. cap. dilectus filius 1. vbi Fel. nu. 10. de rescript. Card. cons. 141. col. 5. Vbertus de Bonacurfo in d. glossa.

3 Unde dicit allegatus Tremolis gratiam factam super homi. idio secundo non facta mentione gratia obtenta super primo non valere. Guichm. Cugn. l. 3. C. de Episc. audient. l. 1. §. 1. prescriptione in fin. C. si contra ius vel utilit. publicam.

4 Quippe quod ea omnia debeant exprimi quæ principem ad aliter atque aliter seu hoc aut alio modo rescribendum mouere possunt cap. constitutus cap. super literis cap. postulo si cap. in n. str. ubi late Abb. Fel. & DD. de rescript. latissime Menoch. de arbitr. in diu. cent. 3. casu 20 per tot. compostell. d. ca. dilectus post medium. Quod certe præcipua quadam ratione viget in impetratione rescriptorum aduersus exemptos. Etenim non facta mentione exemptionis Pontifex posset alicui causam delegare cui alioquin non delegaret, ac vt vtar verbis Felini. Quia Papa difficilior daret contra exemptos magis vnum iudicem quam alium præsertim ordinarium cui sunt exosi Fel. cap. cum ordinem nu. 7. vers. considera 3. de Rescript. l. m. cap. 1. num. 14. vers. 10. Restringe eod. tit. Hostiensis lo. Andr. Butrio Abbas Imola cap. ex parte 1. de priuilegijs.

6 Confirmatur à simili quia rescriptum contra priuilegium fori eo tacito non valet. Ideoque rescriptum in materia feudali, aut contra scholarem non expressa istius mentione non subsistit, habent enim & feudum & scholares quemadmodum & exempti speciales suos iudices quod exprimi debet in rescripto, Bald. d. cap. cum ordinem vbi Fel. & DD. Rebuff. d. priuileg. 91.

7 E contra vero sunt qui argumentantur non opus esse exemptionis facere mentionem, nempe quod in rescripto contra priuilegiarum impetrato necesse semper non sit de priuilegio meminisse DD. late cap. cum ordinem Innocent. & DD. cap. constitutus eod. Pot. ssumum vero quod tum demum rescriptum censetur surreptitium cum tacetur verum quod iura in rescripti impetratione volunt exprimi Nauar. cons. 1. numer. 5. de const. cons. unico num. 4. & 5. de feudis cons. 9. de consang. & affi. cons. 20. num. 3. de clericis non resid. cuius speciei non est qualitas exemptionis et ubescimus enim sine lege vel auctoritate loqui lilliam in fine C. de collat. quam quidem opinionem Abbas Fel. Imol. Butrio & DD. Hactenus allegati in iure fundatis rem esse censuerunt. Veruntamen postposita illa non est recedendum à priori quam praxis quæ est licerna iuris Rebuffus in l. vrb. in principio ff. de verborum significationibus & longæuus Curia Romanæ stylus qui vim legis obtinet. cap. ex literis de const. cap.

9. quoniam gratia de crimine falsi lo. Staphileus de commissionib. & literis iustitia §. dicendum.

dum est n. 66. vol. tract. 14. fol. 41. Præses loco à stylo. Ita referente Abbate Felino & alijs confirmarunt Abb. d. cap. ex parte 1. nu. 5. de priuileg. Fel. d. cap. 1. num. 14. vers. 10. Restringe d. cap. cum ordinem nu. 7. Hostiensis lo. Andr. Imol. Butrio supra citati Caldeus cap. cum ordinem in fin. de Rescript. Stylus enim Rom. curiæ inquit præfati DD. taciturnitas exemptionis rescriptum officeret atque vitaret.

Amphatur etiam si rescriptum contineret quod vocare posset omnes & quæsi cumque debitores suos nam dictiones illæ vniuersales nõ extendantur ad debitores exemptos qui vigore eiusmodi generalis rescripti vocari non poterint coram ordinario Angl. l. fin. C. sine censu v. l. reliquis Bald. l. legatorem §. qui plura ff. de leg. 2.

Ratio est quia locutione generali quando vertitur aliquod præiudicium exemptionis non comprehenduntur exempti, glo. l. decurionib. C. de silentiarijs lib. 12. Barth. l. sed & posteriore ff. de legib. dixi late supra l. 1. quest. 5. n. 13 14. Quid autem è contra an rescriptum iudicandum sit surreptitium si in eo exemptus narretur qui non est Rescribendo cum Nauarro negatiue cons. 8 per tot. de rescript. quia eiusmodi narratiua enuntiatio causa concessionis non est Nauar. d. nu. 8. Regulariterque rescriptum non vitiatur continens causas partim falsas partim veras dummodo ex veræ sint in quibus Papa se principaliter fundat Rom. cons. 369. lapus alleg. 24. glo. cap. 2. cap. inter cetera cap. olim de rescript.

### QUESTIO IV.

Exemptus an conueniri possit ex l. diffamari C. de Ingenuis & Manu-  
miss. coram ordinario?

### S V M M A R I V M.

1. Quidam putauerunt exemptum conueniendum ex l. diffamari coram iudice suo non vti coram ordinario.
2. Ratio eorum est quia agens ex l. diffamari est actor.
3. 23. Opini. putatiuum exemptum conueniri posse coram ordinario est verior.
4. 24. Laicus contra clericum ex l. diffamari agi coram iudice laico.
7. Diffamatus dicitur agere stimulate & coacte.
8. 16. Exceptionem habens potest eam proponere coram suo iudice.
9. Debitor agit coram suo iudice contra creditorem.
10. Idem in examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam.
11. Idem est iudex preparantis & preparati.
12. Iudex petentis absolutionem à iuramento deandus.
13. Vxor coram suo iudice agit contra maritum.
14. Idem disponitur in fideiussoribus.



15. Idem in publico proclamare.  
 16. 17. Exceptio alia competit stimulationis alia subsistit de per se.  
 18. Aliud est esse actorem, aliud actoris vice fungi.  
 20. Diffamare est tacite ad iudicium pronocere.  
 21. Excommunicatus non agit ex l. diffamari.

mari.

21. Contra ipsum vero agitur.  
 25. Opinio antea tracta limitanda est, si exempti nec active nec passive, hoc est, qui agendo non possunt prorogare iurisdictionem ordinarij.  
 26. Diffamans an in causa principali habeat electionem iudicis.

**S**unt classici Auctores qui sustinent exemptum in casu huius questionis conveniri non posse coram ordinario sed coram proprio iudice exemptorum. Quorum opinio invenitur supremorum tribunalium placitis esse confirmata. *Athenus de afflict. decis. neap. 268 incip. in alia causa fuit. Boerius decis. 255 n. 7. Paris. c. in presentia col. 10. de probat. Deci. conf. 487. in quest. proposita n. 10. conf. 086. magistratus Pyrrhus in fine Castren. Barth. l. in criminali n. 3. C. de iurisd. cuius iud. ubi etiam Barth.*

**E**orum præcipua hæc est ratio quod vocans exemptum conditione huius in ius actoris partes sustinet, quippe quod is voluntarie prior & principaliter agat ac proinde ut est vulgare forum rei exempti sequi debeat. *l. in tribus ff. de iudicij l. libertus à patrono ff. de in ius vocando ubi Barth. Bald. Cast. Alex. Odefredus in l. in presenti C. de his qui ad Ecclesiam confugi cap. si Clericus cap. cum sit genera de foro compet.*

**V**eruntamen non obstante auctoritate & ratione præcedentium sententia aliorum verior est & communior qui censuerunt exemptum in casu huius legis privilegio non gaudere sed conveniendum esse coram iudice ordinario diffamati tamquam iudice competente *Alex. conf. 103. l. 1. ubi proficitur Butrio Abb. imo & alios Fel. c. ea qua in pr. de Re Iudic. c. sin autem col. fin. de testibus Natta Clem. sape col. 36. de verb. sig. Rom. conf. 4 12. pro habenda Areri. conf. 14. col. 8. venio igitur ad tertium Gaill. lib. 1. obs. 9. & seqq. Blarerius in repert. l. diffamari c. 4 n. 2. fol. 85. Contardus c. 5 q. 1. n. 3. Cagnolus n. 9. C. de Ingeniis & manumiss. ubi dicunt hanc opinionem esse communem. Rationes sunt*

**4** multæ & efficaces. Imprimis quia laicus conveniens clericum ex hac lege 10. facit coram iudice suo sæculari, *Alex. d. conf. 103. Boer. decis. 113. Blarerius & Contard. ubi supra* ergo idem itatuendum est in exemptis, quippe quod inter exemptos & clericos, sit quædam similitudo, æqui paratio seu proportionabilis ratio in materia fori prout notavimus sup. *quest. 45. ubi. 1. cui etiam assentitur Felinus ibidem allegatus, æquiparat enim scholares exemptos & Vasallos in eo quod habeant speciales iudices, ideoque æquali similiue iure regulantur. De similibus enim idem est iudicium eademque iuris dispositio quemadmodum late & docte notant massa Galeus tract. de exercit. iur. sperit. lib. 2. numer. 62. & seqq. Præses in locis legalibus loco à finis per l. illud ff. ad l. aquilam, ac ut inquit vlpian. non possunt omnes casus legibus*

bus comprehendi ideo ex similibus ad similia iudicandum est *l. non possunt cum l. seq. ff. de legibus late præses in locis loco à lege cessante.*

**S**ecundo quia diffamatus agens ex hac lege non tam dicitur agere quam excipere. stimulate enim agit provocatus diffamationibus ab ipso diffamatore. *Bald. d. l. diffamari Blarerius d. capite 4. num. 3. Alex. d. conf. 103. Gaill. lib. 1. obs. 9. num. 7. & seqq. Cagnolus ubi supra num. 9. vers. non obstat.* Licet autem diffamatus actor videatur ex quo ipse ad iudicium provocet tamen quia ipse non venit sponte sed coactus diffamationibus attendenda est magis illa efficiens causa, quæ prima est, quam posterior quæ est accidentalit. *arg. l. qui habet in princip. ff. de tutel. Felin. cap. si quis contra col. docte Abbas n. 2. & 3. de foro compet. c. si autem col. fin. in fine de Rescript. & d. c. ea qua in pr. Decius cap. 2. col. 4. de probat. cagnol. d. n. 9.*

**T**ertio quia regulariter exceptionem habens potest adversarius convenire ne inquietetur, idque non coram iudice conveniendi sed coram iudice impetrantis seu eius qui exceptionem sibi competere asserit. *Anton. cap. quinquaginta vers. ad secundum venio de Iure iur. Milis in repert. verb. exceptiones habens Felin. d. cap. ea qua num. 1. post pr. in d. cap. si quis & d. cap. fin. autem DD. ubi supra Barth. l. si societatem §. arbitrorum nu. 18. ff. pro socio l. si finita §. eleganter nu. 3. de Dam. infecto.*

**Q**uarto quia in simili debitor volens pecuniam ad sistendum viuras consignare facere id debet non coram iudice creditoris sed suo qui de causa principaliter cognosceret *Alex. d. conf. 103. Bald. l. acceptam quest. 14. C. de usuris Math. de Afflict. decis. neap. 18. Boer. decis. 114. numer. 9. Iason. l. cum ij §. si prator in fin. ff. de transfact. ubi Barth. & DD.*

**Q**uinto in examinandis testibus ad æternam rei memoriam adiri debet rei iudex etiam si Reus ipse sit ad hoc provocans. *Catell. Cotta in memoria ib. verb. iudex cause preparantis d. dec. neap. 18. Barth. l. si societatem §. arbitrorum nu. 20. ff. pro socio & in d. l. cum ij §. transactio ubi Apost. docte Abb. cap. si quis contra clericum. num. 2. & 3. de foro compet. Ratio quia idem debet esse iudex preparantis qui preparati Felin. cap. cum sit generale num. 4. vers. amplo conclusionem de foro compet. De qua regula vide Fufe Cather. decis. 78. per tot.*

**S**exto qui iuravit solvere viuras forensi, pro absolutione adiri debet iudex penitentiæ absolutionem, non vero forensis quia iurans originaliter est Reus. *lapis allegat. 10. quem sequitur Abbas c. si quis contra clericum n. 2. & 3. de foro compet.*

**S**eptimo facit quoque quod adfertur de spõsa quæ si petit licentiã diuertendi à spõso facere id non debet coram iudice viri sed suo proprio, ex quo coram eo principaliter esset convenienda in causa matrimonij, *Abb. c. ex parte col. 2. nu. 5. de Rest. spõsat. Cui tamen non assentitur Anton. de quo per Abb. d. n. 5.*

**O**ctavo idem respondetur in pluribus fideiussoribus, potest enim aliquis fideiussor forum etiam antequam conveniatur vocare in ius et d. forem principalem eique



iuxta beneficium Dñi Adriani debitum diuidere, *Abb. d. cap. si quis contra clericum num. 2. vers. unde licet fideiussor glo. & DD. l. si contendat. ff. de fideiussor. Blarer. ubi supra cap. 2. n. 20.* Postremò quotiescumque proclamate seu edicto publico quicumque sua putauerint interesse citantur, tum enim etiam si ordinariè agendo actor forum rei sequeretur hac cautela illud euitabit. *Doctores l. consulta diuina C. de Testam. Ang. l. 1. §. hac stipulatio ff. si cui plm quam per l. falcidiam Socynus in fallent. Reg. 10 incip. actor regulariter in fine ubi dicit cautelam notandã Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 11. num. 36.* Porrò quod dixi exceptionem habentem, præueniendo posse agere coram iudicè suo non vsquequaque verum est sed ex mente Abbatis recipit aliquam restrictiunculam.

16 Distinctionem enim facit inter exceptionem propriè dictam quæ competit tantum stimulo stimulo actionis & impropiam quæ competit subsistitque sine actione seu (vt inquit Innocent in cap. super eo de elect.) habet vim & modum actionis. In proprie sumpta exceptione hætenus dicta habent locum, in impropria verò neutiquam, in his enim non videtur excipi seu de exceptione tractari, quia originaliter huiusmodi genere exceptionum principalis ipsa quæstio actionis in iudicium euocatur. Ideoque eiusmodi exceptio non discutietur coram iudicè illius aduersus quem ea obijcitur. *Abb. d. cap. si quis contra clericum num. 3. sub finem de foro compet. Innocent. cap. cum dilecti cap. dudum num. 1. & 2. cap. super eo de elect.* Exemplum ponitur in electo qui licet confirmationem non petat nihilominus tamen aduersus eum excipi poterit dein idoneitate seu aliter atque aliter electio infirmari idque non coram iudice excipientis sed coram iudice electi quia hæc quæstio stat per se estque principalis ex quo ad aliud iudicium actionemue non referatur, *Abb. d. num. 3. per cap. fin. de elect. in 6. Blarerius ad d. l. diffamari cap. 4. num. 14.* Porrò stante hac communi opinione quam etiam teste Andrea Gaill. Camera imperialis obseruat lib. 1. obs. 9. 10. 11. 12. *Blarer. ubi supra* varie responderi potest ad argumenta prioris opinionis affirmatiuæ.

18 Et quidem cum Baldo, aliud est actorem esse, aliud actoris vice fungi actor forum rei sequitur, qui verò vice actoris fungitur minimè, ne incidamus in absurdum quod Reus qui in exceptionibus actoris vice fungitur actoris forum sortiatur. *Bald. conf. 173. lib. 2 Dec. cap. cum inter nu. 14. de except. Cæsar Contardus in rep. d. l. diffamari cap. 5. num. 19 & seq.*

19 In subiecta hac materia qui diffamatori petit silentium imponi, non est merus actor sed actoris vice tantum fungitur ad instar rei qui prouocatus impetitionibus actoris resistit probationum partes frequenter vltro in se assumendo *Card. Paris. conf. 83. vol. 2. Bald. d. conf. 173.*

20 Confirmatur quia diffamare est tacite ad iudicium prouocare ideoque diffamator eo ipso quod diffamat ad iudicem rei diffamati prouocare & agere velle intelligitur

ligitur per text. d. l. diffamari ubi *Bald. num. 8. & 10. Gaill. d. obs. 9. num. 5.* Non mouet quod generaliter excommunicatus tanquam reus sese defendendo in iudicio esse possit, hic autem ex lege diffamari experiri prohibeatur, teste Felino in cap. *Cum inter nu. 12 de except. ubi DD. ita sentiente communis contra Ioannem de Anania in cap. dura. col. 2. de crim. falsi Feder. de sens. conf. 275.*

Quia licet excommunicatus tanquam reus habeat personam standi in iudicio 21 hoc duntaxat verum est cum is est reus necessarius, at vero in iudicio huius legis excommunicatus est reus voluntarius, qui quidem licet diffamationibus stimulatus compareat non tamen ad hoc compellitur ex necessaria iuris sui defensione, quo casu certè audiretur sed voluntarie prorsus sese offert, eaque est communior censura doctorum *Boer. decis. 255 num. 7. & dec. 258. Blarerius ubi supra cap. 2. num. 24. 26. doctè Gregor. Sayrus in Thesouro Theol. Moralis part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 12. & 13. ubi explicat quis dicatur reus voluntarius quis necessarius.*

Contra vero excommunicatum conditio huius legis ritè intentatur, ne quod 22 in odium excommunicationis introductum est, in illius fauorem & compendium conuertatur *cap. intelleximus ubi Innoc. Butr. Abb. Felin. de Iudic. & d. cap. cum inter Blar. ubi supra cap. 4. num. 8. & seqq. Sayrus d. cap. 8. num. 13* quod tamen requirit maius examen non enim hoc in casu dicendus est reus necessarius sed voluntarius ad instar banniti, qui comparere non potest citatus si suã putauerit interesse & alijs in similibus causis quos doctores postremo allegati studiosè persequuntur ad quos ne meam egrediar orbitam lectorem remitto.

Ex quibus fit liquidè probata communis nostra conclusio quod exemptus in ca- 23 su huius legis priuilegio suo non fruatur sed subijciatur ordinario velut iudici huius causæ competenti. Quippe quod exemptus agendo non trahat causam ad suum forum sed quod is iuxta regulam generalem forum rei sortiatur *cap. cum sit generale, cap. si quis contra clericum ubi DD. de foro competenti tex. cap. experientia 11. quæst. 1. & cap. si clericus de foro compet.* Ac quidem quamuis iam allegatæ auctoritates ita statuunt in clericis vt forum rei laici sortiatur.

Idipsum tamen extenditur ab identitate rationis etiam vigere in exemptis, 24 Quippe sicut clerici iure diuino exempti à iurisdictione sæculari agendo tamen sortiuntur forum rei sæcularis *Stepha. Aufrey tract. de potest. secul. super Ecclesiast. person. in introductione num. 7. conclus. 3 d. cap. experientia d. cap. si clericus.* Ita etiam debemus respondere in exemptis, qui priuilegium fori positiuo iure adepti sunt. *rot. tit. extra & in 6. de priuileg.* Nam si id de quo magis videbitur inesse non inest nec etiam de quo minus. *Præses loco à maiori,* nec enim aliter iure tantum reperitur *Erubescimus sine lege loqui Anthon. de Trierte & semisse §. Consideremus.* Quod ipsum proprius ad hanc quæstionem respondendo visum pridem fuit *Blare. io cum scripsit hoc verborum tenore.* Neque hic aliqua alicuius priuilegij allegatio lo- u



meretur sicut in Imperiali iudicio contra electores priuilegiatos alioquin aut exemptos constanter obseruatur, vnde hic non solum decisio illa cessat quod citatus non teneatur comparere ad allegandum priuilegium suum si notorium est iudicē non habere iurisdictionem vel habere elidibilem in causa, sed nequidem hic vlla illius priuilegij seu exemptionis productio quicquam iuris sibi vindicare potest. Ita ille adde Gaill supra num. 17 in fine.

26 Prædicta tamen intelligenda sunt in exemptis qui actiue prorogare possunt, id est qui si agerent coram ordinario illius iurisdictionem prorogarent, quemadmodum sequenti quaestione num. 1 tractabimus cæterum si neque actiue hoc est agendo iurisdictionem ordinarij sortiri possent velut quaestione eadem n. 9 vsque ad finem differemus, aliud esset concludendum.

Quid autem si diffamatus plures habeat iudices poterit ne diffamans postposito iudice qui in diffamatorio iudicio fuit præuentus eligere alium ex iudicibus diffamari coram quo principale suum iudicium instituat. Affirmatiuam sententiam amplexus est Socinus *conf. 94. vol. 3.* assecutusque habet Andream Gaill *libr. 1. obs. 11. numer. 4. & seqq.* & alios non paucos: at vero negatiuam scilicet quod principale iudicium moueri debeat coram eo iudice qui in iudicio diffamatorio ex l. diffamari fuit præoccupatus securus est Ioannes Baptista de Sancto Seuerino *Rep. l. omnes populi col. 14. de Iust. & Iure*, & multis alijs omissis Felinus *cap. Cum sit generale num. 6. de foro comp.* hac potissimum ratione quod idem debeat esse iudex causis præparatis qui fuit causæ præparantis propter causæ continentiam & conexitatem quæ diuidi nõ debet & quod altera actio veniat in consequentiã alterius vide infra eodem libr. *quest. 38.* vti multifariam diuersis rationibus de sumptis ex subtili tractatu quem de continentia causæ inscripsit Mindanus confirmare posset, Sed cum hæc quaestio parergos sit proposita, subsisto, Relegans lectorem ad Petrum Peck de iure sistend. *cap. 35. numer. 3. & 4.* & ad Bartholomeum Blarerium *Rep. d. l. diffamari cap. 4. num. trigesimo nono, fol. 107.* qui in illius discussione plenius le diffundit.

## QÆSTIO V.

Exemptus agendo an forum rei coram ordinario sortiatur?

### S V M M A R I V M.

1. Actor sequitur forum rei.
2. In priuilegijs sequenda mens concedentis.
3. Quaedam exemptio passiuus.
6. Quaedam actiua & passiuus, quæ nec agere nec conueniri possunt.

7. Prim-

7. Principis quanta potestas.
9. Exempti habent speciales iudices.
10. Papa reseruando quosdam causas censetur priuare ordinarium iurisdictione.
11. Papa si reseruet sibi absolutionem, Episcopus non dispensabit.
12. Iurisdictione in exemptos est reseruata.
13. Reseruatio symbolizat cum auocatione.
14. Equipolles clausula irritanti.
15. Item appositione manus Papa.
16. Clausula irritans ligat ignorantes.
17. Clericus facile impetrat iudicem contra laicum.
18. Clerus secundarius diocesis Leodiensis exemptus est actiue & passiuus.

**I**n iure nihil est magis vulgatum quam quod actor licet extraneus forum rei sequi debeat *l. fin. C. ubi in rem actio Lapus allegat. 10.* Idque etiam de iure Canonico contra Ecclesiasticos firmatum est utpote quod clericus forum rei laici sortiatur paucis tamen casibus exceptis quos Spec. & DD. persequuntur *text. c. si clericus cap. cum sit generale ubi DD. de foro compet. cap. experientia 11. quest. 1. Specul. de competent. iud. aditi part. 2. §. generaliter per tot.* Vnde fit occasio inuestigandi an hæc definitio sequendi fori generalis obtineat etiam hac in materia exemptorum? Pro solutione præmitto quod frequenter antea inculcatum est, in exemptionibus & priuilegijs quibuscumque ad amissam semper attendendam esse mentem & verba concedentis *cap. quanto, cap. porro, cap. recepimus de priuil. Rom. cons. 29. consil. 180. nu. 10. Franc. cap. 1. §. ex parte n. 2. cum addit. de concess. præbend. in 6.*

Aut igitur simpliciter conceditur exemptio à iurisdictione ordinarij, tunc licet exemptus hoc pacto conueniri coram eo non possit tamen agendo, reum coram suo ordinario conuenire compellatur. *Bacquetius in suo celebri tract. des droits du domaine de la Couronne de France tractatus 4. part. 1. cap. 10. vers. & par autres lettres.* Ratio sumitur ex regula antescrpta quæ confirmatur ex identitate rationis & æquiparatione quam hæcenus dixi esse inter clericos & exemptos ratione specialitatis fori, illi enim exempti sunt à foro laici iure diuino, hi vero à iurisdictione ordinarij iure positiuo, dixi supra *li. 1. quest. 45. vers. Idque argumento proportionabili & lib. 2. quest. 4. vers. ac quidem quamuis num. sexto & vigesimo quarto*, illi sequuntur forum rei ergo & hi.

Confirmatur 2. quia extraneus etiam si nullo pacto sit subiectus iudici seu foro rei tamen agendo ei subiicietur ea in causa sequendo eius forum. *Lapus d. alleg. 10. iuris ordinem C. de Iurisd. om. iud.*

Id quod etiam dicendum est de exemptis qui quidem licet iure quasi extraneorum censeantur *per cap. graue ubi Felin. & DD. de offic. ordin. & dixi supra questio. 46. post pr. libr. primo.* tamen longe magis subiiciuntur Episcopo seu ordinario quam extranei qui illum nullo iure recognoscunt, quippe quod licet non sint de diocesi sunt tamen in diocesi id quod de extraneis enunciari non potest.



dicto cap. graue, nec enim sunt in diœcesi aut de diœcesi.

- 6 Aut vero concessa est exemptio plenior & abundantior à iurisdictione ordinarii vt exempti nequidem agendo eam prorogare possint. Id quod ante scripsi hauriendum est ex verbis tenore & mente priuilegij, quo casu ab agendo per modum declinatoriæ submouebatur, quâdiu de submissione seu delegatione fidem non fecerint. Ratio est multiplex; Prima quia quemadmodum in temporalibus Principis est summa potestas vt pote (vt inquit Bald.) quod is sit causa causarum ideoque de eius potestate disputare non liceat nec sit de ea inquirendum. Bald. cap. Ecclesiæ si Maria num. 7. vt lite pend. Iason l. rescripta, num. 2. & 3. C. de precibus imperat. offerendis Gaill lib. 2. obs. 56. num. 15. talis etiam in sponsalibus & Ecclesiasticis potestas summi Pontificis pulcher text. cap. cuncta per mundum cap per principalem 9. quæst. 3.
- 8 à quo (inquit Bald) inferiores omnem suam iurisdictionem sicuti planetæ suum à sole lumen mutuantur: Bald. cap. bona & 2. col. 4. vers. pendente de postulat. prelat. Troylus tract. de Canonizat. sanct. §. sequitur secundum nu. 28. & 42 per cap. Significasti in fine de elect. cap. 2. de prebend. in 6. Clem. 2. vt lite pend. d. cap. cuncta per mundum, ubi dicitur quod Papa liberam habet potestatem. Vnde eximendo hoc modo vt nequidē coram ordinario agere liceat, censetur ordinarium in eiusmodi genere personarum priuare iurisdictione arg. l. iudicium soluitur ff. de Iudiciis.
- 9 Secundo quia exempti specialiter concessione habent proprios suos & speciales iudices, iurisdictione autem specialiter alicui data excludit ordinarium. Bald. cons. 397 visis omnibus vol. 4. Boer. ad consuet. Bituricensis tit. 2 §. 2. glo 3. Gill lib. 1. obs. 40. nu. 5.
- 10 Nam reseruatio seu delegatio certarum causarum ad ordinarium spectantium Pontifex censetur ordinarium quo ad eas causas omnimoda priuare iurisdictione, Bald. l. si vt proponis 1. num. 12. C. quomodo & quando iudex Iason. l. maiorum n. 66. ff. de Iurisdic. om. iud. Fel. cap. quoniam Abbas nu. 12 in fin. de offic. deleg. Marant. dist. 16 num. 37. Gaill lib. 1. obs. 41. n. 12. in fine.
- 11 Simile est cum Papa sibi absolutionem reseruauit, Episcopus non poterit absoluerē etiam proprios subditos cap. nuper de sent. excom. Abb. cap. significasti nu. 11. vers. ego hunc articulum de foro compet.
- 12 Tertio, iurisdictione in eiusmodi exemptos est per principem seu Pontificem reseruata, ideoque alterius iurisdictionem cuiuscumque seu agendo seu defendendo prorogare non possunt Bald. & DD. cap. Imperialem §. preterea si inter duos de prohibita feudi alienat. per Feder. num. 19. vt. si. in contrarium, Abb. cap. Cæterum de Iud. Barth. & DD. l. 1. §. & post operis in fin. ff. de noui oper. nunt. Aluarot. d. §. preterea si inter num. 4. in fine vers. sed intelligas. Regulariter enim quando Papa sibi iurisdictionem reseruauit velint nolint (inquit Bald) partes erunt sub Papa, Bald. & Aluarot. ubi supra per cap. inter dilectos ubi Innoc. & DD. de excessib. prelatorum, gloss. Archid. & DD. cap. tibi qui gratiam de Rescript. in 6. Innocent. cap. Cum in Ferrariens. de constitut. Felin.

Felin. cap. Cum accessissent numer. 28. vers. hanc regulam limita de constitut.

Adhæc reseruatio iurisdictionis generalis causarum seu personarum plurimū certe cum auocatione simbolisat Aeneas de falconibus tract. de Reseruatioe quæst. 1. principali num. 4. in fine. Vnde quemadmodum Papa per auocationem causæ impedit iurisdictionem ordinarij vt quo ad illam pro priuato habeatur Philipp de Perusio cap. vt nostrum de appellat. Guido. tract. de rescriptis num. 38. Gaill d. obser. 41. Ita etiam in reseruatioe iurisdictionis dicendum est vtrique enim hoc commune est quod æquiualeat seu æqui polleat decreto irritanti tex. ubi glo. & DD. cap. Cum dilectus de Iure patron. & in cap. presenti in 1. resp. de offic. leg. in 6. Lapis allegat. 16. an valeat post num. 2. Cassad. dec. 2. numer. 7. de restit. spol. Mandos. tract. de inhibit. quæst. 100. num. 9. & 10. Non secus quam per appositionem manus Papæ quæ pariter importat decretum annullatum seu clausulam irritantem Menochius cons. 83. Respondeo num. 31. lib. 1.

Cuius quidem clausulæ ea est vis vt liget etiam ignorantes cum à Papa adiicitur fecus verò si ab inferiore vbi latè probat Mandos. d. tract. de inhibit. quæst. 36 per tot. & Aeneas de falconib. d. tract. quæst. 4. effectu 1 per tot. cap. 1. de concess. preb. in 6. Clem. 1. eodem vbi DD. Leonilius tract. de surrept. rescript. quæst. 3. art. 4. in fine fol. 13. col. 4. Adieci cum à Papa adiicitur, quia decretum irritans legati aut alterius inferioris à Papa vel principe secundum communioem opinionem non ligat, afficitue ignorantes sed tantum scientes. Ratio quia inferior constituere potest contra ius, cap. Cum inferior de maiorit. & obediēt. cap. pen. & vlt. de filiis presbiter. quod fieret si permitteremus irritantem hanc clausulam legati afficere ignorantes vt est pro cōmuni hac opinione testis Mandosius d. tract. de inhibitionibus quæst. 36. numer. 4. & 5. vbi late id probat, cui tamen aduersari dicit Lapum alleg. 14. incip. Conclusio prima, num. 3. Card. Clem. 1. in 6. not. de concess. prebend. Gaspar de Perusio tractat. de reseruato. Lauder. tract. de priuilegijs quæst. 6. 4. videatur etiam Villaxiego de Legato quæst. 9. numer. 67. de qua clausula etiam Fel. cap. 2. numer. 7. vers. quarto limbo, col. 5. de constit. Rebuff. tract. de euocationibus in pr. numer. 22. dicens idem esse siue auocatio procedat cum causa vel sine causa neque subintelligi, si pars ea vti voluerit Felin. & DD. cap. Cæterum de Rescript. in cap. audita de rest. spol.

Quarò licet verum sit quod diximus clericum actorem sequi forum rei laici, tamen leui ex causa imo indistinctè Papa concedit clerico literas quibus laicum trahit ad suum forum Archid. cap. Iudicatum dist. 89. Abb. c. si Clericus num. 7. per tot. de foro compet. Id quod cum faciat per modum delegationis non minori potestate id ipsum facere potest per modum priuilegij, per pulchr. not. Ausrerij de potestate seculari super Ecclesiast. Reg. 1. num. 2.

Quod genus exemptionis concessum liquet clero secundario diœcesis Leodicensis idque non modo in actionibus passiujs sed etiam in actiujs sit manifestius



tam ex Concilio Basiliensi quam ex plurimis Pontificum concessionibus confirmationibusque, quas non iuuat redigere in hunc locum.

## QVÆSTIO VI.

Exemptus citatus coram ordinario teneaturne comparere & allegare suam exemptionem?

### SUMMARIVM.

1. 2. 3. Citatus coram non suo iudice tenetur comparere ad declinandum alioquin amittit privilegium & punitur eius contumacia.
4. Clericus vocatus coram laico si non comparet mulctatur in expensis.
5. 9. Processus iudicis habentis iurisdictionem exceptione elidibilem valet.
6. Per decem etiam competentis iudex competens aquirat iurisdictionem.
7. Legati habent ius revocandi domum quod allegari debet.
8. Præsumptiones allegari debent.
9. Exceptio notoria proponi debet.
10. Vasallus & exemptus parificantur.
11. Clericus comparere non tenetur.
12. Vocatus ad synodum venire non tenetur.
13. Citatio exemptorum est iniusta.
14. Item citatus ultra unam dietam.
15. 16. Præterea Prædicatores & Premonstratenses.
17. Item scolares.
23. Exceptionem notoriam non est opus allegare.
24. Dua sunt notoria species iuris & facti.
27. Notorium facti permanentis iudex supplet.
28. Bannitus potest ex officio repelli.
29. Consuetudo notoria suppletur.
31. Exemptio notoria qualis.
32. Notorium iudex præsumitur ferre.
33. Exemptio non notoria alleganda est.
34. 40. Sententia nulla est etiam si exemptio non allegetur.
35. Subsistit tamen quo ad condemnationem expensarum.
38. Idque nisi notorium esset non haberet iurisdictionem.
41. Qualiter intelligendus Rebuffus.

**H**A NC quæstionem Doctores ad eodè variis contrariis que argumentis exagitarunt ut visi fuerint eam problematicè disputasse, Nos relatis rationibus eorum affirmatiuis & negatiuis, vtramque opinionem fœdere cuiusdam distinctionis conciliando concludemus

Itaque pro affirmatiua adfertur primo, quod citatus coram non suo iudice tene-

tur comparere ad allegandum suum privilegium *text. l. si quis ex aliena ff. de Iudic. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit glo. ca. uno de inuestitura inter marit. facta Corjes. in singularibus verbo iurisdictione.* Imo (ut inquit Alex.) si privilegatus per contumaciam non compareat perdit ius privilegii valebitque sententia contra eum *text. Alex. in addit. ad Barth. d. l. si quis ex aliena per glo. & ibi l. D. cap. Cum ordinem de Rescript. l. uno ff. si quis ius dicenti non obtemper. Rebuff. de privileg. fol. 134. num. 1.* Idque maximè quoad contumaciæ punitionem est eum contumacia punibilis etiam ab eo qui non est iudex *Clem. 1. de Rescript. Abb. cap. ex literis num. 16. de dolo & contumacia Ioann. Andr. cap. Pastoralis de Rescript. Joann. de lion. & Anton. d. cap. ex literis, adde infra numer. sexto.*

Secundo, Clerus vocatus coram iudice seculari in ius si non compareat mulctari ab eo & in expensis condemnari potest. *Stephan. Aufser. Clement. 1. de officio ordinarij, Fel. cap. exceptionem in pr. de exceptionibus Caldeus cons. 12. tit. de Iudicij Boer. ad consuet. Bituricens. tit. des Iuzes §. 21. gloss. fin. in fin. ubi refert Caldeum tenentem sententiam esse validam quod verum dicit quo ad expensas & non quo ad principales, Aufser. dec. Tholos. 165. Imbert. instit. Forens. lib. 1. cap. 26. gloss. verb. cautius.* Similiter & exemptus idque argumentum sumendo ab æquiparatione clericorum & exemptorum est enim vtriusque quædam proportio fori vnde arguitur identitas iuris atque rationis *Butrio cap. super literis column. 2. §. ibi & per hoc, patet quod si coram iudice de Rescript. Felin. d. cap. Cum ordinem numer. 8. & dictum est supra hoc libro quæst. 5. vers. aut igitur.*

Tertio, Processus factus à iudice habente iurisdictionem exceptione elidibilem valet si exceptio non obijciatur *glo. Clem. 2. in verb. competente ubi Lopus Card. Imol. & DD. ut lite pendente nihil innovetur text. l. non videtur ff. de Iudicij.* Certum autem est quod ordinarius in tota sua diocesi nulla loci aut personæ exceptione fundatam habeat iurisdictionem. Ergo, *text. cap. Cum Episcopus de offic. ord. in 6. cap. Cum contingat. de foro compet. Milis in repert. verb. Episcopus fundat. & vers. seq. fol. 127. vers. Episcopus sibi fundat. fol. 130. & Episcopus potest de iure dixi supra lib. 1. quæst. 8. vers. si quidem & pulchre Innoc. cap. 2. nu. 2. de dilationib.*

Confirmatur primo, quia processus iudicis ignorantis, omnino se non habere iurisdictionem valet qua parte est contumacia puniendus licet non valeat iuxta quosdam qua parte fit super principali cessante protogatione *casu duobus ubi DD. de appell. Nauar. c. Cum contingat. caus. 11. n. 4. vers. 5. de rescript.*

Confirmatur secundo, quia iudex incompetens seu habens iurisdictionem exceptione elidibilem postea quam se competentem decevit fit competentem ita ut amplius de illius incompetencia non sit disputandum *Abb. cap. Cum olim Abbas fol. 47. ubi Felin. fol. 207. de officio deleg. Barth. lex quacumque col. 3. num. 7. ff. Si quis in ius vocatus non ierit pulchre Vantius de nullitatibus Tit. quid. mod. sent. nulla reparetur*



numer. 8. per tot. doctē Innocent. cap. 2. numer. 1. in fine de dilation. & Milis in repert. verb. Iudex ordinarius vel delegatus si aditur super appellatione que narratur interposita cum non sit & in causa procedi fol. 222. pag. 2. dixi autem de exceptione elidibilem quia opus est ut habeat aliqualem; nam si penitus nullam haberet iurisdictionem puta quod literæ iurisdictionales essent falsæ talis pronuntiatio non faceret eum iudicem competentem *Egidius conclus. 22. & 28. Fel. cap. sciscitatus fol. 96. num. 4. ubi late de rescript. Milis vers. Iudex qui prætendit se delegatum, Vant. d. numer. 8. vers. & intelligo.*

7 Quarto adfertur lex Pauli his verbis. Ex quacumque causa ad prætorem vel alios præfides qui iurisdictioni præfunt in ius vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur an iurisdictionis eius sit unde glossa ibidem marginalis exemplifica inquit in exemptis, qui in dubio tenentur comparere coram ordinario allegaturi exemptionis privilegium, *Lex quacumque ubi gloss. marg. ff. si quis in ius vocat. non ierit text. cap. 1. cap. cum persona de priusleg. in 6. & tex. d. l. si quis ex aliena.*

8 Quinto legatis competit privilegium reuocandi domum, quod quidem licet sit insertum corpori iuri ac proinde notorium nihilominus tamen citatus debet comparere illudque allegare, *d. l. si quis ex aliena l. 2. §. omnes ff. de Iudic. Felin. d. cap. cum ordinem num. 9. ubi omnes DD. de rescript.* Idque ad instar omnium exceptionum quæ licet sint notoriæ tamen debent proponi & allegari quemadmodum quoque præsumptiones iuris etsi enim faciant liquidissimam probationem debent tamen allegari, *Barth. l. 1. col. ult. numer. 10. de except. Butr. cap. peruenit colum. 16. de censib. l. si adulterium cum incestu §. idem pollioni ff. de adult. ubi Barth. Fel. d. cap. Cum ordinem numer. 10. Butr. tract. de notorio artic. 4. nu. 10. late Menochius lib. 1. de Præsumpt. Præsumpt. 48. per tot. ubi distinguit & limitat multimodis.*

9 Sexto, exceptio declinatoria debet opponi licet sit notoria. *Imol. d. cap. cum ordinem gloss. Clem. appellanti ver. alius ubi Card. quest. 5. de appellat. Ioann. Andr. cap. super literis col. 13. de rescript. quemadmodum dicitur de recufatione iudicis ex suspitione notoria quæ simili ter debet allegari, Ioann. Andr. cap. accedens 1. ut lite non contestata, ut & regulariter omnibus aliis in causis præterquam in exceptione loci notoriæ non tuti quam doctores ab hac regula generali excipiunt, Imola d. cap. Cum ordinem & d. cap. accedens Felin. d. cap. Cum ordinem numer. 8. vers. contrarium firmat. doctē Innocent. cap. 2. num. 3. de dilatio ibus per l. non videtur ff. de Iudic. Pro negatiua sunt etiam plurimæ exque efficaces iuris rationes nixæ magnis auctoritatibus.*

10 Primo vassallus & exemptus ratione fori specialis parificantur *Bald. Butrio. DD. d. cap. Cum ordinem ubi Felin. num. 7. & 8. post pr. ut dictum est supra lib. pr. quest. 45. numer. quinto.* Vassallus autem citatus in causa feudali coram ordinario comparere non tenetur *Felin. d. num. 7. 8. Innocent. cap. Cæterum numero primo, vers. Fallis*

has

*hac regula de iudic. ubi dicitur l. si quis non habere locum in feudo Bald. de inuestitura in maritum facta nu. 1. Ergo nec exemptus.*

Secundo idem statuitur in clerico citato coram iudice sæculari & pariformiter in exempto ut est apud speculatorem his verbis. Sed pone quod iudex sæcularis citat clericum ignorans eum esse clericum, clericus verò non venit, Ideoque iudex contra eum procedit videtur quod tenet eius processus, dic contra arg. ca. ac si clerici de iudicijs, cap. si diligenti de foro competēt. Imo debet reuocari de facto quod de facto fecit & c. Idem est si ordinarius ignoranter procedat & excommunicet exemptum nolentem venire, nam quod clericus non debet coram sæculari comparere vel exemptus coram ordinario ius commune est nec est tale privilegium quod teneatur allegare coram iudice ita ille & c. Quod de clerico dictum est confirmatur sententia Felini & Decij censentis condemnationem expensarum ob retardatam exceptionem ne quidem subsistere, *d. cap. cum ordinem num. 14. in fine Decius conf. 241. part. 2.* tamen ut est videre ex glossa marginali apud eundem Felinum pluri huic opinioni contradicunt.

Tertio, Vocatus ad Synodum si est notoriè exemptus non tenetur comparere ad allegandum exceptionem *Innocent. cap. ex part. 1. in fine gloss. magna de verb. sig.*

Quarto citatio exemptorum est notoriè iniusta quia aduersatur eorum privilegij *tex. d. cap. cum ordinem in fin. ubi DD. notoriè autem iniusta citatio non arctat citatum glo. cap. placita 15. quest. 4. qua ratione Bartholom. Fumus in aurea armilla verb. exemptio nu. 1. in fine Vantius de Nullitat. sent. tit. de Nullit. ex defectu citat. num. 28.* censuit si prædicatores vocentur in ius coram ordinario quod non teneantur comparere nec allegare privilegium ex quo illud sit notorium cuius ignorantiam officialis in longo & magno usu nulla probabilitate prætexere potest, quemadmodum de ordine præmonstratensi in eadem facti contingentia respondit Clariss. præceptor meus *VVamecius conf. 65. nu. 2. ro. 1.*

Quintò, citatus notoriè ultra vnam dietam non tenetur comparere ad hoc allegandum *Geoffr. Host. & DD. cap. olim de except.*

Sexto eiusdem sententiæ est Abbas & post eum Bartholomeus Fumus de ordinibus exemptis dicendo ut sequitur. Nota quod si fratres prædicatores citentur ab ordinario non tenentur comparere etiam ad allegandum privilegium suum, quia iam notoriè sunt exempti & dudum tolerati in privilegio exemptionis, ideo citati non tenentur comparere etiam ad allegandum eorū privilegium & hoc nota quia multi iudices decipiuntur, *Abbas cap. cum ordinem nu. 6. de rescript. Barbo. Fumus verb. Exemptio nu. 1. in fine & verb. privilegium nu. 7. Angel. in summa verb. exemptus num. 3. vide supra nu. 13.*

Septimò In eadem est sententia Nellus à sancto Geminiano dum dicit quod quò index citat ipso iure exemptum à sua iurisdictione quod exemptus non teneatur



comparere etiam si de exemptione siue an sit de iurisdictione dubitetur *not. Bald. l. generaliter C. de Epif. & clericis Nellus tract. de Bannitis Rubr. de his qui possunt Banniri par. 2. primitemporis n. 2. vol. tract. 10. licet Baldo dicat aduersari Cynam Ioan. Aud. ad Specul. tit. de sentent. s. iuxta vers. Item nota.*

17 Octauo scholaris citatus à pratore seu à non suo iudice non tenetur comparere ad proponendum declinatoriam quippe quod sit notorium ipsum esse priuilegiatum *Dec. d. cap. cum ordinem per glo. ibidem Rebuff. de priuil. schol. priuil. 154. numer. 2. ubi idem dicit de clericis prima censura per cap. conuencior. 23. quest. 6. cap. placita 15. q. 4. Oldra. conf. 83. an Episcopus.* Et etiam in mendicantibus obtinere *Abbasca. si duobus de appellat.* Ergo ab idenditate idem etiam videtur respondendum in exemptis.

18 Nono quando citatus nec est nec esse potest iudex, citatus non arctatur ad comparandum uti post Innocentium valde eleganter distinguit & docet Panormitanus *cap. 2. nu. 16. de dilat.* Id ipsumque alio loco confirmat in quibus quod citatus non tenetur comparere ad allegandum priuilegium suum si notorium est iudicem non habere iurisdictionem vel habere elidibilem in causa *Abb. cap. si duobus per glo. ibidem num. 9. de appellat. ubi Apostilla glo. Clem. pastoralis s. Pisana de Re iudic. & in cap. veniens de accusat. late glo. cap. si Episcopus 3. quest. 2. Caltens conf. 102. de foro compet. Laufr. in ca. quoniam s. citationes nu. 6. & in add. de probat. Abb. c. super literis n. 9. cum addit. de Rescript. vnde (inquit idem Abb.) Clericus citatus à laico siue compareat, siue non processus contra eum velut ab incompetente non subsistit. *Abb. d. c. 2. nu. 16. cum add. de dilat.**

19 Confirmatur quia licet processus factus ab habente iurisdictionem exceptione elidibilem subsistit, si non excipiat, ut dictum est supra in rationibus partis affirmatiue *vers. tertio.* Fallit tamè ista regula si exceptio notorie competeret tum enim non esset opus eum proponere *Cardin. post lapum Clem. 2. col. 5. ubi etiam Imol. col. 1. ut late pendet. & in Clem. pastoralis s. Pisana de Re iudic. in c. ex parte de appellat. Fel. d. c. cum ordinem n. 8. col. 7. Fel. d. c. si duobus nu. 13.*

20 Decimo exempti nequeunt iurisdictionem ordinarij prorogare nec expresse nec tacite indistincte enim sententia in eos lata velut ab incompetente vitio nullitatis subiicitur *Abb. c. 1. n. 10. de Re iud. & late cap. significasti n. 9. & seq. de foro compet. Frac. c. scienti n. 4. cum add. de Reg. iuris in 6. Dicemus de hoc articulo latius infra c. seq.*

21 Vndecimo. Citans aliquè suæ iurisdictioni non subiectum, aut licet subiectus sit, si sit causa ab eiusdem iudicis cognitione seu iurisdictione exempta eiusmodi citatus comparere non tenetur. *arg. cap. tuam de ord. cog. cap. Decernimus de Iudic. c. contingit. de arbitr. Innocent. d. ca. 2. nu. 3. de dilat.*

22 Profolutione distinguendum est utrū exemptio notorie competat an verò de illa dubium esse possit vnde eliciuntur conclusiones sequentes,

23 Prima conclusio exemptionem notoriam non opus est in iudicio allegare. Ratio

est quia quando notorie constat aliquè esse priuilegiatum, tunc is non tenetur suū priuilegium allegare. *Dec. & DD. d. cap. cum ordinem glo. in cap. super literis de Rescrip. Rebuff. de priuil. schol. priuil. 154. n. 2. in fine videatur succincte & docte Mynsing. li. 6. obser. 7. per tot. ubi paucis hæc omnia distinguit.* Et ita in Camera Imperiali refertur iudicatum pro comite de Hohenlo contra Marchionem de Branden, anno 1586. teste *Mindano lib. 1. de process. imperij cap. 34. art. 1.*

Dixi notoriam ut comprehendam duas notorij species iuris & facti, iuris inquam 24 quod est infertum corpori iuris ob idque priuilegium commune nuncupatur, ac in omnibus ad instar iuris communis iudicatur *Fel. d. cap. cum ordinem nu. 20. vers. ultimo Castrens. l. hæres absens in pr. numer. 3. ff. de Iud. Gammarus tract. de extensionib. nu. 164. & seqq. DD. ca. 1. de constit. Anton. de Butrio tract. de notorio art. 1. n. 12. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 166. nu. 5.*

Facti verò, quod esse diffinitur publica & famosa vox proueniens ex euidencia 25 rei quæ nulla tergiuersatione celari potest. *late Anto. de Butrio d. tract. de notorio art. 2. nu. 2. & seqq.* Licet autem opinio quorundam notorium non eximat ab onere proponendi. *Barth. l. 1. nu. 10. ff. de except. per glo. in Clem. appellanti ab verb. alias causas ubi DD. de appellat.*

Ac proinde quod exemptio facti notoria in vim declinatoriæ opponi debeat, 26 tamen censura fauor & iustior est æstimantium necessarium non esse proponere notorium quando materia subiecta talis est quæ sufficiat si notificata sit seu quod de ea notorie constet. *Imola Clem. appellanti coll. 3. ibi tempera de appellat. Fel. d. cap. cum ordinem n. 12. ac ideo quod exemptio notoria facti propositione opus non habeat Innocent. cap. ex parte in Christo de verb. sig. Fel. d. cap. cum ordinem nu. 12. vers. considera modo Imol. d. Clem. appellanti.*

Ratio quia hoc in casu versamur in notorio facti permanentis quod iudex suo ex 27 officio supplere potest. *Castrens. l. unica n. 5. vers. secundo fallit C. ut quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat.*

Hinc post alios censuit Bartholus Bannitum qui ex forma statuti in iudicio esse 28 non potest iudicis officio quamuis tacente repelli posse. *la. de Aret. l. unica C. ut quæ desunt ubi Barth. nu. 5.*

Et quod adfert Butrio iudicem de consuetudine notoria non allegata sese informare posse. *Ant. de Butrio in rep. c. fin. de cons. Castrens. d. l. unica in addit. ad nu. 2. verb. consuetudine in fine Bouert sing. verb. consuetudo Colerus de Processibus executiuis ubi id discutit. par. 1. cap. 3. nu. 54. & seqq.*

Quod ipsum hoc in casu maximè procedit, quippe quod in eis quæ respiciunt 30 publicam vtilitatem licet radidentur etiam in facto partis, tamen iudex ex officio ea supplere debeat. *Barth. & DD. l. 4. § hoc iudicium ff. de damno infecto & in d. l. unica n. 3.*

Quod autè in exemptionib. versatur publicus fauor & publica vtilitas quoadq; religio



religionis vt exempti quietius eidem & contemplationi vacent, quandoque etiam Pontificis seu principis qui exemit, quandoque alia atque alia pro re nata & occasione exemptionum concessarum supra libro primo questione prima alijque in locis dictum est.

31 Porro hoc in articulo diligenter animaduertendum est quænam exemptio notoria dici debeat hoc enim in puncto doctores in materia notorij satis dissident asserentibus nonnullis duo ad hoc requiri, nempe quod vniuersus populus vel maior pars testis esse possit deinde quod populus sit magnus *Anton. de Butrio tract. de notorio art. 2. num. 13.* Nos istud licet cum Menochio iudicis arbitrio relinquamus. *De arbitr. iud. casu 166. nu. 7.* censeamus tamen exemptionem esse notoriam quæ talis est quam omnes aut sciunt aut saltem verisimiliter scire possint, ita quod nemo ignorantiam nisi quæ supina sit prætereire possit sicut à Bartholo inter alia exempla adfertur de eo qui ignorat quis se in ciuitate pro Episcopo gerat *Barth. l. scriptus nu. 2. vers. dicas quod verum ff. de religiof. & sumpt. funer. latè & doctè Nauarr. in ca. cum contingat in causa undecima per tot. de Rescript. tom. 3.*

32 Quæ quidem qualitas notoria præsumitur nota esse iudici maximè cum notoriū tale est in quo difficile caderet ignorantia (inquit Fel.) quæ nõ esset supina vel crafra. *Fel. d. cap. cum ordinem nu. 14. in fine vide Barth. d. l. scriptus vbi apposite.*

33 Secunda conclusio Exemptio quæ non est notoria, necessario est in iudicio alleganda, *l. ex quacumque vbi glo. marg. ff. si quis in ius voc. non ierit,* In confirmationem cuius sunt omnia argumenta opinionis affirmatiuæ.

34 Declaratur hæc conclusio quod licet exemptio debeat allegari, si tamen non allegetur nihilominus sententia tanquam ab incõpetente iudicerit nulla. Ratio est quia exempti neque tacitè neque expresse alienam iurisdictionem prorogare possunt vt dixi supra *vers. decimo n. 20.*

35 Tertia conclusio, licet sententia contra exemptum lata non subsistat quo ad principale subsistit tamen quo ad caput contumaciæ punitiuum & quo ad condemnationem expensarum ob non propositam tempestiuè priuilegij exceptionem, *Franc. cap. scienti num. 5. de Reg. iur. in 6. & d. l. ex quacumque vbi DD. Nauarr. d.*

36 *causa 11.* Ratio est quia malitiosè differens allegare suam exceptionem debet condemnari in expensis, *ca. exceptionem vbi DD. de except.* Ita etiam in clerico obtinuit

37 qui permisit se trahi in ius coram iudice sæculari & post sententiam priuilegium clericale fori opposuit ipse enim venit in expensis condemnandus *Agid. Bellam. decis. 226. Steph. Aufrer. de potestat. sacul. super Eccles. Reg. 2. nu. 33. Imbert. inst. Forens. lib. 4. cap. 6. in glo. verb. exceptio Boer. ad consuet. Bituric. tit. des iuges §. 21. Cassadorus*

38 *decis. 3. nu. 5. de appellat.*

Quod tamen limitandum est ex sententia Abbatis & aliorum nisi notorie constat de exemptione seu quod citans non sit iudex, tunc enim non valeret etiam processus

cessus contumaciè punitiuus, *Abbas cap. 2. n. 16. vers. aut citans non est iudex de dilat. per glo. cap. si Episcopus 3. quest. 2. & in cap. veniens de accusat. & probatur in cap. si duobus de appellat. Euerardi cons. 3. 2. nu. 3. vbi id latius probat.*

Ratio est quia hoc casu iudex præsumptione ducta à notorio scit verisimiliter aut scire debet se iurisdictionem non habere *doctè Nauarr. d. cap. cum contingat. causa 11. per tot. de rescript.* Quam enim ignorantiam prætereire potest Episcopus seu eius officialis in tam magno & lōgo rerum vsu? certè nullam, quemadmodum olim in præmonstratensibus respondit præceptor meus Dominus Io. V Vamesius *cons. 65. nu. 2. tom. 1. Fel. d. c. cum ordinem n. 14. in fine,* traditumque est incertam scientiam vnde cūque illa proueniat auctoritati Pontificis reuerenter deferre debere. *V Vames. cap. si duobus in fine de appellat.* Sententia autem iudicis de sua iurisdictione dubitantis seu scientis aut scire debentis se iurisdictionem non habere non subsistit ne quidem in pœnam contumaciæ partis non comparentis. *Castrens. d. l. ex quacumque nu. 3. sub finem ff. si quis in ius vocatus non ierit per L. quaro ff. de eo qui pro tutore Nauarr. d. causa 11.* Estque translaticium quod sententia lata contra notorium facti sit ipso iure nulla, *Abbas cap. cum ad quorundam de excess. pralat. latè Fel. in repert. verb. sententia contra notorium fol. 116. col. 2.*

Quarta conclusio, si exemptio sit specialis, nempe quod iudicari seu excommunicari quis non possit ab ordinario, tunc licet exemptio non sit notoria tamen sententia excommunicationis per eum lata subsistit *Francus d. cap. scienti nu. 4. vers. si autem exemptio esset specialis.* Ratio est quia exemptione speciali sententia excommunicationis quæ est contumaciè punitiua nõ potest subsistere secus vero si exemptio esset tantum generalis & non notoria tum enim valeret. *Franc. vbi supra.*

Quinta conclusio. Et quidem iuxta præcedentes conclusiones intelligendus est *Rebuffus d. priuileg. 154.* Dicens quod scholasticus debeat comparere ad allegandū priuilegium ex quo (inquit) ex sententia Iasonis *d. l. ex quacumque col. 7.* licet priuilegium tale sit notorium non est tamen notorum esse scholarem: nam præallegatæ nostræ conclusiones fundantur in notorio perfecto, tale quod ipse non præsupponit. Prout quoque non refragantur auctoritates supra adductæ in cõtrarium, refelluntur enim per distinctionem notorij quam initio diximus cõciliatricem antinomiarum statque pro his conclusionibus subtiliter Baldus *l. generaliter col. 2. C. de Episc. & cler.* Dum distinguit an exemptio sit certa an vero dubia, Item an competat exemptio ipso iure, an verò ope exceptionis etenim licet ope exceptionis si modo tamen ea sit notoria non erit opus eam in iudicio allegare vt supra latè probatū est. Licet Rebuffus & plerique tutius asserant allegare propter difficultatem notorij quod faciliè obfuscatur, quibus ego ea in parte assentior abundans

enim cautela nocere non potest *l. qua dubitationis vbi*

*Dec. ff. de Reg. iuris.*

V 3

QVÆ



## QVÆSTIO VII.

Exemptus à iurisdictione an eam prorogare possit ?

## S V M M A R I V M.

1. Magis creditur lecturis quam consilijs.
2. Exempti renunciare non possunt priuilegio.
3. Quia interest superioris.
4. Prorogare non possunt.
5. Alioquin sententia nulla est.
6. Fallit si de exemptione fuit cognitum.
8. Competentia decretum non sanat nullitatem.
9. Competentia non prodest quando pars non potest prorogare.
10. Ampliatur ad forum pœnitentiale.
11. Ampliatur ad excommunicationem.
12. 13. Item ad absolutionem ab excommunicatione.
15. Ampliatur ad quosvis actus.
17. Exceptio exceptionis sēper opponi potest.
18. Iason qualiter intelligendus in hac materia.
20. Per exemptionem acquiritur omnimoda liberatio.
21. Exempti plus subiiciuntur Papæ, quam clerici ordinario.
22. Exempti ab ordinario qui tamen alteri subiecti sunt an sui ordinarij iurisdictionem prorogare possint ?

**A**liam in consilijs aliam in lecturis doctoribus adhibendam esse fidem passim proditum est. Iason *cons. 151. col. 3. vol. 4. Stracosa de mercatura tit. de sponfionibus §. Quæro igitur n. 6. Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præf. 51. nu. 4.* licet Boerius inepte contrarium censuisse videatur *dec. 155. nu. 24.* Idque quia in consilijs studio & affectione causæ veritas facillè circumuenitur, cū nihil sit tam rectū quin malè narrādo possit deprauari, at verò in lecturis mēs magis æmula est iustitiæ & veritatis quod ideo præmissi quia Federicus de senis *cons. 14.* studio causæ respondit exemptū renunciare posse seu tacite seu expresse suæ exemptioni prorogando siue sese subiiciendo iurisdictioni sui ordinarij, cuius opinio velut iuri contraria merito à reliquis reiecta est quod fiet manifestum conclusione & rationibus sequentibus.

2. Prima conclusio. Exempti priuilegio suo renunciare non possunt *cap. cum tempore vbi Abb. n. 2. de arbitr. c. 1. nu. 19. de Re iudic. Francus c. scienti nu. 4. de Reg. iur. in 6. Abb. c. si de terra n. 5. de priuileg. lute ca. licet. n. 35. cum addit c. significasti n. 9. 10. 11. de foro compet. Alciat. l. non plure. in fin. c. de sacros. Eccles. Fumus verb. exemptio nu. 8. & verb. Priuilegium n. 9. Fufe & doctè Castrens. cons. 431. par. 1. per tot. latissime Albericus l. nemo videtur fraudare ff. de Reg. iur. & Gaill. lib. 1. obser. 40. per tot.*
3. Ratio est quia in exceptione veritatur fauor nēdum exempti sed etiam superioris qui exemit cuius interest eiusmodi exemptionem sartam tectam conseruari, Ideoq;

ex-

exemptus isti fauori renunciare non potest. *DD. l. si quis in conscribendo vbi Alciat. C. de pactis Abb. d. cap. cum tempore nu. 2. vbi etiam Apost. in verb. libertatis Felinus c. cum accessissent de constitut. Iason d. l. si quis in conscribendo Gaill. lib. 1. obs. 40. per tot. vbi vide ne quidem cum iuramento arg. cap. si diligenti vbi DD. de foro comp. id enim inuentum est in fauorem exemptorum & odium ordinariorum qui exemptis infesti sunt dixi supra lib. 1. quæst. 1. & proinde illi renunciari non possit. Innocen. d. cap. si diligenti Abb. cap. significasti nu. 8. eod. tit.*

Secunda conclusio consequenter exemptus iurisdictionem alterius tacitè vel expresse prorogare non potest, *Abb. d. cap. licet. n. 35. Bald. conf. 246. vol. 2. conf. 275. vol. 3. Alex. cons. 13. col. 4. vers. fortificare vol. 1. late dec. capell. Tholos. q. 425. Celsus ad Laufr. in ca. quoniam contra §. confessiones n. 10. vers. talis confessio de probat. Gaill. d. obseru. 40. n. 3. & seq. Fel. c. cum accessissent n. 28. hanc regulam limito de constit. Ampliatur primò id verum esse etiam si princeps seu Pōtifex nihil sibi reseruasset de qua reseruatione satis diximus supra vers. eod. libro. q. 5. tertio eo enim non obstante exempti nec expresse renuntiatione nec tacita prorogatione alienum iudicē sortiri poterūt Fel. in repertorio vers. exemptus potest iurisdictionem in ver. adde tum quod & si fol. 53.*

Ampliatur secundo, adeo vt processus & sententia secuta contra exemptum nullus sit roboris & momenti *Caldens. cons. 12. de iudic. Abbas d. c. n. 19. de Re iudic. Fel. in c. significasti n. 4. vers. demum de foro compet. vbi etiam Abb. & Socin. & d. cap. cum tempore Gaill. d. obs. 40.*

Quod tamen restringendū est nisi exemptio fuerit allegata, qua non obstante sententia sit secuta eo enim casu subsistet in præiudicium exempti sed nō in præiudicium superioris cui præiudicari non potest *Fel. d. c. 1. significasti n. 4. vers. demum & Abb. d. c. 1. n. 19. vers. secus puto si exemptus produxisset Fel. & DD. c. ad audientiam de prescript. c. dilectus d. capell. Monach. Fel. in repert. verb. sententia lata contra exemptum fol. 116. col. 3. in fin. & in c. cum accessissent nu. 28. vers. hanc regulam limita de constit.*

Vtrum vero exemptus hoc casu possit euitare executionē sententię seu eā irritare ex capite & persona superioris sicuti in præscriptione diximus supra q. 3. lib. 1. a. lio in loco commodius tractabitur.

Ampliatur tertio conclusionē procedere etiā si iudex se pronunciauisset competentē nec ab ea fuisset appellatū licet enim pro fundāda iurisdictione perutile iudicetur vt iudex se declaret competentē ex quo post tale decretū non sit amplius de incompetētia inquirendū *Innoc. & Fel. c. super literis de Rescrip. late Vantius de Nullit. process. Rubr. quib. modis sent. nulla reseruentur n. 8. & dictū est supra q. 6. n. 6. maxime cū iudex aliquale iurisdictionē habet licet exceptione sit elidibilis vt dixi supra loco iam allegato adeo quod sententia reuocatoria prioris sententię sit valida licet de appellatione interposita aut Apostolis non constet cū iudex antea se decreuit competentē *Milis in repert. verb. appel. vers. appel. si est deserta vel ab initio nulla. v. q. præc. n. 6.**

licet



licet & decisio Rotæ videatur aduersari *Rot. decis. 12. n. 2. in fin. de appellat. in nouis tamen hoc in casu decretum competentiae nihil proderit vt sententia vires & effectum aliquem sortiatur.*

- 9 Ratio est quia decretum competentie nihil prodest quando iudex talis est in quem pars expresse consentire seu prorogare non possit. *Felinus in Rubr. de foro compet. nu. 3. vers. intellige Abb. cap. pastoralis nu. 14. vers. ego melius iudicio meo & nu. 15. de except. Imol. cap. sciscitarus col. 5. de rescript. vel quando iudex iurisdictionem nullam habet Franc. cap. statutum §. in nullo nu. 5. de rescript. in 6. licet Carocius contra censuerit sing. 166.*
- 10 Ampliatur 4. iuxta sententiam Abbatis & aliorum ad forum poenitentiale non enim confiteri possunt diocesano, *Abb. d. cap. significasti de foro compet. nu. 12. vers. & quod notat Hostiensis & c. ubi dicit quod exempti etiam voluntarij non possunt confiteri ordinario loci. Ratio est quia iurisdictione poenitentialis prorogari non potest Abb. c. cum contingat n. 29. vers. & aduertendum de foro compet. & rep. cap. si quis contra nu. 50. vers. aut queritur eod. tit. vide Francum cap. si Episcopus n. 6. de poenit. in 6.*
- 11 Ampliatur 5. ad excommunicationem quæ lata in exemptos non subsistit ipso iure etiam si excommunicans sit in quasi possessione excommunicandi. *Abb. cap. cum dilectus nu. 3. & seqq. de relig. dom. Bald. in Margarita ad Innocent. vers. excommunicatio lata fol. 13. cap. 1. 11. quæst. 3. late Borgasius tra. ct. de irregular. & dispens. par. 6. Regula 8. fol. 351. Abb. cap. graue nu. 3. de offic. ordin. Greg. Sayrus in summa Theol. moralis part. 1. lib. 1. cap. 16. per tot. signanter n. 17. ubi late.*
- 12 Ampliatur sexto, vt etiam subijcere se ordinario pro absolutione ab excommunicatione *Abb. d. cap. significasti nu. 11. vers. his tamen non obstantibus pulchre Fumus verb. exemptio nu. 9. Fel. cap. pastoralis §. præterea nu. 10. de offic. ordin. Abb. d. cap. graue nu. 4. Fel. in repert. vers. exemptus excommunicatus fol. 53. & vers. excommunicatus si est exemptus fol. 49. Ang. §. exemptus n. 6. Idque quamuis absolutio non esset reseruata glo. cap. cum ex eo ubi DD. de sent. excom. atque ita censet Fel. Fumus & alij Fel. d. num. 10. & Fumus d. nu. 9. contra Laudens. qui censet si absolutio non sit reseruata quod Episcopus absoluere poterit in Clem. 1. §. sui de Rel. dom. & Clem. 1. de consang. & affinit. & Sarab. Clem. 1. §. prædictis nu. 5. de relig. dom. b. qui indistincte censet absolui posse, quod tamen restringendum est nisi potestas absoluendi ei à Pontifice delegaretur seu auctoritate sibi à sancta Sede delegata. Etenim regulariter cum Episcopo quicquam commendatur seu delegatur quod exemptos contingit non censetur iurisdictione eius ordinaria excitari tantum vt munus sibi commissum auctoritate Apostolica exequatur. *Abbas d. c. significasti nu. 12. sub finem vers. Rigor tamen de foro compet. Qua de re suo loquar capite cum inquiram vtrum commissæ ordinario exemptorum causa iurisdictione censeatur excitata an vero delegata infra quæst. 14.**
- 13 Ampliatur septimo ad quoscumque alios actus tam iudiciales quam extraiudiciales,

ciales. Ratio quia per exemptionem efficitur quis non subditus & velut quasi extraneus *Abb. d. cap. significasti nu. 11. verb. his tamen non obstantibus.*

Quemadmodum enim se habet vassallus respectu ordinarij seu alterius Domini Clericus respectu iudicis laici vel alterius non sui Episcopi Subditi suffraganeo, respectu Archiepiscopi. Ita etiam per Analogiam & longè magis exempti respectu ordinariorum hi enim ad instar illorum iurisdictionem non suam prorogare non possunt præterquam in casibus à iure nominatim expressis. *Abbas d. cap. significasti num. 12. de foro compet. Felin. Butr. quos allegauit supra lib. 1. quæst. 45. Non line ratione adieci præterquam in casibus expressis, sunt enim casus quamplurimi quibus ordinaria iurisdictione viget in exemptos quos in proprium caput reseruabo, Infra cap. 45.*

Ampliatur octauo vt proinde exceptio declinatoria exemptionis non modo ante & post litem contestatam sed etiam semper & quandocumque opponi possit *Guid. quæst. 275. nu. 4. vide infra quæst. 10. per tot.*

Tertia conclusio, quo fit vt sententia laisonis quam refert Nauarrus reddatur dubia quod licet exemptus submittere se nequat extraneo superiori, quod tamen ordinario suo sese poterit submittere quia res (inquit) de facili redit ad suam naturam hocque pacto fit reditio ad ius commune quod est fauorabile laison si vnus §. pactus ne peteret nu. 9. ff. de pact. Nauarrus cons. 13. n. 4. de privilegijs ubi idem probat. Fel. in repert. verb. exemptus ab ordinario fol. 63. & in ca. cum accessissent nu. 6. vers. ad idem quod not. de constitut. Idque probat argumento & ratione ducta à clerico qui licet nõ possit consentire in alium iudicem sine consensu Episcopi, cap. significasti ubi Abb. & DD. de foro compet. tamen clericus qui iure aliquo speciali est subiectus prælato alij cui inferiori poterit sine licentia istius prælati inferioris consentire in proprium suum Episcopum ex quo reeditur hoc modo ad ius commune *Ias. d. §. pactus nu. 9. & Fel. repert. d. verb. clericus qui est subditus fol. 29. col. 1. d. cap. cum accessissent n. 6. vers. ad idem quod notat. de constit. Feder. de Senis cons. 14. late Apost. ad Abbat. cap. veniens n. 22. in verb. pactum de prescript. Hæc inquam opinio Felini videtur dubia. Cum enim per exemptionem acquiratur omnimoda liberatio à iurisdictione ordinarij cum effectu specialis reseruationis vt superius notatum est eod. lib. quæst. 5 nu. 9. 10. 11. 12. & seq. fit vt exempti prorogatione tacita vel expressa redire non possint in potestatem ordinarij nisi accedat licentia Papæ eximentis cuius interest exemptionem conferuari *ext. tex. d. c. cum tempore ubi DD. & probatū est supra concl. 1. vers. Ratio. Nec vrget ratio à simili quæ obijcitur à clerico ad exemptum, violatur enim istud argumentum hoc pacto exemptus consentire non potest in iudicem alienum sine licentia Papæ superioris Episcopus est iudex alienus exempti ergo exemptus non poterit in eum consentire sine licentia Papæ qui est Diocesanus exemptorum *Abbas d. c. significasti n. 11. vers. his tamen non obstantibus per tot.***



21 Adhuc exempti longè maiore vinculo subijciuntur Papæ quam clerici suo Episcopo ut proinde argumentum illud Felini, Federici & sequacium de clericis ad exemptos à maiore iustate rationis non subsistat. *Abb. d. n. 11. & 12. preses. loco amatori & minori v. d. quest. 5. nu. 12. & seq.* Postremo opinionem hanc valde Solerter Refellit Panormitanus & aduersantia argumenta eleuat, suamque & rationibus & auctoritatibus stabilit & confirmat *d. cap. significasti num. 10. 11. 12.*

Conclusio quarta, opinio Abbatis certa est, in exemptis Papæ immediate subiectis quorum ipse sibi iurisdictionem reseruauit auctoritatibus tam ibidem allegatis quam supra quæstione quinta. *vers. tertio iurisdictione in exemptos est per principem numer. 12.*

22 At vero in exemptis ab ordinario qui tamen subiecti alicui alteri prælato superiori dicendum est eos posse iurisdictionem sui ordinarij prorogare tum quod hoc pacto fiat reditio ad ius commune quod est fauorabile. *Fel. in repert. verb. exemptus ab ordinario vers. sicus & verb. exemptus ab ordinario vers. adde quod de alio exempto fol. 53. verb. clericus qui est subditus fol. 20. & in cap. P. & G. num. 13 de offic. de leg.*

23 Tum quod eiusmodi exempti ab ordinario & subiecti alteri cuidam prælato superiori non habeantur pro reseruatis sanctæ Sedi de quibus præcipue tractamus hoc opere *v. supra d. quest. 5. num. 9. 10. 11. 12. 13. & seqq.* Tum quod longe interfit an exempti mediate aut immediate subiecti sint sanctæ Sedi. Tum quod Lason & Nauarrus intelligendus sit de exemptis ab ordinario qui subiecti sunt cuidam prælato superiori, quales posse iurisdictionem ordinarij prorogare concedimus & hoc pacto antinomias & contrariantes auctoritates conciliari posse opinamur. Tum quod immediate exempti sunt reseruati S. Sedi cum clausula irritante & alijs clausulis prægnantibus cuiusmodi non possunt tacite vel expresse prorogare, *dixi supra eod. lib. quest. 5. num. 12. 13. & seqq.*

### Q V Æ S T I O VIII.

Remissio exempti ad suum iudicem cuius fiat expensis?

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Patri, Abbati Episcopo, Domino competit utilis vendicatio. | 5. Ad expensas tenetur qui actum postulat.       |
| 2. Inde orta vendicatio seu repetitio exempti.                | 6. Clericus remittitur ad suum forum suo sumptu. |
| 3. Leodij in praxi id receptum.                               | 7. Restringendum in exemptione non notoria.      |
| 4. Remissio fit expensis exempti.                             |  |

9. Secus

9. Secus si exemptio foret notoria. Ordinarij iurisdictione præsumitur per totam diocesim.

10. Energia clausula saluo quod iustitia

Q Vemadmodum patri ius competit vendicandi seu repetendi filium, Abbati Monachum, Episcopo clericum, Domino subditum, colonum, ciuem, eadè proportione & Analogia de qua suo loco meminimus *supra qu. 45. nu. 5. & quest. 1. nu. 12.* Orta est potestas repetendi exemptum coram ordinario in ius vocatum, *arg. glo. l. 1. §. si quis ita petit. ff. de rei vendic. c. Abbatis 18. q. 2. Abb. conf. 88. n. 2. par. 1. Mynsing. c. super nobis nu. 2. de testibus c. dilectus ubi de appellat. ubi Abb. nu. 4. Berzachin tract. de Episcopo part. 3. quarti libri nu. 1. & 2. glo. cap. si iudex de sent. excom. in 6. Abb. cap. licet nu. 15. de Regularib.* Id quod apud Leodienses in praxi receptum est, vocato enim exempto in ius coram ordinario solet Bedellus capituli cui exemptus immediate subest coram ordinario comparere exemptumque vendicare siue repetere ac eum velut in libertatem asserere, cuius autem expensis eiusmodi repetitio remissio fieri debeat, an exempti, an vero illius qui exemptum coram ordinario incompetente in ius vocauit paucis hic est inquirendum.

Concludendum quod expensis exempti qui remissionem postulat. *Aufre. re. petit Clem. 1. quest. 2. nu. 25. de officio ordinarij fol. 106.*

Ratio est regulariter is tenetur expensas suppeditare qui actum fieri desiderat, quemadmodum Felinus & Peckius docuerunt varoque exemptorum genere demonstrarunt. *Fel. cap. 1. nu. 8. vsque ad finem de lib. ill. oblat. Pec. de iure sistendi cap. 37. numer. 1. & seqq. Vincent. Carocius tract. de oblationibus part. 2. quest. 9. Confirmatur quia si clericus postulet se remitti ad iudicem id fieri debet illius expensis. *latè Borr. decif. 303. per tit. Aufre. de potest. facultati super Eccles. personis Reg. 3. num. 17. vers. Adde Menochium de arbitr. indicum lib. 2. cent. 3. casu 228. num. 8. Bald. Aluarottus & D D. ca. 1. §. si iudex, de pace tenenda Salic. & Bald. leos C. de appellat. capell. Tholos. quest. 10. & 274. ubi Aufre. Ergo argumento à proportione ad clericos de quo supra diximus libro 1. qu. 45. n. 5. idem statuendum venit in exemptis.**

Restringenda tamen est ista conclusio in casu exemptionis non notoriæ qua exemptus comparere tenetur ad declinandum iudicium ordinarij de qua abunde supra locuti sumus, *eod. lib. 1. cap. 6. nu. 1. vsque ad nu. 10.*

Cum enim ordinarij iurisdictione fundata sit iuris præsumptione in omnia loca & personas totius diocesis. *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. c. cum contingat de foro cõpet. Gaill. lib. 2. obs. 62. n. 4. di. v. l. 1. c. 8. n. 2. fit ut eiusmodi exemptus aduersus vocantem eum in ius comparere tenetur ad remissionem postulandam, qui cum propter præsumptam ignorantiam exemptionis iustam exemptum euocandi seu litigandi causam habuerit, in expensis condemnari non debet sed totius*



tius remissionis huius actus seu declinatoriæ obiectio exempti expensis explicari debet *arg. cap. finem de dolo & contum. ubi DD. l. eum quem ff. de iudi. ij.*

9 At verò secus si exemptio foret notoria notorietate quam alibi descripsimus, d. *quest. 6. n. 23. 24. & seqq. eod. lib.* tum enim quia citans eiusmodi exemptum scit aut scire debet *vide supra d. quest. 6. nu. 24. & 31. cum seq. eum non esse conueniendo coram ordinario, ratione temeritatis seu obiectæ declinatoriæ condemnari debet, eum enim (inquit Vlpianus) quem temere aduersarium suum in ius vocasse constiterit viatica litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit. tex. l. eum quem temere ff. de iudicijs d. cap. finem ubi DD.*

10 Illud paucis videndum num quid operetur vulgaris illa clausula quam ordinarius decreto suo remissorio adijcere solet scilicet Remittimus saluo quod iustitia administraretur, certè superflua eam non esse hinc animaduertimus quod alter alterius iudicis negligentiam supplere debeat, nempe laicus iudex negligentia iudicis Ecclesiastici *Aufrelius de potest. seculari super Ecclesiast. personis Reg. 4. numer. 48. ordinarius negligentiam parium curiæ seu Domini Feudi. Curtius de Feudu part. vltima numer. 14. Menoch. de Retinend. possess. Remed. 3. quest. 52. numer. 354. & 414. DD. cap. cæcerum de iudicijs, & consequenter per Analogiam quam alibi supra lib. 1. cap. 45. n. 5. induximus negligentiam exemptorum. Aufrelius in rept. Clem. 1. q. 10. nu. 3. vers. vnde in principali de officio ordinarij. In cuius confirmationem sunt quæ in hac materia attulimus cum accessus ad Papam est difficilis ad quæ compendij gratia lectorem remittimus. vide infra lib. 4. cap. 50. si. n. 4. & q. 1. nu. 8. & seq.*

12 Postremo paucis hic incidit inquirendum, num eximens exemptum in ius coram ordinario vocatum incidat in edictum ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat. Ego tali casu puto cum Offilio locum huic edicto non esse ex quo persona quæ in ius vocari non potuit exempta est *tex. l. 1. §. Offilius ff. ne quis eum. Cum enim vterque malefaciebat & qui eximit, & qui exemptum coram ordinario in ius vocat deteriore tamen loco est vocans exemptum coram vetito examine qui petitoris partes sustinet. Eademque æquitas est in quouis qui alio quam quo debuerat in ius vocabatur *tex. l. nam cum vterque ubi glo. verb. qui alio ac vt explicatius scripsit Paulus dicendum est non videri vi eximi eum cui sit ius ibi conueniri d. l. nam cum ubi glo. verb. non conueniri adde Pet. de iure sistendi c. 33.**

### QVÆSTIO IX.

Exemptus an condemnandus in expensis ob non propositam exceptionem sui priuilegij?

**L**ibuit proponere hanc quæstionem articulatim in qua tamen nolo hæc loco fusius inhære, ex quo velut appendix eius decisio descendat ex quæstione quam

quam hoc eodem libro tractauimus sexto loco dum quæsiuimus vtrum exemptus teneatur ad allegandum suum priuilegium conclusimusque tertia conclusione cõdemnandum in expensis adiectis tamen tam eodem loco quam per discursum totius quæstionis nonnullis distinctionibus quas hoc in loco ne quod actum est agam non fuit visum repetere sufficiat appellare Imbertum concludentem condemnandum nisi iudici ex actis de exemptione constet aut in citatorio qualitas exemptionis exprimeretur, alioqui (inquit) quantumlibet aliunde notum esset & litigantibus & iudici comparere tenetur *Imbert inst. forens. lib. 1. cap. 26. glo. in verb. Cautius, cuius decisio pendet ex dicta quæstione sexta ad quam fit remissio.*

### QVÆSTIO X.

Exemptionis exceptio, an opponi possit in vim declinatoriæ post litem contestatam?

**H**Æc quæstio affinis est materiæ, quam superius tractavi in sexta quæstione vbi de prorogatione iurisdictionis disputatum est, quibus hoc in loco tantum addo quod licet declinatoria exceptio regulariter opponi non possit post litem contestatam *l. fin. C. de except. l. peremptorias cum ibi not. C. sentent. rescind. non posse. Nihilominus tamẽ exceptio exemptionis quandocũque opponi poterit Guido quest. 275. n. 4. & 5. per l. qui futurum ff. de pact. l. commissoria ff. de pact. inter empt. & vendit. exceptiones enim reddentes iudicium retro nullum semper opponi possunt *l. licet ubi DD. C. de procurat. Marant de ord. iud. par. 6. memb. 9. n. 9. Idque secundum intelligentiam eorum quæ dicta quæstione sexta scripsi quæ hic velim haberi pro repetitis.**

### QVÆSTIO XI.

Iudicum exemptorum iurisdic. an possit prorogari per non exemptos?

### SVMMARIVM.

1. Iudices exemptorum prorogari ab alijs non possunt.
2. Delegati prorogari non possunt.
3. Iudices exemptorum equiparantur delegatis.

**D**ubitationem facit quod eiusmodi iudices iurisdictionem habeant, certum autem est quod prorogatio iurisdictionis fieri possit de persona in personam



nam nempe vt iurisdic. limitata intor certas personas consensu partium extendi possit ad alias personas non subiectas l. 1. & 2. ff. de iudic. l. si conuenerit ff. de iurisdic. om. iud. Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 12. num. 3. Nihilominus tamen placuit magis eorum iurisdictionem prorogari nō posse atque ita aresto Gallix iudicatum fertur anno 1530. Augusti noua, statque in hac sententia insignis pragmaticus Io. Imbertius tali sermone. Hi exemptorum iudices cum ad certas causas certisque dentur personis non eorum potest iurisdic. ad alias causas personasque prorogari nec principis quidem interueniente rescripto. Ita ille *inst. li. 2. c. 6. in glo. verb. soluta.* nec vret ratio loco dubitationis adducta, nam ea obtinet in iudice habēte iurisdictionē iure ordinario communi, secus vero si iure aliquo speciali sicut delegato aut iudicibus exemptorum relatum est *Abb. c. excommunicatis n. 6. & 7. de offic. legati Marant. d. dist. 12. num. 4.*

Præterea eiusmodi iudices habent naturam delegatorum quorum iurisdictionē certū est prorogari non posse. *c. P. & G. vbi DD. de offic. deleg. Marant. vbi supra n. 14.* quia territorium non habēt ideoque etiam si ordinarij essent, tamē delegatis in iure æquiparatur. *Bald. c. inter Dominū de alienatione feudi Imbert. inst. For. li. 1. c. 27. glo. 1.*

## QVÆSTIO XII.

An ordinarius opposita exemptione cognoscat, an sibi iurisdic. competat?

### SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Iudex regulariter cognoscit de sua iurisdictione. | 2. Iurisdic. in Vasallum.   |
| 2. 3. 4. Fallit si agatur de illius proprietate.     | 6. Ordinarius extrajudicialiter tantum se informat de exemptione. |
| 5. Dominus non cognoscit an sibi competat            | 7. Alioquin exemptus poterit appellare.                           |

**T**Angenda etiam hæc quæstio non infrequens, licet enim regulariter iudicis sit cognoscere & decernerere vtrum sibi iurisdic. competat l. 2. vbi DD. ff. si quis in ius vocat. non ierit l. in prescriptione C. si contra ius *Abb. Fel. & DD. ca. super literis de Rescript. in hac tamen exemptionum materia singulare est vt ordinario de iurisdictione sua cognoscere non liceat velut nominatim id deciderunt Abbas, Fel. & alij cap. super literis nu. 10. vers. quartus casu. n. 24. vers. fallit 4. de rescript. his verbis. quartus casus cum agitur non solum de nudo exercitio iurisdictionis vt quia citatus dicit se exemptum & iudex negat, multa enim sunt commoda subiectionis ideo iudex est suspectus in hac cognitione, &c. In eadem est sententia Innocentius quem reliqui sequuntur, *c. venerabili vbi Abb. n. 3. & 4. de censib. Item in ca.**

ex parte

ex parte de verb. sig. Dominic. & DD. d. ca. super literis & ca. cum persona de priuileg. in 6. ca. ad audientiam vbi glo. *Abb. Franc. de appellat. Ang. d. l. 2. in 1. & 2.* Ratio prima est quia per exemptionem agitur de totali fundamento iurisdictionis & proprietate illius idque cum honore & com. modo ordinarij, quo casu ordinarius cognoscere nequit an sibi iurisdic. competat. *Fel. d. c. super literis n. 23. vers. fallit 3. vsq. ad finē.*

Ratio secunda quia quando agitur non solum de nudo exercitio iurisdictionis sed etiam de proprietate subiectionis iudex cognoscere non potest *Fel. d. ca. super literis nu. 24. Abb. d. cap. ad audientiam vbi glo. de appellat.*

Ratio tertia à simili quando enim excipitur quod locus nō est de iurisdictione tantistum iudex cuius ea in re vertitur vtilitas cognoscere non potest *Butrio d. cap. super literis Fel. ibidem num. 27. Abb. Innocent. Angel. vbi supra* Porro valet in iure argumentum à locis ad personas, *præse. in locis legalibus loco a loco ad personas.*

Ratio quarta ab argumento Vasallorum ad exemptos quod valere frequēter supra probauimus. Non enim cognoscere potest Dominus vtrum sibi iurisdic. cōpetat in Vasallum. *vide Curtium de feudis parte 7. quæst. 7. nu. 27.* Nihil obstat cap. cū personæ de priuilegijs in 6. vbi glossa ordinaria in verbo ordinarij ex diametro videtur huic conclusioni aduersari. Quia teste Felino communis nostra conclusio est in contrarium *d. c. super literis n. 24. vers. sed tenendo quod glo. cap. statutum §. 1. in verb. copia de rescript. in 6. Innocent. ca. ex parte 1. de verb. sig. Abb. Butr. Dom. Ang. vbi supra.* Nec enim vt vult pars sanior doctorum in casu d. cap. cum personæ iudex vbi cognitionem vsurpat vt iudex sed vt extrajudicialiter tantum se informet *Abb. d. c. venerabili nu. 3. & 4. & in cap. ad audientiam n. 8. & seq. de appellat. Fel. d. ca. super literis nu. 24. Franc. d. ca. cum persona §. si autem n. 2.* Hoc modo intelligendus est Angel. quod a legato priuilegio exemptionis is cognoscere debeat nō qui declinatur sed qui tanquā superior adiri potest. *Angel. d. l. 2. in 1. & 2. fall. ff. si quis in ius vocat. non ierit,* quod ipsum etiam doctē voluit Innocent. *d. cap. ex parte num. 3. per tot.*

Dum post longam huius articuli explicationem ita subnectit, vtrum autem exemptus sit vel non vel vtrum priuilegium sit verū vel falsum vel aliquid aliud quod tangat principalem causam de his cognoscere non debet, quia esset iudex in causa sua. quod esse non debet, ita illa. Vnde sit dubia opinio Franci d. ca. cum personæ & aliorum quorundam p. iudicium quod cum iudex se non constituit partem principalem sed si controuertatur tantum inter partes de illius iurisdictione quod tunc de illa cognoscere & pronunciare possit. Etc. nimirum etiam eo in casu vt censet Innocentius vigent quoque antedictæ rationes, adeo quidem quod iudicialis istius indagare remittenda sit ad superiorem vt sequenti quæst. iuncta concludemus aut si vterius procedatur ex parte exempti veniat appellandum. *Doctē Innocent.*

*d. cap. venerabili vbi Abb. de censib. & d. cap. ex parte de verb. signif.*

Quæst.



## QVÆSTIO XIII.

Cuius sit de quæstione exemptionis cognoscere?

## S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Pontificis est cognoscere de exemptione. | nem.  |
| 2. Inferior cognoscit incidenter.           | 5. Expectanda altera iussio.                          |
| 3. Verba quis interpretetur.                | 6. Ordinarius an cognoscat de exceptione exemptionis. |
| 4. Ordinarius retardare potest executionem. |   |

**O**stendimus præcedente libro affatim solius esse Pontificis siue Principis plene eximere, cuius proinde solius dicimus de suo exemptionis priuilegio iudicare *tex. cap. cum venissent ubi glo. in verb. iudicari & DD. de iudiciis tex. ca. 1. de lege Conradi Bald. in pralud. feud. n. 18. Gaill. lib. 1. obs. 1. num. 7. Castrens. l. hi qui nu. 6. C. de appellat. Barthol. Fumus in summa verb. interpretatio nu. 4. Anton. Milis in rept. verb. iudex inferior non cognoscit fol. 213. l. & idco ff. de legibus quod tamen non adeo regulare & generale est quin admittat quasdam exceptiones siue fallentias, quas omnes hac distinctione comprehendam. Aut dubium est de intellectu priuilegij seu de intentione Pontificis siue Principis eo casu nemo alius adiri potest siue cognoscere quam Princeps *glo. d. cap. venissent cum ubi Innocent. Oldra. conf. 230. Innocent. cap. cum speciali de appellat.* eius enim est interpretari cuius & condere idque etiam si iuxta Abbatem intellectus esset clarus, nam non est inferioris declarare leges seu priuilegia vt faciant ius quo ad omnes *C. fin. l. de legibus Innocent. d. cap. cum speciali Abb. d. cap. cum venissent numer. 3. vers. & puto hoc etiam vt quæritur de potestate Pontificis seu Principis priuilegium concedentis, eo casu quoque inferior cognoscere non potest sed solus Princeps ca. primum de translatione pralator. Innocent. ca. ex parte 1. de verb. signif. cap. ipsi sunt ca. nemo & cap. seq. q. 3. Abb. d. nu. 3. vers. idem putat. Dominus Anto.**

**2** Aut quæritur nunquid inferior possit cognoscere incidenter in præiudicium partium non directè super mente priuilegij sed v.g. an priuilegiatus sit capax seu an priuilegium sit surreptitiu, eo casu relatum est posse *pulchre Bald. in pralud. feud. nu. 18. & d. cap. 1. de lege Conradi Gaill. d. obs. 1. nu. 13.* tum enim magis tractatur de priuilegiato quam de priuilegio *arg. cap. 1. & 2. de confir. vtili vel inutili cap. super literis de Rescript. cap. 1. de l. tu contest. in 6. Abb. d. nu. 3. vers. aut quæritur.*

**3** Aut vero dubitatio tantum vertatur circa verba priuilegij quo casu si sensus sit clarus poterit inferior cognoscere in præiudicium partium ea enim est iudici potestas data vt interpretari possit legem scriptam in præiudicium partium *Innocent. d. cap.*

*d. cap. cum speciali l. unica C. de professorib. qui in vrbe const. lib. 12. cap. inter alia de sent. excommunic. Abb. d. n. 3. vers. aut dubitatio,* longe magis poterit interpretari legem non scriptam, si verò sensus seu casus sit dubitabilis tunc si princeps facile possit adiri illius erit interpretatio. *Fel. d. cap. cum venissent in pr. d. cap. inter alia l. ex facto in princ. ff. de vulgari & pupill. Fumus d. verb. interpretatio nu. 4.* In minus decidi poterit per inferiorem ratione aliqua si fieri possit naturali & verisimili quæ tamen verbis expressis priuilegij consonat, vel etiam per aliquod simile. Eiusmodi enim interpretationes per similia nedum iudicibus sed etiam doctoribus concessæ sunt *per tex. l. ex facto ff. de vulg. & pup. l. non possunt ff. de legib. Anchar. c. 2. de magist. Cyn. l. non dubium c. de legibus Abbas d. n. 3. vers. alias data instantia Innoc. d. cap. cum speciali.*

Paucis distinctiones has confirmant Anton. de Milis Fumus Abbas & Doctores supra allegati. Quibus addo quod inferior etiam de nullitate seu validitate exemptionum cognoscere possit non vt diffiniat sed vt retardet tantum aut differat illarum executionem donec superiori rescripserit interim expectando secundam iussionem *Butr. & DD. cap. tua de ord. cognit. Abb. cap. de cætero in 2. not. de Re iudic. glo. c. 1. ubi Innocent. de offic. ordin. Borgasius tract. de Irregularit & dispens. part. 2. tit. qua dispensatio dicatur ind. secreta fol. 26. col. 2.*

Non enim facile obediendum est iniquis falsisue litteris emanantibus à Cancellaria Pontificali aut Cæsarea nisi altera iussione intimata *Barth. l. prohiberem C. de iure fisci lib. 10. Ang. conf. 219. l. 3. C. si contra ius l. nec damnoza C. de precibus.* Imo possent resisti si facerent impressionem *l. defensionis C. de iure fisci lib. 10.* Denique an ordinarius de exceptione exemptionis quæ in causa coram eo vertit e coram eo etiam proponitur possit cognoscere distinguit & cum mica hac salis resoluit Philippus Francus *cap. 1. nu. 4. vers. sed ubi non esset notorium de pœnis in 6.* Vt cum dubia est exemptio & de causa agitur mensæ eius proponi, tunc ordinarius cognoscere non possit, secus vero si causa concernat Ecclesiam vel mensam ipsius Ecclesiæ.

## QVÆSTIO XIV.

Commiffa ordinario causa exempti, an illius iurisdic. tio censeatur excitata vel delegata?

## S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Ordinaria & delegata potestas potest concurrere in eodem. | distio sit concessa.   |
| 2. 5. Ad quem tunc appelletur.                               | 4. Iudex procedens vna via cum debuerit alia vtiat acta & sententiam |
| 3. Quibus formulis cognoscatur vtra iurisdic. tio            |  |



6. Ab Episcopo visitante tanquam Ap- 7. Vtra iurisdictione in dubio processum  
 stolice sedis a legato ad quem appelleretur. fuisse presumatur.

**H**Æc quæstio scitu dignissima est tum ad iudicij telam sententiamque ordi-  
 nandam, tum etiã ad appellationem interponendam, cum enim sententia om-  
 nium ordinaria & delegata potestas possit in eadem persona concurrere pe-  
 riculũ est si habita seu excitata ordinaria iurisdictione sub delegato procedatur aut  
 è cõtra, ne processus omnis vatiatur. *Abb. Fel. & DD. ca. ex officij de prescr. c. licet &*  
*cap. pen. ubi DD. de offic. ord. late Fel. in repert. verb. ordinarius potest esse & ordinarius*  
*efficitur delegatus late Menoch. lib. 2. presump. 16. & 17. num. 23. & seqq. aut appellan-*  
*do à sententia ordinarij delegati ad Metropolitanum qui hoc respectu inferior est*  
*DD. Rubr. ff. de officis eius cui mand. iuris. Gaill. d. obs. 17 n. 5. ne ad Metropolitanum*  
*causa non deuoluatur ex quo tali casu ad Pontificem appellari opportuisset. Abbas*  
*cap. ad abolendam num. 16. de hereticis Fel. d. cap. cum ex officij numer. 24. & in suo re-*  
*pert. d. verb. ordinarius Abbas d. cap. cum ex officij numer. 25. Item addit ad Abb. add. ca.*  
*ad abolendam num. 16. Porro ad agnoscendam vtra iurisdictione concessa censetur*  
 magis pendet ex cognitione formularum quam ex iure, dicunt enim sequentibus  
 similibusue formulis iurisdictionem ordinariam solere excitari, mandamus tibi vt  
 iustitiam facias, Item committimus, tum enim quia committitur ordinario causa  
 quæ ad eius iurisdictionem spectabat eius iurisdictione non censetur delegata sed ex-  
 citata id est (inquit Innocent.) videtur ei suasisse executionem sui officij. *Innoc. d. c.*  
*licet vers. & est ratio Abbas ibidem n. 3. cum addit. vocaturque eiusmodi cõmissio ius-*  
*sus seu excitatio iurisdictionis, nõ verò delegatio tex. Auth. vt nulli iudicem d. & hoc*  
*vero iubemus Barth. & DD. l. more ff. de iuris. om. iud. Marant. de ord. iudic. par. 4. dist.*  
*5. n. 72. Cõterũ si dicatur vicè nostra, auctoritate nostra, auctoritate Apostolica, aut*  
 ponantur clausulæ æquipollentes quæ fusius à Felino & doctoribus referuntur d.  
 cap. licet nu. 2. & seq. ubi *Abb. num. 5. & Innoc. Mathesil notab. 90. tum censebitur ordi-*  
 narij iurisdictione fieri delegata, prout quoque quotiescumque per commissionem  
 iurisdictione ordinarij alteratur. diminuitur vel augetur, qua de re videatur Felinus,  
 capitibus supra allegatis & DD. His præmissis dum quæritur vtrũ commissa ordina-  
 rio causa exempti illius iurisdictione excitetur an vero fiat delegata, inuenio pugnan-  
 tes sententias. Hostiensis censuit pro iurisdictione ordinaria seu iurisdictione ordi-  
 nariã excitari in c. ad abolendam de hereticis. Cuius tamẽ opinio à cõteris merito re-  
 probatur. *glo. not. d. c. ad abol. in verbo deleg. in fine ubi Io. Andr. & Abb. n. 15. Abb. ca.*  
*grauen. s. de offic. ord. Abb. c. significasti n. 12. vers. sicut semper de foro cõpet. dixi supra qu. 7.*  
*vers. ampliat. 6. in fine. Ratio est quia cum ordinario rescribitur seu committatur a-*  
 liquod quod non pertinet ad eius ordinariam cognitionem seu iurisdictionem tum  
 censetur esse delegatus *Barth. & DD. l. more maiorum ff. de iurisdic. om. iud. late Me-*

*Menoch. de prescript. li. 2. pres. 16 n. 25. & seq. Abb. d. c. licet n. 3. Abb. c. significasti n. 12. vers. si*  
*aut semper in fine de foro cõpet. ubi dicitur quod Papa censetur semper delegare quã-*  
 do dat ordinario potestatem cõtra exemptos ideoque censuerunt omnes quod si  
 Papa mandet Episcopo vt inquirat de hæresi cõtra exemptos quod id facturus sit  
 non potestate ordinaria sed delegata *Fel. d. c. licet n. 1. glo. d. c. ad abolendam ubi Abb.*  
*n. 16. quod ipsum inter cõteros doctẽ & breuiter distinguit Barthol. d. l. more nu. 8.*  
 hoc sermone. Aut in cõcessione exprimitur quod hoc faciat auctoritate cõcedentis  
 & tunc non videtur concedere ordinariã, si verò hoc nõ exprimitur tunc aut cõmit-  
 titur vnum negotiũ vel plura particularia & non videtur concedi ordinaria iurisdic-  
 tio, aut committitur vniuersitas negotiorum ex tunc in dubio videtur concedi ordi-  
 naria iurisdictione. Ita ille, Porro non vrget auctoritas & ratio Hostiensis quia cõ-  
 munitis doctorum opinio est in opposito cuius rationes satis refellit Abbas quas nõ-  
 lo breuitatis causa hic referre. *d. n. 16. cap. ad abolendam.*

Sunt autem vt initio scripsi scitu hæc necessaria ad telam iudiciariã quippe quod  
 si iudex vna via procedat cum aliã eligere seu alia procedere debuisset, processus ex  
 nullitate corruet, *Menoch. d. pres. 17. Vant de nullitat. ex defectu iurisdic. ord. n. 170. &*  
*seq. Fel. ubi supra in repert. Similiter quo ad appellationẽ interponendã vt initio plu-*  
 ribus auctoritatibus probatũ est, quod tamen non videtur placuisse Alphonso Vil-  
 ladiego. *In speculo visitatorũ fol. 35. n. 3.* nitenti auctoritate sacre congregationis, de-  
 claratione (inquit) 484. (illius refert eiusmodi verba.) si in visitatione appellari õ-  
 tingerit ab Episcopo suffraganeo etiam tanquam sedis Apolt. delegato prout statuit  
 sacrum conc. trid. debet appellari ad metropolitanum & c. Ratio inquit est quia qua  
 suffraganeus in visitaione facit iure ordinario facit licet auctoritate Apostolica sit  
 factus delegatus, addit. Ideo dixit Hostiensis ca. 2. de offic. ord. & in summa de offic.  
 ord. s. sunt autem quædam, quod quando committitur Episcopo id quod pertine-  
 bat ad eius officium id fit vt magis teneatur, ca. quis nesciat dist. 15. Ita ille, Porro qua  
 iurisdictione vsus presumatur qui secundum ordinariã & secundum delegatã cog-  
 noscere & diffinire causam potuit tradit alibi late *Menoch. lib. 2. presump. 17. pe. tot.*  
 Paucis cum ex actis constat qua iurisdictione vsus sit res est satis in confessio *Abb.*  
*cap. cum ex officij numer. 32. de prescript. ubi Felin. num. eod. vers. limita prima. At vero si*  
 possint acta & sententia vtraque iurisdictione sustineri, tum ordinaria vsus præsu-  
 metur *Felin. ubi supra num. 34.* quod fallit nisi delegatio facta sit à principe vel sum-  
 mo Pontifice, nam tunc præsumitur processisse tanquam delegatus *Fel. d. c. cum ex*  
*officij n. 31. vers. benefacit.* quia delegatus principis dignior est ordinario *DD. in Rubr.*  
*de offic. eius* ideoque appellatio deuoluitur ad principẽ *Fel. ubi supra n. 24.* si autẽ acta  
 secundũ iurisdictionem ordinariã sustineri non possint secundum delegatã autẽ  
 possint tum receptior opinio est quod processerit secundum delegatã *Abb. d. c. cum*  
*ex officij n. 31. Fel. n. 1. Parisius num. 33.* Ratio quia quilibet præsumetur amplecti eam



viam per quam actus suus non vitietur l. 3. ff. de test. milit. l. quoties 2. de Reb. dub. taro Menoch. lib. 6. praef. 8. Alc. de praesumpt. Reg. 3. praef. 35. nu. 3. & seqq. qua de re fusillime Ioannes Baptista Perulinus gener Bartholi in tractatu de arbitris lib. 12. cap. 8. & seq. Ocean. vol. 3. fol. 128.

## QVÆSTIO XV.

Exemptus an priuilegio gaudeat, antequam illius habeat notitiam?

## S V M M A R I V M.

1. Francus Abbas & Menochius doctè emptum non validat sententiam. distinguunt.
2. Ignorantia iudicis condemnantis ex-
3. Clausula irritans afficit ignorantes.

**A**rticulum hunc supra incidenter tractauimus lib. 1. quæst. 7. n. 6. quibus annexi poterunt sequentes auctoritates Anth. de Milis in repert. verb. gratia per quam, fol. 177. Rot. dec. 12. circa med. de prebend. in antiq. Anam. in add. cap. ad abolendam de hereticis Anchar. post Lapum Clement. 1. de appell. ubi Calder not. 2. latissime Abb. cap. 2. numer. 7. cum Apost. de constit. ubi vide Rom. cons. 207. vide distinctionem Franci cap. 1. §. ex parte numer. 3. & seq. de concess. prebend. in 6. Menoch. de Arbit. indic. casu 185. num. 30. vsque ad numerum 40. ubi late. Aliud est ignorantia iudicis excommunicantis exemptum qui non facit valere excommunicationem ideo quod ignoret cum esse exemptum Spec. de citatione §. de citatione num. 20. vers. sed nunquid idem erit. Ratio est quia per exemptiones eripitur quis ipso facto à iurisdictione Abb. cap. cum dilectus num. 3. de relig. domibus. Qua de re videas quæ distinctius supra attuli lib. 1. quæst. 7. vers. inferitur 1. num. 6. pleraque enim hac in materia ex mente concedentis dependent ad quam ut ibi & sæpius diximus semper est collimandum vide infra lib. 3. quæst. 7. nu. 1. Ratio secunda quia exemptiones regulariter annexam habent clausulam irritantem quæ afficit ignorantes v. infra lib. 3. quæst. 12. num. 11.

## QVÆSTIO XVI.

Quid si pendente lite coram ordinario concedatur exemptio?

## S V M M A R I V M.

1. Declinatoria nouiter orta opponi potest.
2. Ius reuocandi domum nouiter ortum opponi potest.
3. Arbitr factus sacerdos compelli non potest.

4. 8. Laicus

4. 8. Laicus post delictum factus clericus non punietur a laico.
5. 9. Opinio negatiua verior.
7. Priuilegium superueniens non eximit.
11. Priuilegium in praiudicium litis pendentis non valet.
12. Nisi constet de auocatione.
13. Item nisi sit speciale super illa lite.
14. Item nisi motu proprio.
17. Exemptio concessa lite pendente an reuocari possit per viam attentati.

**P**ro parte affirmatiua quæstionis videlicet pro exemptione videntur militare sequentes rationes.

Prima exceptio declinatoria noniter orta opponi potest post litem contestatam ca. insinuando de officio deleg. Abb. ca. unico num. 5. de oblig. ad ratiocinia & diximus supra quæst. 10.

Secunda si ius reuocandi domum incepit competere post litem contestatam eo tempore in vim declinatoriæ opponi poterit Innoc. 10. And. & D. D. ca. fin. ubi Boer. q. 7. de foro compet. In son. lita demum C. de procurat. l. qui autem ubi glo. ff. si quis caut.

Tertia si pendente arbitrio, arbiter fiat sacerdos non poterit compelli propter priuilegium superueniens ut arbitretur l. non distinguemus §. sacerdotio ff. de arbitr.

Quarta, laicus post delictum factus clericus non punietur à iudice laico sed ab Ecclesiastico, quemadmodum etiam Barbatia adfert de Cardinalibus qui ratione delicti ante Cardinalatum commissi gaudent priuilegio Cardinalium Barth. tract. de iurisd. nu. 8. Barbatia tract. de Cardinalibus quæst. 11. prima partis Pec. de iure sist. qu. 14. num. 4. Bald. l. affirmatiua C. communia de success. Bertach. tract. de Episcopo in quinta parte 4. libri nu. 50. Papon aux arrest. tit. des priuileges arrest. 6. Quinta huius sententiæ videtur Iacobus Cuiacius lib. 13. obs. 11. hac ratione quod priuilegium superueniens perimat instantiam ceptam.

Pro contraria vero sententia quæ & verior est & quam omnes sequuntur, sunt hæc rationes. Prima Vlpiani his verbis. Cū quædam puella apud cōperentem iudicem litem susceperit deinde condemnata est posteaque ad viri matrimonium alterius iurisdictioni subiecti peruenerit, quærebatur an prioris iudicis sententia exequi possit: dixi posse, quia antea fuerat sententia data, sed etsi post susceptam cognitionem ante sententiam hoc euenerit, idem putarem sententiaque à priore iudice reuertetur, quod generaliter in omnibus huiusmodi casibus obseruandum est l. 1. cum quadam puella. ubi D. D. ff. de iurisdictione iud.

Idem alio loco respondit, quod si quis posteaquam in ius vocatus Miles vel alterius fori esse ceperit in ea causa est, quod ius reuocandi domum non habebit quasi præuentus l. si quis postea ff. de iudicis quod ipsum Canonica dispositione confirmatur. Nam communiter traditum est quod priuilegium fori superueniens non eximit à iurisdictione iudicis qui præuenit rex ca. proposuisti ubi communis. de foro com-



per. not. Spec. par. 1 de iudice delegato §. excipi vers. quid si conueniens num. 15. Quemadmodum nec laicus pendente iudicio clericus factus eximitur à iurisdictione laici qui praeuenit laico *Abb. cap. unico num. 4. & 5. de oblig. ad ratiocinia & cap. proposuisti ubi DD. de foro compet. Barth. l. 1. num. 3. per tot. cum Apost. de pœnis Bertach. d. tract. de l. pœ. in quinta parte quarti libri quæst. 27 num. 46. & seq. D. D. d. l. cum quedam puella & d. l. si quis postea Brixienensis in venerabilibus quæst. 31. vol. tract. 17. vide latiss. Farinaccum in pract. Crim. lib. 1 q. 8 nu. 104. & seq. ubi distinguit.*

9 Secunda ita inter ceteros nominatim censuerunt Goffr. Io. Andr. & Francus c. 1. in cr. nu. 6. de priuileg. in 6. & in ca. unico ubi Anton. de obligat. ad ratiocinia. His verbis. Quid autem si priuilegium impetretur super exemptione post citationem factam per ordinarium? Refert hic Io. Andr. & c. tenuisse quod tale priuilegium non inueniet impetrantem arg. l. ubi ceptum ff. de iudic. pro quo facit cap. fin. ut lite pend. quod maxime procedit quando citatio fuisset talis quæ induceret litispendentiam secundum formam Clem. 2. ut lite pendent. Ita Francus.

10 Confirmatur ex Peckio censente quod a restu. laici subleuat etiam si is ex post facto fiat clericus, qui idcirco non habet ius reuocandi domum, quia oportet spectare tempus a resti facti, *Pec. de iure sistendi cap. 14. nu. 3.*

11 Confirmatur 2. quia priuilegium concessum in præiudicium litis pendens illius non facta mentione nullius est momenti. *Abb. cons. 98 n. 1. par. 1. c. fin. ut lite pendent. Clem. 2. eod. tit. c. ex parte ubi Abb. de priuileg. dixit supra hoc libro q. 3. Bellam. conclus. 749. Fel. c. 1. n. 14. vers. fallit 6. & c. super litteris n. 12. de Rescript. Quod ipsum laicius confirmari posset ex Mindano, tract. de continent. causa cap. 5. nu. 6. fol. 73.*

12 Limitatur primo. hæc conclusio nisi ex tenore priuilegij appareat quod Papa uoluerit ad seipsum causam auocare. *Goffr. Io. Andr. Franc. d. c. 1. n. 6. de priuileg. in 6.* Limitatur secundo nisi priuilegium seu exemptio specialiter fuisset concessa super illa lite seu nisi priuilegium faceret mentionem citationis seu litispendentiæ *Bald. d. cap. 1. de priuileg. in 6. ubi Franc. D. D. c. fin. ut lite pend. & in l. si quis quemquam ff. si quis caut. iud. sisti non obtemp. pulchre lason. l. si quis quenquam n. 3. ff. si quis cautionibus iudicio Bellam. decis. 102. Lancelottus de Attentatis loco iam citando.*

14 Limitatur 3. nisi exemptio esset concessa motu proprio nam tunc traheretur ad litem ceptam seu pendentem *Clem. si Roma de prebend. D. D. d. l. qui autem Apost. ad Abb. cap. cum dilectus de iure patr. Celsus Hugo tract. de clausulis n. 61. vers. adde tamen Barth. d. l. 1. n. 3. ubi Apost. ff. de pœnis glo. not. d. l. si quis ubi DD. & l. as. d. n. 3. & 4. uide infra eod. l. q. 19. n. 5. & 6. late Lancelottus de Attentatis par. 2. c. 4. limit. 20. n. 18. & seq. fol. 158. Sic de laico dicitur qui motu superioris ad clericatum assumptus est *Apost. ad Barth. d. l. 1. n. 3. ff. de pœnis & in d. c. unico cum add. de oblig. ad ratiocinia Bertach. d. q. 2. quæ limitatio tamen non placuit Felino & nonnullis alijs in ca. causam que 2. de test. ubi & late in reperi. vers. priuilegium lite pendente fol. 100. col. 3. in fin. l. as. d. l. si quis**

Staphi-

Staphileus de gratijs & expectatiuis Rubr. de vi & effectu clausularum §. sub sequenter n. 20. & seq. vol. tract. 14. fol. 27. quia priuilegium lite pendente concessum etiam motu proprio nocere non potest causæ pendenti neque parti aduersæ. *late Fel. in reperi. d. vers. priuilegium lite pendente & Staphil. ubi supra Villadiego tract. de legato q. 14. prima partis n. 51. & seq. Rebuff. in praxi benef. par. tit. de non tollend. ius quærit glo. 6. nu. 9. id quod eo magis procederet si illud fuisset procuratum sine postulatui Fel. c. fin. nu. 25. vers. secundo de foro compet. per l. & qui data ff. ex quib. caus. mar. & not. per eundem Fel. in ca. fin. de testib. Apost. ad Barth. d. l. 1. ff. de pœnis Bertach. ubi supra.*

Porro quod dixi exemptionem nouiter concessam non impedire litispendentiæ & iurisdictionis præuentionem, id non aliter intelligendum est quam si is uere pendeat aut iurisdictione uere præuenta sit iuxta *Clem. 2. ut lite pend.* Nam si nulla seu inutilis fuerit litispendentia ut in contumace & alijs in casibus responsum est exemptio vires & robur fortiretur. *Fel. d. c. proposuisti nu. 2. vers. limita istum tex. de foro compet. & cap. ex tenore de Rescript. not. Franc. d. c. 1. n. 6. Mindanus d. 1. 5. per tot.*

An autem eiusmodi exemptio seu priuilegium pendente lite impetratum reuocari possit per viam attentati quærit Aegidius respondetque quod non sed procedi poterit ordinaria via in causa ex quo uerisimile non sit quod in præiudicium partis princeps uoluerit, aliquid concedere cui etiam assentitur Io. Staphileus Aegidius conclus. 102. incip. si possessio beneficij Staphil. de gratijs & expect. Rubr. de vi & effectu clausularum §. consequenter n. 23. per tex. ubi glo. & Innoc. c. fin. ut lite pendente, vid. Lancelottus de Attentatis d. c. 4. limit. 20. n. 22. & seq. Non obstat primum argumentum de exceptione declinatoria quia illud uerum est in declinatoria quæ quidem competeat ante contestationem, sed nesciebatur competere secus uero si postea ceptit competere ut inquit *Pec. de iure sist. c. 14. n. 5.* Nec etiam secundum quia tunc non est reuocatio domum quæ ius differendi in aliud tempus. *Ant. Abb. Inno. c. fin. de dilat. Fel. d. ca. fin. n. 25. vers. competit hoc ius de foro compet.* Est enim reuocatio domum exceptio dilatoria quæ opponi debet ante litem contestatam *Innoc. Fel. & D. D. d. cap. fin. de foro compet.* Item nec tertium & quartum tum quod ibi casus sit diuersus unde oriuntur diuersa iura *l. in plagiis §. in cluius ff. ad l. aquil. proso loco à separatis,* tum quod nulla ibi fuerit litispendentia unde non mirum si ex mutatione status personæ sequatur etiam mutatio illius qualitatis, *d. l. si qui autem l. pen. ff. si ex nexali causa.* Qualitas enim superueniens mutare solet effectum antea introductum *Gemin. ca. presul. 2. qu. 4. ubi Archid. Urbatia d. qu. Basil. 14. n. 6. & latissime Abbas d.*

cap. unico de oblig. ad ratioc. ubi ceteris curiosius inquirat quid iuris de laico qui post contractum aut delictum factus est clericus.

QVA



## QVÆSTIO XVII.

Exemptio si pendente lite reuocetur, an lis ad ordinarium reuertetur.

## S V M M A R I V M.

1. Scholaris si post litem motam deserat Academia, lis reuertetur ad eius ordinarium. 2. Vbi acceptum est iudicium, ibi finire debet.

**D**ubitauisse videtur Imbertius dum dicit quod scholasticus si post litem motam deserat Academiam quod lis ad ordinarium iudicem veniat remittenda in *lib. 1. cap. 27. glo. 1. & legatus causam ceptam finire non potest egressus prouinciam Flamini de Resig. benef. par. 1. lib. 1. cap. 11. n. 4.* Frequenter autem supra inculcauimus validum sumi argumentum a scholaribus ad exemptos velut & a Vassallis clericis eiusmodique alijs qui speciales habent iudices id quod Felinus cum alijs a me superioribus in locis allegatis frequenter arguit supra *lib. 1. quest. 45.*

Contrarium tamen concludendum est quia vbi acceptum est semel iudicium ibi finem sumere debet *l. vbi ff. de iudicij* etiam si casus superueniat a quo incipere non posset *cap. factum legitime de reg. iur. in 6.* sufficit enimabilitas tempore in hoc aliter licet post factum contingat inhabilitas, id quod plurifariam exemplificat Francus *cap. statum in 1. pr. per tot. de Rescript. in 6. & late & docte Flaminius tract. de Resignat. benef. part. 1. lib. 1. qu. 11. per 1. 1.* Imbertius nihil nos mouet nam ibi loquitur de translatione iurisdictionis in ordinarium per viam auocationis.

## QVÆSTIO XVIII.

Instantia cepta contra exemptum an transeat in illius hæredem non exemptum?

## S V M M A R I V M.

1. Instantia cepta & rescriptum transit in successorem.
2. Quando debeat attendi principium & non finis.
3. Subsistente causa priuilegij in vita defuncti transit ad illius hæredem.
4. Quando debeat attendi principium & non finis.
5. Citari debet hæres ad resumendum.
6. Alioquin sententia esset nulla.

**Q**uod lis inchoata contra exemptum transeat in illius hæredem non exemptum probari satis potest ijs aucto ritatibus quæ superius allatae sunt *eod. lib. quest. 16. num. 5. & seqq.* Quibus addo pro regula quod non modo instantia causa

causa transeat in hæredem *l. tam ex contractibus vbi DD. ff. de iudicij l. si eum hominem vbi Barth. & DD. ff. de fideiusor. Abb. Fel. & DD. cap. quia V. de iudic. Milis in repert. verb. iudex ordinarius vel eius delegatus qui competens erat & vers. seq. fol. 211* Sed & rescriptum impetratum contra defunctum tranfire debet etiam in illius successorem *Anton. Milis in repert. verb. rescriptum licet regulariter & verb. Rescriptum impetratum contra unum & verb. instantia per tot. Leonellius tract. de surreptione rescript. quest. 18. art. 15. l. cum quasi ff. de fidei comm. libert. Abb. d. cap. quia V. numer. 1. 3. 5. vbi late.* Cum enim causa priuilegij in vita defuncti subsistat priuilegium illius causæ in defuncti persona conceptum ad illius hæredem pariter tranfire debet *l. cum quasi ff. de fidei commiss. libert. Lorietus in l. eius qui sum. 37. ff. si cere. petat.* in qualibet enim dispositione semper spectari solet initium quemadmodum Flaminius plurifariam comprobauit *de resignat. benef. par. 1. li. 1. qu. 11. per tot. signanter nu. 6. & 7.* quippe quod vbi acceptum est semel iudicium ibi finem accipere debeat etiam si casus superueniat a quo incipere non possit *cap. factum de Reg. iuris in 6. l. in ambiguis pro dote s. non est nouum ff. eodem dixi supra c. 17. n. 2. eod. li. 4.*

Accedit quod cum resumptio habeat necessariam dependentiam a præterita obligatione instantiæ qua exemptus fuit obligatus & in quam successit eius hæres nõ exemptus debet attendi principium & non finis *l. damni s. sabini ff. de damno infecto l. 3. s. scio s. præcedenti ff. de minoribus, pulchre præses in locis legalibus loco a virtute finis verbo, alij autem dicunt quod & c. vbi latius.*

Itaque defuncto exempto citari debebit eius hæres ad causam resumendam seu vt inquit doctè Rebuffus *in l. boues ff. de verb. sig. & in l. verbum reddendi ff. eodem ad resumendum armamenta causæ seu rementa, id est remamenta causæ scilicet vt causam resumat in eo statu in quo remansit, alioquin enim omissa hac resumptione (quam tamen hæres etiam vltro subire potest) Massuerus in praxi tit. de contumacia nu. 16. sententia vitio nullitatis subiaceret. Castrens. l. Paulus 1. ff. qua sententia sine appell. rescindant. Anton. de Tremolis in addit. ad praxim Vberti de Bonacur tit. de impedim. execut. & caus. nullit. in glo. verb. & contra minorem vers. & licet iure cautum sit Barth. l. lucius ff. ad Trebell. l. si petit l. si is Roma ff. de iudicij.*

## QVÆSTIO XIX.

Instantia cepta coram ordinario contra subiectum an transeat in illius hæredem exemptum?

## S V M M A R I V M.

1. In conuersis idem iudicium.
2. Index defuncti est index hæredis.
3. Exempti comparantur extraneis.
4. Exemptio immediata aut motu proprio concessa



concessa.

6. Quid si concessa sit ad postulationem.

7. Instantia laici an transeat in clericum.

8. Exemptis habent speciales iudices.

9. Instantia non transit in monasterium.

10. Mutata persona mutatur actio.

11. Aduentitia &amp; noua acquisitione bona sumunt naturam priuilegiatorum.

12. Instantia finire dicitur, confiscata bonis.

**A** ratione casus conuersionis precedentis quaestionis videtur quoque concludendum instantiam coram ordinario ceptam transire in exemptum, in conuersis enim idem est iudicium & eadem disciplina. *præses in locis legalibus loco a ratione casus conuersionis & loco a contrariis*, vt proinde iudex ordinarius competens defuncti censetur etiam exempti vniuersalis eius successoris. *l. 1. C. si pendens appellat. mors interuenierit ubi Matheplanus Anton. Milis in repert. verb. iudex ordinarius vel eius delegatus qui competens & verb. iudex delegatus contra vnum tex. l. si is qui Roma ff. de iudicis dixi quaest. preced. n. 1. & seq. late Gaill. li. 1. obs. 37. nu. 9.*

Quæ regula maxime procedit in exemptis ab ordinario qui tamen alicui alteri prælato superiori subiecti sunt cuius speciei exemptos supra notauimus cum lafone & Nauarro iurisdictionem sui ordinarij expresse vel tacite prorogare posse, *cod. li. 9. 7. n. 8. 22. & seqq.* Cum enim exemptos extraneis comparari frequenter dixerimus *v. glo. cap. 1. in verb. nunquid ergo, ubi comparat Anglum exempto & in c. auctoritate, verb. non exemptos de priuil. in 6. præses in loco a proprietate sub medium c. graue ubi DD. de offic. ord. & dixi eod. li. 9. n. 6.* Haud dubie quia dispositio labolem de continuanda instantia defuncti in heredem extraneum in eis sit locum habitura in hæc verba si is qui Romæ iudiciu accepserat decesserit hæres eius quamuis domiciliu trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in eius locum a quo hæres relicta est *d. l. si is qui, quippe quod eiusmodi exempti iurisdictione ordinarij prorogare possint specie prorogationis quam DD. vocant de persona ad personam, ite prerogationis necessaria & legali de qua infra suo loco l. 1. & 2. ff. de iudicis l. si conuenit ff. de iurisd. om. iud. Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 4. n. 3. v. infra 9. 29. n. 7. nepe cum non subditi patiuntur causam suam cognosci a iudice alieno Marant. d. n. 3. Confirmatur quia exemptus instantia nondum inchoata conuenitur in foro defuncti, dixi infra li. 4. q. 46. n. 1. & seq. ergo logè magis si sit incepta cum defuncto debebit in eum continuari. si eum id de quo minus videtur inesse, inest ergo & id de quo magis præses loca a minori. Veru cum communis regula Vlpiano teste sit periculosa raroque fiat vt non subuertatur *l. omnis definitio ff. de Reg. iuris hinc limitanda videtur hæc conclusio in ea specie exemptionu quæ est immediate sanctæ Sedi referata, aut motu proprio Põ. fideis concessa, in causis enim eiusmodi personaru iurisdictione ordinarij censetur improporabilis & omnimoda iurisdictione Põtificis referuatione priuata dixi late eod. lib. q. 5. nu. 9. 10. & seqq. & quaest. 16. nu. 12. 13. & seq. Quod ipsum laton, in l. cum que late nu. 9. vbi Castr. ff. de iurisd. om. iud. explicat in reliquit his verbis.**

Præ-

Præuentus si moriatur & succedat alius de alieno foro tenetur prosequi litē coram iudice præueniente limita nisi mutatio fori fieret ex priuilegio principis concessio motu proprio, *tex. l. idem vlp. in fin ff. de excus. tut. vbi Barth. in l. 1. ff. de pœnis glo. & DD. l. qui autem ff. si quis cautionib. vnde si princeps concedat priuilegiu motu proprio, quod quis non teneatur defendere nisi coram tali iudice proderit etiam quoad iudiciu coram quo erat præuentus secundum Castrensem l. si quis in iudicio ff. si quis cautionibus. Ita ille, Qua in re obiter notauerim ex Rebuffo & alijs quos citat. *de priuilegijs scholariu priuil. 178.* quod priuilegia generaliter concessa præsumantur data non ad postulationem sed motu proprio quia non est verisimile imo impossibile inquit quod omnes supplicassent. Idque potissimum quando fit mentio meritorum Rebuff. d. priuil. 178. Limitatur secundo, notabiliter secundum Castrensem in d. l. si quis in iudicio nu. 2. ff. si quis cautionib.*

Quamuis exemptio concessa sit ad postulationem particularis si tamen specialiter eximat ab eodem iudice coram quo orta est præuentio non tenebitur coram eo (inquit) respondere. *adde supra eod. lib. quaest. 16. nu. 14. & seq.* Ratio est qui exemptio a speciali iudice habet vim referuationis de qua satis est dictum supra d. quaest. 5. nu. 9. & seqq.

Quæ limitatio multis potest auctoritatibus confirmari in primis militant rationes opinantium instantiam ceptam contra laicum non transire in clericum hæredem sed eam velut mortuam contra clericum coram suo iudice a nouo esse inchoandam, quemadmodum post alios tenet Marant. *de ord. iud. par. 5. num. 13. Abb. Fel. & DD. cap. quia v. de iudic. Boer. dec. 60. numer. 32. Couarr. pract. quaest. cap. 8. v. Mynsing. cent. 1. obs. 86. licet Gaill. asserat contrariam opinionem viorem & in Camera obseruari lib. 1. obs. 37. nu. 9. in fine.*

Secundo Exempti habent proprios & speciales iudices. *supra eod. l. b. ca. sum. 9. 8. & seq. non secus quam scholares, Vasalli, clerici Fiscus Rebuff. de priuilegijs schul. priuileg. 153. v. supra eod. lib. quaest. 6. num. 19. & Curtium de Feudis part. 7. Barth. & DD. l. si constante & si bona ubi text. in verb. expirabit iudicium ff. Sol. Matr. Barth. l. si eum hominem num. 1. in fine ff. de fidei iuss. Francisc. Lucanus tract. de fisco par. 1. num. 70. 86. & seq. in quos instantia alicubi cepta transire non solet, quia habent proprios iudices ergo argumentum sumendo ab eorum proportionem quod valere frequenter scriptum est idem iudicandum est in exemptis.*

Tertio confert quod Rebuffus scribit *d. tract. priuileg. 13. numer. 3.* in hæc verba. *l. ubi ceptum ff. de iudic. non habet locum in scholaribus & etiam si litis non sit contestata cum scholari sed inter alios poterit etiam post litem contestatam petere causam ad conseruatorem remitti vt pluribus arrestis fuit confirmatum.*

Quarto instantia cepta contra aliquem ante professionem religionis per quam

Z 2

fide



ficte moritur l. Deo nobis C. de Epif. & cleric. late Pec. de testam. coniugum lib. 3. cap. 10. num. 5. vers. quid autem fol. 182. non transit in monasterium Bald. cap. in presentia col. 4. de probat. Ergo arguendo à fictione ad veritatem instantia cepta contra verè mortuum transire non debet in exemptum. Quia tātum operari debet casus verus in casu verò quantum fictus in casu ficto *Præs. loco vi fictionis & Pec. d. nu. 5.*

- 10 Quintò mutata persona mutatur actio & expirat iudicium cap. 1. ubi Franc. & DD. de iure patr. in 6. DD. d. l. si constante §. si bona dixi infra quest. 20. nu. 3. Roland. Valle tract. de inuento part. 2. q. 17. n. 7. & per tot. quia aduentitia & noua acquisitione bona sumunt naturam priuilegiatorum, c. quia circa de priuileg. Clem. 1. de decimis l. fiscus ff. de iure fisci Abb. cap. p. rro nu. 1. vers. secundo potest de priuilegijs, & finiri dicitur instantia causæ ciuilibus confiscatis bonis, quia talis instantia non transit in fiscum *Marian. Socin. ad cap. cum venerabilis art. 10. nu. 32. vers. 13. quia tali casu fiscus censetur esse hæres seu successor anomalus, secus vero si hæres institueretur tum enim transiret in fiscum instantia Castr. d. §. si bona n. fin. fol. matr. Rol. a Valle tract. de inuentar. o part. 2. quest. 11. num. 7. & 8.*

### QUESTIO XX.

Inuentarium coram quo conficiendum.

#### SUMMARIUM.

1. De iure, auctoritate iudicis opus est in inuentario.
2. Subditus, si exempto succedat inuentariū fiet auctoritate iudicis ordinarij.
3. Hereditas adita non representat defunctum.
4. Mutatione persona mutatur priuilegiū.
5. Laicus si succedat clerico inuentarium fiet coram iudice laico.
6. Clericus creditor citatur in confectioe inuentarij coram laico.
7. Dispositio Iustin. plenissime loquitur.
8. In actibus voluntariæ iurisdictionis cessant exemptiones.
9. Exemptus si succedat subdito inuentariū fieri debet coram ordinario.
10. Quid si hereditas nondum sit adita.

1 **C**onsuetudine inualuit vt in confectioe inuentarij requiratur iudicis auctoritas, quæ de iure opus non erat opinione plurimorum vt interueniret. *Castr. in l. fin. §. fin. autem dubius C. de iure deliber. monticula tract. de inuentario qu. 7. n. 12. fol. 64. Roland. a Valle eod. tract. par. 3. qu. incip. presentia iudicis fol. 111. vnde quaeritur cuius iudicis auctoritate illud fieri debeat. Dicendum primo si subditus seu non exemptus succedat exempto quod inuentarium bonorum fieri debeat auctoritate ordinarij iudicis. Ratio est, quia postquam hereditas exempti est adita nõ representat amplius personam defuncti sed personam hæredis, l. i. §. si enola ff. si quis testament.*

testament. liber esse iuss. l. hereditas in inuitis ff. de acq. rer. Dom. Chaffan. ad consuet. Burgund. Rubr. 8. §. 13. Idemque mutatione personæ mutatum est priuilegium status & conditio rei. l. per procuratorem ubi Barth. & DD. ff. de acq. heredit. quemadmodum de iure Ecclesiæ dicitur quod si transit in priuatum perdit priuilegium & efficitur præscriptibile. Item in imponendis collectis mutata persona mutatur status rei inspiciturque qualitas noui possessoris ac alia plurima in argumētum allata à Petro de Perusio in suo tractatu de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarū personarum. Item in hac disputationem trahi posset vtrum priuatus succedens priuilegiato vtatur priuilegio cui non insisto vide DD. in l. fiscus cum in priuati ff. de iure fisci d. h. per procuratorem ubi DD. Baldus de præscript. in 5. part. princip. par. 1. quest. 1. & seq.

Secunda ratio quia si laicus succedat clerico inuentarium fiet auctoritate iudicis laici, Guido q. 261. Imbert. instit. Forens. li. 1. c. 24. glo. ver. videtur fol. 106. Aufrier. de potest. seculari super Ecclesiast. person. Reg. 4. nu. 3. vers. adde quod. Nam mutatione personæ bona quæ erant affecta priuilegio clericali desierunt esse Ecclesiastica & conditionem hæredis laici sequuntur. Barth. d. l. per procuratorem Roland. a Valle tract. de inuentario par. 2. q. 17. per tot. Confirmatur quia si clericus creditor in confectioe inuentarij debitoris laici citetur coram iudice laico tenebitur comparere. *Apostilla ad Bald. c. Valallus n. 1. in verb. intelligi de inuestitura in maritum facta Anto. in l. non tantum §. senatus consulto ff. de fidecom. libert. l. 1. §. hæc stipulatio ubi Arg. ff. si cui plus quam per l. Falcid.*

Tertia quia dispositio Iustini plenissime loquitur omnesque comprehendit. §. sancimus §. pen. Auth. de hered. & Falcid. *Vitalis tract. de clausulis vers. nil nouari inuentarij 17. n. 26. fol. 177. tenuimus autem lege aut dispositione generali comprehendere exemptos lib. 1. cap. 5. nu. 7. & 10.*

Quarta quia in actibus voluntariæ iurisdictionis vt est inuentarij confectio cessant iura exemptionum *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42. n. 11. & late supra li. 1. c. 46. vers. pro affirmatiua. citationes enim in confectioe inuentarij vim tantum habent monitionis seu denunciationis extraiudicialis DD. l. confer. taneum & Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex monticula tract. de inuentario q. 7. num. 19. & 20.*

Dico secundo, si exemptus succedat non exempto, inuentarium quoque faciendum coram ordinario. Ratio est quia illud esse voluntariæ iurisdictionis diximus supra. Si vero inuentarium reuocaretur in causam & contentiosam iurisdictionem, tum ordinarius se intermiscere non poterit, sed exemptioni & declinatoriæ erit locus *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42. nu. 11. & seq. Monticula d. quest. 7. nu. 20. l. omnes ubi Bald. & Salic. C. de Epif. & Cler. DD. d. ca. si diligenti. Angelus & Corneus tamen tutius sentent in materia clericorum, si hoc in re Ecclesiastica iudex a deatur. Ang. d. l. 1. §. hæc stipulatio ff. si enim plus quam per l. Falcid. Corneus ad l. fin. §. fin. autem dubius verb. sacerdotum que C. de iure deliberandi monticula d. quest. 7. quod ego etiam in ma-*



reria exemptorum censuerim tum ex analogia de qua hactenus frequenter egimus tum quod bona conditionem personæ exemptæ ad quam iure successionis deuoluta sunt sequantur qua de re aliquid infra notauimus lib. 4. quæst. 72. num. 3.

Quid verò si hæreditas non sit adita quæ tamdiu personam defuncti repræsentat, ut inquit Gaill. lib. 2. obs. 130. nu. 10. Guido d. quæst. 261. vberioris est disquisitionis.

### QÆSTIO XXI.

**Finita exemptione an conueniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis?**

#### S V M M A R I V M.

1. Scholares & mercatores retinent priuilegium finito tempore.
2. Ratio legis est pro lege.
3. 4. Coram quo conueniuntur exempti de gestis ante exemptionem.

**V**idetur respondendum negatiue idque arguendo à scholaribus qui priuilegiū fori retinent finito studio in negotijs tempore studij gestis, Item à mercatoribus alij siue similibus personis. Castrensis l. unica C. vbi de Ratiocinijs per tot. Idque ex idem tate rationis de qua diximus alibi lib. 1. cap. 45.

3. Nec videtur opus hic aliqua lege. Ratio enim legis in simili pro lege habetur l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor. l. cum ratio de bon. damnat. doctè præses in locis legalib. loco à cessante lege post med. Vnde (inquit) Aristoteles quæ rere legem vbi adest ratio nihil aliud est quam infirmitas intellectus Arist. relatus per Curt. Iun. cons. 58. num. 6. cons. 138. nu. 2. cons. 74. nu. 29. præsa loco ab idertis. rationis Roland. tract. de Inuentario par 3. q. omittendum n. 5. & seq. fol. 102. Ang. cons. 367. Tho. grammatic. cons. 29. n. 41. Præterea idem in clerico responsum est qui deposito clericatu de antea gestis non conuenietur coram sæculari sed Ecclesiastico iudice cui rei gestæ tempore subijciebatur Berta: hin tract. de Episcopo part. 5. nu. 50. Bald. l. affinitatis C. communis de successib. Abb. c. unico de obligatis ad ratiocinia vide supra eodem libro quæstione 16 sub finem. Quæ tamen an in præiudiciū iurisdictionis ordinariæ quæ est valde fauorabilis vide l. 1. c. 4. n. 19. sustineri possint in exemptis non absque ratione disputari potest, mutatione enim personæ & qualitate eius mutatur & factio vide supra eod. q. 20. n. 4. Quid autem è contra coram quo conueuiantur exempti de eo quod fecerunt aut contraxerunt ante exemptionem colligi potest ex traditis varijs in locis per doctores not. Barth. Auth. apud quem oporteat Monach. conueniri Cyn. Auth. cassà C. de Episc. & Cler. Auth. ingress. C. de sacros. Eccles. Barth. l. non solum §. sunt autem ff. de excusat. tut. & in l. pen. ff. de ex. noxali causa & in l. 1. ff. de penis.

QVÆ.

### QVÆSTIO XXII.

Exempti agentes coram ordinario an teneantur ad aliquas cautiones.

#### S V M M A R I V M.

1. Statuta iudiciorum alia ordinatoria alia decisoria.
2. Cautiones respiciunt ordinatoria.
3. Exempti subijciuntur ordinarijs.
4. Cauere est onus.
5. Extranei arrestari possunt & cauere coguntur.
6. Ordinarius non exequitur sententiam latam in exemptos.
7. Non exequitur sententiam latam iudicialiter in causa dotis inter laicos.
8. In decisius obseruanda consuetudo loci delicti contractus aut rei.
9. Quæ cautiones respiciant decisoria.
10. Cautio iudicio sibi præstita coram iudice incompetenti non valet.

**L**eges consuetudines & statuta iudiciorum alia asse ordinatoria alia decisoria longe lateque apud diuersos scriptum est Rochus de Curte tract. de consuet. qu. 10. num. 665. & seq. & quæst. 16. num. 757. vsque ad finem Stephan. Aufser de potestate seculari super Eccles. person. reg. 2. n. 40. Cautiones & satisfactiones iudiciales de quibus præstans quæstio concernunt ordinatiua iudicij teste Aufserio d. n. 40. 10. Faber §. sed hodie vers. Item qua hic ad quas proinde exempti non adstringuntur, 10. Gottus ad arrest. parlam. qu. 49 nisi ex lege stylo seu consuetudine vsitata fori ordinarij ex præstari consueuerint. Ratio est tum quia concessa ordinario facultate cognoscendi de causis exemptionum censetur secundum ritum morem & ordinationem sui fori glo. c. clericus vbi DD. de foro comper. DD. c. Ecclesiasti Maria de constit. Aufser. d. n. 40. Rebuffus ad ord. reg. in præmio glo. 1. nu. 68. Rochus d. quæst. 10. nu. 668.

Tum quia ordinatoria iudicij non tam respicere videntur personam quam causam eius cognitioni subiectam Abb. d. cap. quod Clericis col. 14. Rochus d. qu. 10. nu. 669. Tum quod sicut in loco ratione originis subijcitur legibus loci l. origine. C. de municip. & origine lib. 10. Raphael Comensis cons. 130. incip. P. Clericus Roch. d. n. 669. sic causa per delegationem nata in foro ordinarij subijci debet eius legi & ordinationi Roch. d. n. 669. Confirmatur 1. quia adstringi ad cautionem censetur esse onus, & cedere in grauumen l. cum non facile l. nisi in verb. cautionis onus ff. si cui plus quam pro l. Falca. Castrensis l. omnis §. præterea n. 2. C. de Episc. & clericis. Vt proinde exempti specialiter compelli ad eam non possint nisi ita de more stylo & lege fori ordinarij statutum sit aut consuetum alioquin enim exemptio inducta in fauorem couerteretur in grauumen atque lætionem dixi infra li. 4. q. 58. n. 6. quippe quod insolitis aut superfluis cautionibus onerari nemo debeat l. 3. ff. ut in possess. legat. vel fid. commiff.

Con-



Confirmatur 2. quia exempti extraneorum iure censeantur *supra cod. lib. quest. 19. n. 4. D. D. cap. graue de offic. ordin. infra lib. 4. quest. 55.*

¶ A quibus cum cautio iudicatum solui ne iudicia reddantur elusoria, postulari consueuerit *Castr. Authent. gene. aliter n. 1. C. de Epif. & Clericis* id ipsum in exemptionis eadem proportione sustineri posse videtur *Castr. d. n. 1.* Quippe quod ordinarius sententiam in exemptum latam executioni demandare non possit *Innoc. c. significasti de officio de leg. Angel. l. finali C. de iudicijs D. D. c. cum Episcopus de offic. ordin. in 6.* nec enim hic par est ratio antecedentis hoc est causæ cognitionis & consequentis scilicet executionis quo in casu argumentum à concessione antecedentis ad concessionem consequentis & e contra nõ procedit *Præses in locis legalibus loco à concess. anteced. In simili* traditum est ordinariũ cognoscentem de causa dotis inter laicos sententiam suam executioni mandare non posse in bonis laicorum ex quo ea sint à sua iurisdictione exempta *Ang. d. l. fin. Innoc. d. c. significasti lo. Andr. c. 1. de homicid. in 6. Præses d. loco à concess. anteced. post princip. vnde ea* proportione de qua hætenus frequenter meminimus *li. 1. ca. 45.* idem arguendum videtur in hac exemptionum materia. Porrò quod initio diximus de ordinarijs contra in decisuis venit obseruandum.

8 Siquidem in decisuis obseruanda est consuetudo contractus rei, aut loci delicti de quo disceptatur *Aufrer. d. num. 49. Rebuff. d. nu. 69. Rochus d. quest. 16. nu. 768. Præses in locis loco à contractibus ad delicta in princ.* Qua sub specie sunt cautiones damni præstandorum legatorum noui operis soluendi adueniente die *Io. Faber. d. 5 sed hac hodie nu. 8. in fine* ad quas proinde exempti ab ordinario cogi non possunt quæ omnia ex Rocho Fabro & doctoribus antea allegatis varia exemplorum specie exornantur atque comprobantur adeo quidem vt si cautiones de iudicio listi coram ordinario præstiterint viribus non subsistant, cautio enim coram iudico incompetenti præstita non subsistit *Alexand. post Baldum l. 2. §. si quis ff. qui satisfacere cogantur Abb. cap. 1. in addit. ad n. 3. de fideiussoribus* quia tanquam accessoria vitiatur *Barth. l. cum lex ff. de fideiuss.* ita in clerico cauente coram laico concludit Iacob Ant. *Marta de iurisd. Eccles. & sacul. par. 4. cent. 2. casu 160. Gratius cons. 15. nu. 30. par. 1. arg. h. num. principalis ff. de Reg. iuris l. sed si §. non solum ff. ad Maced. l. fideiussor obligari §. fideiussor ff. de fideiussoribus.*

### QVÆSTIO XXIII.

Qualiter in iudicio probari debeat exemptio.

**D**E probatione exemptionis actum est supra *li. 1. q. 8* proinde non opus est hic actũ agere satis sit obiter insinuare quali possessione exemptionis nõ liberari à proba-

in probatione priuilegij seu exemptionis *Franc. cap. cum persona §. si vero num. 1. vers. & sic de priuileg. in 6. Castr. l. si solemnibus num. 3. C. de fide instr. Innoc. cap. recepimus de priuilegijs.* Idque vt sentit Innoc. *d. cap. recepimus*, nisi possessio exemptionis quæ sita sit ex clausula seu titulo ad iudicium perceptæ libertatis.

### QVÆSTIO XXIV.

Exemplaria exemptionum qualiter authenticentur.

**D**E modo exhibendi in iudicio exemptiones formam præbet nobis constitutio Bonifaciana *in cap. cum persona de priuileg. in 6.* de qua satis locuti sumus libro primo qu. 8. de exemplatione vero sic habet Fumus. Exemplaria (inquit) sic authenticantur si Iudex diligenter inspiciat & tunc plures notarij, subscribant quod Iudex sic fecit & inuenit integra, vnus etiam Notarius sufficit, auctoritate iudicis ita ille *in Aurea Armilla verb. Priuilegium numer. 15. Abb. cap. si instrumenta ubi D. D. de fide instr. fieri autem potest eiusmodi exemplatio coram ordinario nam istud est voluntariæ iurisdictionis ad quam exemplationes non extenduntur vt probatum est supra lib. 1. cap. 4. 6. vers. pro affirmatiua.*

De in nouatione autem nihil attinet hoc loci dicere siquidem licet in concessione exemptionis de iure non sit opus citatione partis ex quo priuilegium non sit actus iudicialis *Iason l. Gallus §. & quod sitantum num. 141. de liberis & posth. & laze dixi lib. 1. quest. 12.* In in nouatione tamen priuilegij aliud visum est velut tractauimus allegata quæstione duodecima.

### QVÆSTIO XXV.

Pendente lite super exemptione an quis aduersus ordinarium in possessione manutenendus?

**V**Tique, licet enim quis possideat contra ius commune non ideo tamen in sua possessione turbandus est *Gemminian. cap. cum persona de priuileg. in 6. ubi Francus in §. si vero nu. 1.* prout quoque lite pendente super concessione aut validitate priuilegij possessor vsu suæ possessionis interdici non potest *Abb. cap. 1. vt lite pendente.* Idque vt inquit Gemmin. & Fumus dum modo adsit aliqua probatio etiam si non foret sufficiens per quam possidentis intentio iustificetur *Gem. ubi supra Fumus verb. exemptio nu. 6. Angel. in summa verb. exemptus nu. 4.* Quæ tamen tum demum vera sunt quando possessio allegatur titulata ex priuilegio secus vero si præscriptione, priuilegium enim hoc in casu fauorabile est &



præscriptio odiosa ideoque ordinarius potest uti sua iurisdictione contra eum qui contendit se exemptum per præscriptionem pendente lite donec de præscriptione plenè probauerit non vero contra eum qui dicit se exemptum ex priuilegio aut ex priuilegio & præscriptione simul etiam pendente appellatione à sententia lata in præiudicium exemptionis quia appellatio neminem priuare possessione sua potest late Franc. d. § si vero nu. 2. & 3 ubi etiam Anchor. & DD. Ang. Furnus ubi supra & dictum est supra lib. 1. quæst. 6. Gaill lib. 1. obs. 144. num. 10.

## Q V A E S T I O XXVI.

Libellus seu articuli in causa exemptionis quales esse debeant.

### S V M M A R I V M.

1. Articulari quomodo debeat amitti.
2. Præscriptio qualiter deduci debeat.
3. Exemptio ab omni Iurisdictione præscribi non potest.
4. Libellus est reiiciendus in quo Episcopus petit ius ab Ecclesia quam libellat exemptam.

**E**xemptionem acquiri tantum dupliciter priuilegio scilicet & præscriptione ex eis quæ hæcenus dicta sunt fit satis manifestum. In libellanda exemptione de qua ex tenore priuilegij constat nihil hic est singulariter animaduertendū.

At vero si agatur de exemptione seu priuilegio amisso quia hæcenus lib. 1. qu. 7. diximus ad earum probatoriam substantiam requiri scripturam nisi dicatur amissa tria hoc casu amissionis erunt articulanda primo tenor instrumenti 2. publicum seu authenticum fuisse 3. illud esse amissum nec enim alterum horum sufficeret Molina de iustitia & iure tom. 2. disputat. 448. fol. 870. Abbas cap. Cum olim de priuilegijs Felin. cap. sicut col. 6. de re iudicat. Alex. conf. 196. vol. 2. Barth. & DD. l. sicut iniquum C. de fide instr. & Auth. si quis in aliquo C. de edendo licet sufficiant ad hoc coniunctim probandum duo testes quamuis actus amissus maiorem solemnitatem postulabat Molina ubi supra.

At vero in articulanda præscriptione exemptionis necesse iuxta Parisium deducere possessionem continuam pacificam cum bona fide per tempus legitimum latissime Paris. conf. 95. vol. 4. per tot. DD. cap. 1. de præscript. in 6. late Balbus de præscript. in 5 parte principali quæst. 11. & 12. Præterea oportet ponere aliquem alium iurisdictionem præscripsisse alioquin enim teste Rota eiusmodi articuli de exemptione à iurisdictione ordinarii etiam à tanto tempore quod non extet memoria impertinentes essent nec admittendi nisi in eis detur alio Prælato qui huiusmodi iurisdictionem præscripsit Rota de præscript. decis. 1. In nouis Felin. cap. Cum non li-

180

beat. num. 9. vers. circa allegantem ubi etiam Abb. & DD. de præscript. dixi supra d. quæst. 6. 10. Andr. cap. veniens de priuileg. in 6.

Ratio est quia exemptio ab omni iurisdictione præscribi non potest ne dentur; acephali sicut locustæ sine rege sine capite sed bene à iurisdictione vnus superioris respectu alterius cap. cum persona § si autem ubi Franc. & DD. de priuileg. in 6. Balbus ubi supra & late supra d. quæst. 6. de quo non est periculum in exemptione orta ex priuilegio quo exempti confestim ipso iure recidunt in immediatam Papæ potestatem nisi aliter ex tenore priuilegij cautum videatur. Postremo notandum quod si Episcopus petat aliquod ius Episcopale ab Ecclesia quam libello asserit exemptam talis libellus veniet reiiciendus nisi adijciat causam aliquam debendi fundatam etiam contra Ecclesiam exemptam puta præscriptionem aut eiusmodi aliquam aliam Innocent. cap. dilecti filij vers. sed si de libelli oblat. Spec. de libellor. oblat. § iuxta propositionis num. 22.

## Q V A E S T I O XXVII.

Priuilegium exemptionis an totum an vero illius pars controuersa tantum edi debeat?

### S V M M A R I V M.

1. In testamentis statutis inuentariis an editio totius aut partis fieri debeat.
2. Inspectio totius, Copia vero tantum partibus datur.
3. Quia copia totius, adferre posses cautionis.
4. Exemplatio sic expensis exempti.

**E**ditio totius an vero partis fieri debeat in testamento, statutis, inuentario, & similibus, disputatur variis in locis per doctores l. argentarius § edi ff. de edendo Bald. l. ff. C. de precib. Imper. offer. Barth. l. 1. ff. de noui oper. nunt. Hostiens. in summa de fide instr. §. an instrumentum vers. si vero Spect. tit. de instrum. §. videndum restat. vers. Quid si producitur Fel. cap. 1. nu. 26. & seqq. de probat. Anchor. cap. cum persona ubi DD. de priuileg. in 6.

In hac materia sic solet distingui ut inspectio totius priuilegij illiusque plenaria lectio concedi debeat; at vero copia de eis tantum articulis de quibus est controuersia text. ubi gloss. & DD. d. cap. Cum persona in verb. integraliter Fel. d. ap. 1. num. 29 de probat.

Ratio est, quia ex copia & descriptione totius possent excogitari lites quod ira facile non fiet ex descriptione solius articuli controuersi glo. in d. ve. b. integraliter ubi Anchor. & DD. Additur & aliud speciale hoc in loco quod eiusmodi copia & exemplatio fieri debeat expensis exempti ad quem spectat sua iura produere ne priuilegium suū perire possit Franc. d. c. Cū persona in pr. n. 4. Fel. c. n. 8. de libelli oblat.



Alioquin enim communiter aliis in causis aliter obtinuit nisi tamen consuetudine fori aliud disponatur *gloss. Clem. causam verb. porrecto de elect. & in Clement. 2. verb. oblatos de appellat. & ibi DD. Franc. d. num. 4.*

### QVÆSTIO XXVIII.

Exceptio exemptionis proposita in vim peremptoriae an statim an vero post litis contestationem referuanda.

QVæstionem hanc mouet Panormitanus eamque resoluit hoc pacto: Quid (inquit) si Episcopus petat ius Episcopale quia Ecclesia sita & in sua diocesi & reus dicat libellum non admittendum quia sit imitatus est paratus Ecclesiam probare exemptam, dicunt Innocent. & Hostiens. libellum admittendum non obstante tali exceptione ut fiat litis contestatio & probatio exemptionis differtur in principali, ita Abb. *cap. fin. num. 8. de libelli oblat.* Que tamen conclusio fallit si exemptio notorie competeret, cum enim notorie constat de non iure agentis iudex non debet pati causam venire in iudicium tum ut malitis hominum eatur obuiam tum ut omnis circuitus & procrastinatio euitetur *Abb. cap. ex parte B. nu. 13. de foro compet. Io. Andr. ca. 1. de litis contest. in 6. & d. cap. fin. num. 8.*

### QVÆSTIO XXIX.

Exemptus agendo coram ordinario an coram eodem reconueniri possit.

#### SVMMARIVM.

1. Clericus reconueniri potest coram Iudice laico.
2. Bartholi & Baldi opinio secuta.
3. Quibus in causis Clericus reconuenire non possit.
4. Vasallus reconuenire potest.
5. Item exempti.
6. Exemptus eligendo Iudicem pro se non debet eundem dedignari contra se.
7. Exempti prorogant necessaria prorogatione.
8. Reconuentio permittitur coram delegato ad unam causam.
9. Reconuentio venit consecutine ad causam conuentionis.
10. Quando priuilegiatus eligit iudicem pro se debet eundem pati contra se.
11. Fallit in additionibus de delicto.
12. Fallit secundo si exemptus non elegerit Iudicem.
13. Fallit tertio si iudex datus sit motu proprio aut communi consensu.
14. Item nisi exemptus in fraudem egisset.
15. Item nisi reconuentio sit in causa de qua iudex iudicare non possit.

16. Cu-

16. Curator ad litem an dari possit per ordinarrum exempto coram se litiganti.

Clericum reconueniri posse coram iudice laico communiore Doctorum calculo receptum est *Barth. auth. & consequenter col. fin. C. de sentent. late Ang. §. idem Iuris num. 43. instit. de except. glo. cap. 1. de mutui petit. Bald. l. 2. §. sed si agant ff. de Iudiciis decis. Neap. 173. Spec. de reconuentione §. nunc dicamus vers. sed pone Clericus Marant. de ord. iudic. part. 4. dist. 6. num. 44. Mynsing. cent. 2. obs. 67. vers. primus. Repugnante Abbate in cap. at. si clerici de iudiciis, cuius proinde opinio in iudicando non immerito reicitur quippe quod ei vnanimiter aduersentur permulti alii ac præsertim Bartholus & Baldus qui cum plerumque inter se dissentiant placuit ut quoties inter se conueniunt in eandemque descendunt sententiam quod iudex illam sequi & securè amplecti possit *Tiraquell. de retract. consang. ad finem n. 90. fol. 208. & de retract. conuent. §. 4. glo. 6. n. 12. fol. 317.**

Quæ tamen conclusio has patitur restrictiones nempe nisi reconuentio fieret de causa spirituali, item criminali infamante postremo nisi laicus sit causa conueniatur ut occasionem habeat reconueniendi aut nisi conuentus coram iudice illum declinet aliusque iudicem reclamet tum enim non erit, inquiunt, potestas reconueniendi *Spec. Bald. & DD. supra Marant. d. num. 44 & 19.*

Præterea concludendum est reconuentioni locum esse inter Vasallos contentes coram paribus Curie etiam ratione debiti ciuilibus aut personalis *gloss. cap. 1. de controuersia feudi in verb. faciendum in fine ut Bald. Soci. cap. ex transmissa nu. 24. de foro compet. Io. & Varnesius conf. 71 numer. 5. Bald. de prohibita alienatione feudi per Fredericum §. præterea nu. 12. & seq. & de controuersia feudi apud pares terminanda n. 6. Quod tamen non uoluit admittere Mynsingerus lib. 4. obs. 40 per tot.*

Idem quoque inter pauperes quibus ex statuto dati sunt certi & speciales iudices *Bald. d. n. 5.* prout quoque coram iudicibus mercatorum, Scholarium generaliterque coram quibuscumque iudicibus particularibus ad certa negotia vel personas deputatis per legem priuilegium aut statutum *Marant. d. dist. 6. num. 19.*

Ut proinde identitate iuris idem videatur respondendum in exemptis versatur enim hinc inde identitatis & similitudo eadem rationis doctè *Fel. in cap. Cum ordinem num. 7. vers. modo & num. 8. in pr. Butrio cap. super literis col. 2. §. vers. & per hoc patet de rescript. Abb. cap. si nisi asti num. 12. vers. uidemus vers. Item omnes rari nes de foro compet. & dixi supra lib. 1. quæst. 4. n. 5.* Ratio est quia exemptus eligendo iudicem pro se non debet dedignari eundem contra se *arg. l. cum Pap. C. de sentent. & inter loc.*

Secundo licet exemptus prorogare non possit voluntarie, necessaria tamen & legali prorogatione quæ fit per modum reconuentionis potest, de clericis Vasallis & aliis iam dictum est *Marant. d. dist. 6. num. 21. vers. quædam.*

Tertio reconuentio conceditur coram delegato ad unam causam *Abb. & DD. 8.*

Ad 3

cap.



cap. 1. de mutui petitionibus Barth. d. auth. & consequenter Bald. l. neque in fin. C. de compensat. Marant. ubi supra nu. 11. § 20. quia Iudicem quem elegisti patere d. l. cum Pap. § tot. ut. quod quisque Iuris Loricatus in apicibus Iuris tit. de privilegij impetra- si recisione.

- 9 Quarto quia causa reconventionalis venit consecutiue & accessorie ad causam conuentionis l. si idem cum eodem § quod si mutua ff. de iurisd. om. iud. d. auth. & consequenter Marant. ubi supra nu. 21. vers. secundo. Iurisdic. enim se extendit ad con- nexa annexa & dependentia Leonell. tract. de surrept. rescript. q. 18. ar. 7. & 8. vt & com- munio seu continentia causæ cum exēpto quæ exemptionem parit v. supra li. i. c. 26.
- 10 Quinto quando persona priuilegiata elegit aliquem iudicem pro se debet eun- dem habere & pari contra se non obstante illius priuilegio quando natura causæ id patitur l. est receptum ubi glo. & DD. ff. de Iurisdic. om. iud. Marant. de ord. iudic. d. dist. 6. num. 23. vers. primo casu § arg. ab eis qua de clerico dicta sunt Abb. cap. 1. nu. 27. de
- 11 mutui petu. Restrindendum autem istud est cum agitur de causa ciuili v. g. testa- menti contractus vel de dominio alicuius rei secum vero si agatur de actione iniu- riarum furti aut ex maleficio, nam nullus priuilegiatus agens iniuriarum potest re- conueniri coram alio non suo iudice l. 2. § sed si agant ff. de iudiciis Bald. d. tit. de con- trouers. feudi apud pares num. 5 sub finem Ang. d. §. Idem iuris num. 43. vers. sed Baldus
- 12 qua de re vide plane capell. Tholof. dec. 95. cum addit. Restrindendum secundo nisi conuentus declinet iurisdictionem iudicis coram quo conuenitur petatque se ad alium iudicem remitti, ex quo enim ille iudex secundus non fuit electus per exem- ptum agentem sed per Reum conuentum non poterit coram illo reconuentionem intentare. Ratio est, quia isto in casu cessat ratio d. l. cum Pap. de qua ante scripsi quæ fundatur in lege naturali quod tibi vis fieri & quod quisque iuris in alium sta- tuit DD. ubi supra Marant. d. dist. 6. num. 19. vers. si uero scholaris Abbas cap. 1. col. fin. de mutui petu. Bald. auth. habua col. 8. vers. 5. queritur C. ne filius pro patre. Restrin-
- 13 gendum tertio nisi iudex fuisset electus communi partium consensu, item nisi iu- dex fuisset datus motu proprio Principis Inson l. 3. col. fin. ff. Quod quisque iuris Marant. ubi supra num. 11. in fine. tunc enim cessat recortio Rom. cons. 327. Mynsing. cent. 3. obier. 4. in fine. Restrindendum quarto nisi exemptus in fraudem conuenit-
- 14 ter vt ibidem reconueniretur quia detecta fraude cessabit reconuentionio etiam si exem- ptus hoc non peteret Ang. l. 2. §. sed si agat ff. de Iudic. dixi late infra libr. 4. quest.
- 15 71. Restrindendum quinto nisi reconuentionio fiat in causa de qua iudex conuentionis iudicare non posset tum enim reconuenire non liceret vide Franc. cap. dispen- dia § reus num. 4. de rescript. in 6. late Mundanus tract. de continent. cause cap. 6. per tot. signam. er num. 35. Illud non incommode hic queri posset quid si exempto coram ordinario reconuentionio dandus sit curator ad litem à quo is decerneretur? Paucis cum Barthol. cen. semus ab ordinario iudice qui de causa cognoscat eiusmodi curatorem ad liq

ad litem dari posse Barth. l. fin. §. 1. C. de administr. tut. ubi id extollit. & in l. 1. num. 5 ff. de tutorib. & curator. dat. ab his per cap. fin. de Iudic. in 6. licet videatur dubitare Caro- cius in sing. 74. sed sine fundamento cui enim iurisdic. data est ea omnia quoq; concessa esse videntur sine quibus iurisdic. explicari non potest l. 2. ubi DD. ff. de iurisd. omnium iud. Quæ ratio an generaliter vigeat etiam in exemptis in quos Pon- tifici sibi specialiter iurisdictionem reseruauit, qui nec tacite nec expresse ordinarij iurisdictionem prorogare possunt maturioris est inquisitionis vide cap. pruden- tiam § sexto ubi DD. de offic. deleg. ubi Abb. cap. quod translationem de offic. leg. Iason d. l. 2. Preses in locis legalibus loco à concessione antecedentis vers. 3. limitatur v. in- fra lib. 4. cap. 33. pendebit huius decisio etiam ex iis quæ antea notauimus dum de prorogatione iudicis ordinarij qua dam attulimus quæ hic breuitatis causa ha- beantur pro repetitis vide supra eod. lib. cap. 7.

### QVAESTIO XXX.

Exempti agendo coram ordinario an teneantur seruare ordinationes  
& statuta eius iudicij?

#### SVM MARI VM.

1. Statuta ordinatoria iudicij ligant exemptos secus decisoria.
2. Delegatus non tenetur se conformare ordinario.

**T**erigi id ipsum quaestione 22. huius libri cui addo late tradita per Rochum de Curte in suo tractatu de consuetudine quaest. 16. num. 757. vsque ad num. 789. Petrus Rauennas eod. tract. num. 155. Quæ confirmantur ab analogia fori cle- ricorum & laicorum à qua argumentum in hac materia duci posse frequenter su- pra diximus. Siquidem sicut causa clerici agentis in foro seculare terminari debet secundum ius ciuile vel municipale ac appellatio non ad Ecclesiasticum sed laicum superiorem interponi necesse est. Petr. Brixien. in reperi. verb. Clericus Ang. conf. 163. gloss. cap. quod clericis de foro compet. Archid. 2. quaest. 6. cap. non ita. ita quoque causa exempti absentis coram ordinario ventilari debet iuxta consuetudines & statuta fori ordinarij quemadmodum in materia simili in appellatione interpo- nenda notauimus infra quaest. 42. Quod verum esse in statutis ordinatoriis iudicij diximus suprad. q. est. 22.

At vero in decisoriis minimè, quippe quod consuetudines & statuta respicien- tia decisoria litium non ligent extraneos Aliat. de presump. reg. 3. presump. 24. num. 7. & proinde nec exemptos quos extraneorum iure censi notum est reat. cap. graue ubi Abb. Felin. & DD. de offic. ordin. quod supra variis in locis late proba- tum est.



Illud obiter non est prætereundum quod ordinarius cui Pontifex rescribit per verba facientia eum delegatum non tenetur seruire formam statutorum loci cui præest, licet secus, inquit notanter Baldus & Felinus, quando excitatur eius iurisdicção ordinaria *Bald. cap. licet in fine ubi id explanat. de foro ordinarij Fel. cap. cum dilecta num. 12. vers. Scias de rescript.*

### QVÆSTIO XXXI.

Confessio exempti coram ordinario an ei præiudicet.

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Confessio facta coram incompetente non probat plene. | 5. Exemptus potest se tueri ex capite Patris.                            |
| 2. Confessio si sit sollemnis præiudicat exemptis.      | 6. Acta gesta coram incompetente non probant.                            |
| 4. Subditus non potest Domino interuere possessionem.   | 7. Pater veniens ad defensionem filij potest eius confessionem reuocare. |

**Q**uestionis porro huiusce duplex & caput prius an confitenti præiudicet, posterius an superiori.

Quoad prius licet confessio iudicialis notariis iuribus plenissime probet si tamen ea emanauerit coram iudice incompetente eiusmodi confessio non faciet plenam probationem *Fel. cap. at si clerici num. 5. de iudic. Stephan. Aufrer. de potestate sacul. super Eccles. personis reg. 3. num. 16. Bellam. conclus. 449. Innocent. cap. per inquisiti mem. de elect. Anton. de Milit. in aureo repertorio verb. confessio facta coram iudice competente fol. 81.* quod verum esse ferunt quidam cum iudex coram quo emanauit confessio planè est incompetens *additio ad Castrenf. in l. magistratibus num. 3. ad verb. competenti in fine ff. de Iurisd. om. iudic.*

Quoad posterius si emanet coram ordinario incompetente dicendum ut in priore membro si vero coram competente puta cuius iurisdicção excitata aut delegata fuerit tum confessio præiudicabit quidem plenè exempto confitenti Ecclesieque exemptæ cuius rector est sed non Patris seu superiori subiectionem possidenti *text. ubi Abb. cap. dilectus num. 4. & 18. vers. nam vides de Capellis Monachor. num. 4. cum Apst. cum quia confessio Rectoris præiudicat Ecclesie si sit sollemnis habeatque adstantiam iuris communis vide Felin. cap. quoniam nu. 11. de prescri. ubi late distinguit & alios allegat. Carocius de iuramento litis decisorio quest. 40. principali fol. 293. vide Bellam. concl. 695. ubi late de confessione prelati late Redeanus tract. de reb. Eccles. non alienandis quest. 51. cap. 21. num. 10. & quest. 56. cap. 1. nu. 13. & 17. & 2.*

Tum

Tum quia subditus nequit Domino possessione subiectionis suæ interuere præstando alteri obedientiam quamdiu Dominus est in possessione *Innoc. c. cum venisset de restit. in integr. cap. olim 3. de rest. spoliat. cap. venerabili de censib.* Ideoque potest exemptus si non ex proprio capite tamè ex persona & capite domini seu superioris eiusmodi præiudicalem confessionem irritare *scripsi supra li. 1. c. 35. not. Fel. c. aud. vis nu. 25. de prescript.*

Quæ de confessione dicta sunt obtinent etiam in quouis actorum vel sententiarum genere quæ facta coram incompetenti non probant coram competenti at vero è contra probationem inducunt *vide Franc. ca. fin. n. 2. de except. in 6. late Castr. cons. infra citato.*

Quod autem dixi confessionem factam in præiudicium exemptionis irritari posse ex capite & persona superioris id fit ad instar patris vel Dominicæ potestatis pater enim aut Dominus veniens ad defensionem filij vel serui confessionem ab eis emissam reuocare potest *l. 2. ubi DD. ff. si ex noxali causa.* Id quod latius argumentando in hac exemptionum specie probauit apposite Castrensis *cons. 431. n. 5. par. 1. fol. 223.* probauimusque crebro aptissime duci argumentum ab eiusmodi generibus potestatum ad hanc exemptionum materiam *par. 1. cap. 1. & 45.* Quippe ex iure patris dominicæ alteriusve eiusmodi potestatis deriuatas fuisse exemptiones late supra notatum est *d. lib. 1. cap. 1. nu. 12.*

### QVÆSTIO XXXII.

Exemptus litigans coram ordinario an iurare possit secundum suam intentionem & non illius cui iuratur?

#### S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Iurare potest secundum conscientiam quam contra iuris ordinem ab incompetente iudice cogitur. | tem in vim pacti.   |
| 2. An idem obtineat in testibus.   | 4. Testis deponens falsum in iudicio non tamen in forma iudicij non committit crimen falsi, neque de falso puniri potest. |
| 3. An eiusmodi iuramenta subsistant sal-   |   |

**R**egulare est apud Casuistas quod is qui inique interrogatur possit iustè respondere quod nescit intelligendo non eo modo se f. ire quo illud dicere teneatur *Nauarrus in ca. inter verba 11. qu. 13. conclus. 6. & in Manuali ca. 12. nu. 88. & in repetit. c. humana aures. 22. qu. 5. per tot. Adrian. in 4. de confess. dubio 10. col. 3. & in quodlib. 11. litera C. Angel. de Perusio l. ideo S. si tibi ff. de cond. ob turp. caus. Anania ca. qui cum fure col. fin. de furt.* In exemplum est quod de S. Francisco adfertur qui ro-

B b

gatus



gatus quo iuisset quidam homicida respondit manus per manicas immittens non transiuisse illac. Vnde fit occasio huius questionis an exemptus ab ordinario suo incompetente interrogatus tali secundum suam mentem & non alterius intentione respondere possit. Certe qui iubetur respondere seu iurare à iudice competente seruato iuris ordine citra periurum non aliter iurare potest quam secundum mentem & intentionem eius cui iuramentum præstat *c. quacunq. arte 22. q. 5. S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. Nauarr. in Manuali c. 12. n. 8. vers. nono.* Verum si iudex exigens iuramentum non fuerit competens, vel esto quod sit competens interrogat tamen contra iuris ordinem seu non in forma iudicij *Tindarus tract. de testibus lib. 2. c. 1. nu. 7. glo. 1. Athletas §. fin. ff. de falsis Card. Toletus de instruct. sacerdotis lib. 5. cap. 58. per tot. Nauarrus in Manuali d. cap. 12. n. 88.* vel est alius homo priuatus qui per metum aut importunitatem iuramentum extorquet, tunc iurare licebit id quod secundum iurantem mentem est verum, falsum autem secundum mentem alterius cui iuramentum præstat *cap. humana aures 22. quest. 5. ubi late Narrus & in Manuali d. vers. nono. Item cap. 13. nu. 88. vers. Rogatus autem cap. 25. n. 43. vers. porro qui non tenetur Ferrat. Cautela 3. Caroc. de iurament. litis decis. questione 13. questione 4. nu. 2. fol. 206. vide Alex. in l. seruus nu. 1. ff. de iureiurand. Caroc. in d. tractatu q. 2. questionis noue nu. 8. vers. nuntiat. ubi dicit quod huic doctrinæ aduerfetur quoad forum contentiosum Decianus 2 in tract. crim. cap. 12. nu. 23. tom. 2. & quod ita pœieranti minor fides adhibeatur. Idipsum Nauarrus citatis locis extendit ad testes: dicent quod testes qui ad testificandū non coguntur, se excusare debeant, quorum excusationem si iudex non admittat appellari debere si verò appellatione non obstante timeant iudicis sæuitiā seu executionem, eos posse deponere se nihil scire intelligendo intra se quod dicere teneantur, *Nauar. d. num. 43.* In confirmationem prædictorum est quod adfert ferrati cautela 3. potestatem qui iurauit seruare statuta die festiuo in honorem Dei contraueniendo non esse periurum *Caroc. d. n. 2.* Accedit quod iuramentum eiusmodi iudiciale nequidem subsistat in vim pacti. *Alex. l. seruus n. 1. ff. de iureiur. Caroc. de Iurā. litis decisio q. 40. p. principali fol. 233. in fine.* Insuper facit quod traditur apud Tindarū tract. de testibus li. 2. c. 1. nu. 7. per glo. in l. Athletas §. fin. ff. de falsis teste m deponentem 4 falsum in iudicio non tamen in forma iudicij non committere crimen falsi neque de falso puniri posse.*

### QVÆSTIO XXXIII.

Exempti an testes esse possint coram ordinario.

**E**dictum de testibus est permissorium omnes enim testes esse possunt qui lege aut constitutione non prohibentur *l. 1. §. 1. ff. de testib. Nellus à S. Gemmano tract. de*

*de testibus nu. 1.* Cum itaque testimonij dictio exemptis prohibita esse inueniatur merito eos ad testimonium admitteremus nisi tamen exempti quoque clerici sint nā tunc ipsdem casibus poterunt testes esse prohibebunturque quibus & clerici quia qualitas illa potentior præponderat & est magis attendenda *arg. l. queritur ff. de statu hom. latissime Farinaceus tract. de testibus lib. 2. tit. 6. q. 61. n. 8. & seqq. ca. cum nuntius ubi Abb. Fel. Mynsing & DD. de testib. ca. insuper eod. tit.* Itaque animaduertenda sunt casus quibus id clericis seu in Prophana coram laico iudice seu in criminali permittatur quos Farinaceus & Doctores iam allegati studiosissime profsequuntur.

### QVÆSTIO XXXIV.

Exempti an ab ordinario cogi possint ad testimonium.

#### S V M M A R I V M.

1. Clerici Canonici Monachi à quibus ad testificandum compellantur.
2. Forenses & exempti parificantur.
3. Testimonium exempti coram ordinario vltro præstitum subsistit.
4. Omissio licentiæ est leuis solemnitas.

**C**lericus in tellem coram iudice sæculari productus citari ad deponendum debet non autoritate iudicis sæcularis coram quo lis vertitur sed Ecclesiastici à quo cogetur vt testimonium coram se dicat quod postea ad sæcularem iudicem remittet aut etiam coram sæculari deponet sed tamen cum licentiā superioris seu Ecclesiastici iudicis *Abb. Fel. Mynsing & DD. cum nuntius de testibus Gaill. lib. 1. obs. 109. nu. 16. Farinaceus late tract. de testib. lib. 2. tit. 6. q. 61. nu. 90. & seq. & nu. 97. glo. ca. fin. 14. qu. 2. ubi dicit quod coram Episcopo aut ab eo deputato c. si aruendum 2. qu. 6. Spec. de test. §. sequitur vers. quid de Præsbytero Brixienfis in repert. verb. Clericus Guido sing. 67. & plene dec. 65.* Id quod etiam militat in Monachis Canonicis regularibus, conuersis, alijsque sub obedientia viuentibus qui simili autoritate deponere seu ad testimonium cogi non possunt nisi autoritate proprij superioris *Farinac. ubi supra nu. 134. Mynsing & DD. d. c. cum nuntius Spec. de test. §. 1. num. 36. DD. cap. 1. de Iuram. calum.* Id quod sancitum est ad conseruandum (inquit Felinus) honore clericorum, ne laicus seu alienus iudex videatur in eos autorifare *Fel. d. cap. cu Nuntius n. 3. vers. quia prohibitio c. quanquam.* Quod ipsum non sine euidenti ratione extendendū est ad exemptos quippe quod in hac materia fori clerici & exempti à pari procedant *supra li. 1. q. 45.* vnde identitas hæc rationis pro lege habenda est *l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. iur.* quærere enim legem quando habemus rationem nihil aliud est inquit Rolandus à Valle quam infirmitas intellectus *tract. de inuentario par. 3. quest. omittendum num. 5. fol. 102. doct. lateque Carocius sing. 263.* Ac ita de Benedictinis scripsimus *supra lib. 1. quest. 17. n. 8.* Confirmatur quia exemptus & ex-



traneus seu forensis æquiparantur *cap. graue ubi Abb. & Fel. de officio ordin. at qui certum est forenses ab alieno iudice cogi non posse sed requirendum esse illius iudicem ut eum examinet rex. in l. iudices cum Auth. apud eloquentissimum c. de fide instrum. Feder. Schentz tract. de testibus num. 10. Idque per litteras requisitoriales quas Mynsingerus appellat mutui compassus in *cap. cum causam num. 3 de testibus.**

- 7 Restringenda hæc conclusio ut licet exemptus ab ordinario cogi non posset vltro tamen si examinatur tenet & valida est depositio *Abb. d. cap. cum nuntius nu. 3. vers. sed nunquid Farinacens ubi supra numer. 84.* Ratio quia multa parte non opponente subsistunt quæ in iudicium reuocata impedirentur *Gaill. lib. 2. obs. 47. numer. 9. & seqq. ubi late exemplificat.* Deinde ommissio licentiæ est leuis tolemnitas quæ ommissa non vitiat actum *Farinac. ubi supra nu. 134. Abb. d. ca. cum Nuntius nu. 4. Guido q. 517.*
- 4 Quo in casu si sponte se in testem offerat erit locus doctrinæ quam supra tradidimus *quest. 32 in fine eod. lib. debere scilicet deponere non secundum propriam eius intentionem seu intelligentiam sed iudicis cui iuramentum præstitum est id quod varij Nauarri autoritatibus probatum est.*

### QVÆSTIO XXXV.

Exemptus deponens falsum coram ordinario, an ab eo puniri possit?

#### S V M M A R I V M.

1. Clericus falsum deponens coram laico relegandus est ut puniatur ad suum iudicem.
2. Exemptus falsum deponens coram ordinario puniatur ab eodem.
3. Forensis puniatur ab eodem iudice coram quo falsum deposuit.
4. Iuramentum litis decisorium an exempto deferri possit coram ordinario.

1 **C**lericum falsum deponentem coram laico non posse ab eo puniri sed relegandum esse ad suum iudicem communiore Doctorum calculo receptum est. *Fel. cap. verum nu. 5. vers. contra Clericum ubi Abbas de foro competenti ubi prolixissima Apostilla quid si coram delegato Hostiens. cap. 1. de foro compet. Couarr. pract. q. 6. 1. nu. 8. D. D. c. 1. de crimine falsi vide Mynsing. lib. 6. obs. 72. ubi late & eleg.*

2 Aliter tamen in exemptis dispositum videtur idque per auctoritatem Anania qui sic loquitur Salicet in l. nullum C. de testibus vers. quæro an hæc lex dicat quod indubitanter credat quod si Clericus testificetur coram iudice Ecclesiastico illa lex habet locum etiam si Clericus esset exemptus quia tunc perdit priuilegium exemptionis per illam legem pro quo etiam allego notata in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Sed si testificatur coram iudice ciuili dicit secus ita Anania *cap. 1. de falsis ubi etiam*

etiam idem Anania disputat de Archiepiscopo exempto qui falsum deponit coram aliquo Ecclesiastico iudice an ab eo puniatur non obstante exemptione *Fel. d. c. verum. 5. vers. contra Clericum facit tex. l. 1. ff. si quis in ius vocatus Stephan. Aufer. repetit. Clem. 1. quest. 4. nu. 9. de offic. ord. Io. Francisci de Ripa cap. decernimus quest. 17. de iudic.*

Confirmatur primo quia Forensis puniri potest à iudice non suo si coram eo falsum deposuerit *Thessaur. Ped. dec. 266. nu. 3. 9. & seqq. Spec. de teste § 1. nu. 45. Couarr. pract. quest. cap. 18. numer. 8.* Ergo ab Analogia idem in exemptis supra lib. 1. quest. 45. numer. 5. Confirmatur secundo quia deponendo falsum infertur iniuria iudici potest autem iudex iniuriam sibi iudicialiter illatam vindicare quemadmodum post ceteros compendiose & doctè cum quadam distinctione tradidit *Gaillius lib. 1. obs. 39. per tot. late & distinctè Marsilius l. 1. §. prætera numer. 34. & si q. ff. ad l. Corneliam de sicari.* Quæ tamen conclusio ex tenore priuilegiorum restringenda est. Quemadmodum ex notatis infra colligitur *eod. lib. quest. 45. numer. 117.* Vbi liquet exemptos diocesis Leodiensis coram officiali delinquentes, etiam si id contingat in exercitio officij ab eo puniri non posse non poterit tam en delegatus aut conseruator qui de crimine per exemptum commissio cognoscit ordinario cognoscenti inter exemptos casu permisso de causa ciuili inhibere velut apud *Hypolit. de Marsilijs sing. 490. post numerum 2. Archid. cap. persona 11. quest. 1. notatum est.*

Illud hic incidenter quæri potest an exempto coram ordinario suo incompetente litiganti iuramentum litis decisorium deferri possit. Paucis Respondendum est non posse *Carocius tract. de iuramento litis decisio quest. 25. princip. nu. 2. & q. 32. vers. quartus casus.* Ratio est quia exempto competit declinatoria fori ordinarij qui proinde coram eo iurare non tenetur *Iason l. tutor. §. fin per illum textum notab. vlt. ff. de iureiur.* Vnde inquit Carocius *d. quest. 32.* Clerici coram iudice sæculari iurare non coguntur nec milites S. Stephan. nec similes exempti nisi coram iudicibus specialiter deputatis.

### QVÆSTIO XXXVI.

An exempti possint iudicialiter interuenire pro suis hominibus seu subditis.

#### S V M M A R I V M.

1. De interuentionis ethymo & elegantia.
2. Si exemptorum principaliter non interuenit non poterint interuenire.
3. Aliena liti nemo interuenit.
4. Secus si principaliter interuenerit.
5. Deminus competunt interdita & alienatio pro turbationibus & iniurijs subditis illatis.



6. *Idem nomine civis, Clerici Monachi Va-*  
*falli.*

7. *Interventio admittitur in causa appella-*  
*tionis.*

8. *Adhærere appellationi alterius permis-*  
*situr.*

9. *De interventione qua fit animo no-*  
*uandi.*

**P**rat mittendum interventiois ethymon esse quasi venire dum aliquid fit, à qua apud iureconsultos orta interveniendi locutio dum suscitata seu pendente causa alius ad defensionem sese parti vel causæ adiungit *Marcellus in l. saepe vers. nam & si libertus meus me interveniente ubi glo. ff. de re iudic.* Quod *Budæus* latinis assertor alia verborum circumvolutione dicit vindicem se causæ offerre euentumque iudicij præstiturum, penitus in causam descendere vel sese submittere liti, vt suæ se opponere. Agnoscere litem vt suam. Litem suam facere eiusque euentum recipere ac præstare *Budæus in Forensibus.* Itaque quæstion: huic respondendum est cum distinctione.

2. Aut exempti agunt defendunt seu interveniunt pro subditis præcipuè & principaliter ad utilitatem & commodum subditorum ita vt ius ex actione seu interventioe instituta quærat tantum modo subditis & tunc non possunt *tex. c. auctoritate §. inhibemus ubi glo. Franc. Anchor. & DD. de pruil. in 6. Abb. c. licet causam n. 13. & Fel. n. 12. de probat. pulchre Innoc. c. dilectus filijs n. 2. de appellat. ubi Franc. n. 4. Rota decis. 13. de iudic. in nouis Bald. c. 1 §. iniuria nu. 5. de pace iuram. Firm.*

3. Ratio est quia eiusmodi lites non concernit Dominos sed tantum subditos nemo autem alienæ litis idoneus defensor est sine mandato seu satisfactione *tex. §. si vero inst. de satisfat. l. qui proprio §. qui alium ff. de procurat. l. in eo quod plus §. 1. ff. de Reg. iuris.* Exemplum si furtum sit factum subditis aut iniuria in contumeliam tantum subditorum imputent enim sibi subditi quod res negligenter custodierint aut iniuriam iuridicè non vindicauerint *glo. d. §. inhibemus.*

4. Aut exempti intervenire volunt pro subditis eo quod ipsorum interfit et si non principaliter tamen in consequentiam & aliquo modo sicut status & conseruatio Ecclesiarum tangit Episcopum aut si contra subditos de exemptione seu subiectione disceptetur aut collecta eis indicatur. Cuiusmodi agrorum turbetur aut in contumeliam Dominorum iniuria inferatur tunc rectè pro subditis agunt & in iudicio intervenire possunt *Doct. Faber l. cum aliquid C. ubi causa fiscales Ratio est quia factum subditorum quando tangit Dominum ipse Dominus turbari iniuria affici & spoliari videtur tex. l. vim facit ff. de vi & vi arm.* Et ideo ei competit actio de dolo vel vtile interdictum vt possidetis vel recuperandæ *glo. d. §. inhibemus Innoc. d. cap. dilectis ubi Abb. n. 6. Anchor. Clem. 1. n. 3. b. & 11. de rescrip.* Aut etiã actio iniuriarū *§. seruus autem inst. de iniurijs l. item apud §. pen. & finali ff. eod. Barr. l. 1. §. item ait n. 1. ff. eod.*

6. Quod ipsum receptum est in Clerico Monacho Ciue Vasallo quorum nomine Episcopus Abbas Ciuitas Dominus iniuriarum experiri possunt *Apost. ad d. §. item*

*ait Franc. d. cap. dilectis num. 5. ubi Innoc. n. 2. Bald. d. §. iniuria n. 8.* Quæ distinctio non 7 modo locum sibi vendicat in prima instantia verum etiam in causis appellationum quilibet enim pro suo interesse appellare potest *tex. ca. cum super de re iudic. & l. saepe ff. eod. Gaill. lib. 1. obs. 122. ac appellationi per alium interpositæ adhærere d. cap. dilectis ubi Innocent. num. 2. Franc. num. 5. Spec. de appellat. §. 1. num. 15. DD. d. l. saepe & d. cap. cum super Guid. q. 464. Gaill. lib. 1. obs. 125. & obser. 70 num. 1 & 4.*

Postremo de interventioe quæ fit animo nouandi seu mutandi iudicium videatur *doct. Castrensis id doct. examinaus in l. solutionem nu. 2. & 3 ff. de solut. & ego infra qu. seq. n. 12. & seqq.*

## Q V A E S T I O XXXVII.

Interveniens, an causam ad suum forum trahere possit.

### S V M M A R I V M.

1. *Intervenire oportet coram iudice præ-*  
*uento.*

2. 6. *Clericus defendens an trahit causam ad*  
*suum forum.*

3. *Interveniens non potest declinare iudi-*  
*cem ex sua persona, secus ex persona*  
*conuenti.*

4. *Fiscus interveniens trahit causam ad*  
*suum forum.*

5. *Argumentatio valet ab habentibus spe-*  
*ciales iudices, ad exemptos.*

7. *Procurator in rem suam utitur proprijs*  
*exceptionibus.*

8. *Interveniens recusat iudicem.*

9. *Censuales exemptorum non sunt ex-*  
*empti.*

10. *Quid de famulis Mercenariis Colonis.*

11. *Interventio duplex.*

12. *Altera per quam ad iudicium tantum liti*

*altera vero qua litigans a iudicio libe-*  
*ratur & in interveniente transfunditur.*

15. *Priori sententia ferenda est in partem*  
*originalem principalem limita vt n. 23.*

16. *Posteriori sententia ferenda est in ipsius*  
*intervenientem.*

17. 18. *Per interventioem prioris species*  
*causa non retrahitur ad forum interve-*  
*nientis secus per secundam.*

19. *Cautela vt fideiussor exempti exemp-*  
*tionem gaudat.*

20. *Posteriori interventioe quis sit dominus*  
*litis.*

21. *Cautela est vt protestatio omittatur non*  
*admittenda interventiois.*

14 22. *Interventio necessario non fit admittenda*

23. *Curialis habens interesse ad causam,*  
*appellat a sententia in partibus, causam*  
*ad curiam trahere potest.*

**I**N hoc articulo videntur pugnantes sententiæ & quidem pro negativa expressi, textus qui enim intervenit ad defendendum non potest allegare privilegium sui



in iudicis sed debet defendere coram iudice præuento *l. venditor ff. de iudicij*  
*tex. l. 1. C. ubi in rem actio.*

2 Secundo Clericus cui lis est denunciata ad defensionem accedens trahere non potest causam ad forum suum sed debet defendere & stare sub iudice laico qui præuentus fuit *Bald. & DD. d. l. venditor Abb. cap. ult. de emp. & vendit. cap. quoniam frequenter §. in alijs nu. 28. ut lite non contestata Anchar. cap. ea quest. 17. de reg. iur. in 6. Couarr. pract. quest. cap. 8. num. 3. Aufser. ad Capell. Tholos. decis. 360. Rebuff. de dilat. art. 4. glo. unica nu. 1. Caballin de euict. §. 3. num. 11. Fachinus lib. 2. Controu. cap. 37. ubi dicit esse communem. Idem videtur statuendum in exemptis propter Analogiam de qua hæcenus frequenter meminimus.*

3 Tertio quia interueniens non potest ex persona sua forum declinare *late Gail. lib. 1. obs. 71. num. 2. & seq. Vnde licet Camera rationaria sit iudex competens in causis concernentibus bona Principis si tamen procurator Principis conueniretur ad garandandum debet assistere liti coram iudice quo Reus vocatus est Thessaur. ped. dec. 213. ubi id ita concludit.*

4 Pro affirmatiua autem non desunt plurimæ auctoritates & quidem imprimis fiscus superueniens ad defensionem alterius, causam trahit ad suum iudicem quem habet specialem ex quo ab alijs iudicibus est exemptus *l. ad fiscum C. ubi causa fiscalis l. 3. ubi glo. & DD. C. de iure fisci l. 10. Castrenf. d. l. venditor late Capicij decis. 197. Rebuff. de dilat. art. 4. glo. unic. num. 9. l. 1. & 2. C. si aduersus fiscum Caballin d. §. 3. quest. 3. num. 124. Idem videtur censendum in exemptis quippe quod habeant etiam speciales suos iudices.*

5 Procedit enim argumentum ab habentibus iudices speciales ad exemptos vt de Vasillis, Clericis, scholaribus alijsque eiusmodi dictum est supra *lib. 1. quest. 45. n. 5.*

6 Secundo quod de Clerico argumentum est allatum non est planè expeditum sunt enim non pauci qui existimant Clericum denunciatum vt assistat causæ retrahere posse causam ad suam iudicem Ecclesiasticum *glo. cap. nullus Clericum 11. qu. 1. Spec. de 1. & 2. decreto §. restat. vers. quid si dominus n. 24. Imol. in l. non solus §. quod vulgo ff. de usucap. Io. de Platea d. l. 3. C. de iure fisci lib. 10. Aret. §. actionum nu. 19. inst. de act. & latissime in rub. inst. de except. num. 17. Io. de Arnouo sing. 69. & d. l. venditor, dicens quod ita seruetur de consuetudine Io. Faber. §. fin. nu. 7. inst. de satisfact.*

7 Tertio interueniens venit tanquam procurator in rem suam & pro suo interesse cuiusmodi potest beneficium seu priuilegium aut exceptiones ex sua persona competentes allegare *l. procurator ad exhibendum §. 1. ubi glo. & add. Marg. Barth. & DD. ff. rem ratam haberi l. Idemque §. generaliter ff. mandati latissime Barth. dissertatione secunda.*

8 Quarto interueniens potest quodcumque ex persona sua iudicem recusare tanquam suspectum aliaque exceptiones dilatorias opponere *Angel. l. si quis liber-*

*ratem*

*ratem n. 2. de petit. hered. Abb. cap. Cum super nu. 2. de offic. deleg. Afflic. decis. 235. in fine Vant. de nullit. sent. tit. quis possit dicere de nullitate nu. 20.*

Pro solutione præmittendum primo censuales exemptorum aliosque homines eorum proprios non esse exemptos nec Papam eos habere pro exemptis *Franc. d. cap. auctoritate §. in hibemus de priuileg. in 6.*

Quid autem de familiaribus exemptorum famulis mercenariis adscriptitiis Colonis tradunt alibi Doctores & dictum est à me supra *Franc. cap. licet de priuilegijs in 6. num. 2. & 3. glo. cap. penult. eod. in decretalib. in Clem. 1. de reliq. & vener. sanct. Ias. l. scriiniarius nu. 1. C. de restam. milit. in l. serui electione §. labeon 8. & 9. ff. de leg. 1. in l. 1. ff. de constit. Imbert. instit. Foren. lib. 1. cap. 28. glo. ver. ministeriales vide supra lib. 1. cap. 30. dixi infra lib. 4. quest. 38.*

Præmitto secundo dupliciter sumi interuentionem quantum ad hanc quaestio- nem attinet, primo quando tertius adest adfuitque causæ ad eam vna cum principali instruendam defendendamue quod fit quando vtriusque interest tã litigantis scilicet quam tertii tum enim tertius ille si vult potest adfuitere causæ eamque instruere *l. Principalem ubi Bald. & DD. C. de liberali causa Innocent. cap. Cum super num. 3. & 6. ubi Butrio & Abbas num. 29. Felin. nu. 16. de re iudicata Barth. l. si pro lusorio §. 1. nu. 1. ff. de appell. Gail. lib. 1. obs. 70. nu. 19. vers. 2. Vide Castrenf. l. solutionem num. 1. & 2. & 3. ff. de solut. ubi succincte & docte Mindanus tract. de continentia causa cap. 8. num. 17. ubi id explicatur fol. 153.*

Secundo quando tertius remoto litigatore interuenit ac omnem causam animo nouandi in se suscepit quod fit cum causa principaliter concernit interuenientem dicitur autem ad eum principaliter pertinere cuius primo omnium maxime interest quæ interuentio necessario admitti debet *l. sape de re iud. l. ita tamen §. nunc videmus ff. iudic. solui. Io. & Vamef. conf. 155. nu. 9. to 1. vide infra nu. 21. Secundario vero ad eum qui per quandam consequentiam lædi posset Bald. d. l. Principaliter in pr. l. tunc ff. sol. matr. d. l. sape Barth. d. l. si pro lusorio Gail. d. obs. 70. num. 19. & ol. 126. num. 2. DD. d. cap. cum super. Inter vramque speciem hæc differentis est quod priori sententia definitiua sit ferenda non in tertium interuenientem sed in partem principalem *Innocent. d. cap. Cum super num. 3. & 6. ubi Anton. de Butrio num. 20. Abb. n. 8. de re iudic. Bald. auct. hodie nu. 6. C. de appellat. Gail. lib. 1. obs. 122. num. 8. Posteriore vero quando tertius principaliter interuenit pro suo interesse & causam prosequitur verba sententiæ dirigenda sunt in illum tertium & pronuncianum secundum formam petitionis DD. ubi supra & Butrio num. 20. Gail. d. num. 8.**

His præmissis respondetur ad quaestionem cum distinctione aut enim exemptus adfuit tantum litigatori defenditque eum hoc pacto iudicio interueniendo quod in persona alterius substantiatur eo casu interuenire debet & defendere non coram priuilegiario suo iudice sed coram ordinario seu præuento & ita procedit

C c

ccidit



cedit lex venditor de iudiciis *Abb. d. cap. fin. de empt. & vendit. Afflict. decis. 217. Nat. Conf. 324. Costalvus d. l. venditor ubi ita distinguit.*

18 Aut vero iudicium subltantiat & radicata in persona exempti interuenientis secundo quo diximus modo tunc is ex persona sua declinare poterit & causam reuocare ad suum forum *Angel. d. num. 17. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 360. vers. secus ubi laicus Caballinus d. § 3. num. 121 Ioan. Faber d. § fin. num. 7. Institut. de satisfat. Socin. tun. cor. s. 6 num. 5. part. 1. ubi dicit quod si colonus nominet suum Dominum quod actor sequi debeat. Iudicem Domini Caroe. tractat. de locato part. 2. tit. de nominationibus ubi idem concludit. text. gloss. & DD. cap. auctoritate, § in hibemus de priuileg. num. 6. Cauallanus parte prima decis. 8. num. 16. Riminald. Conf. 576. volum. 4. late Decianus conf. 118. num. 6. & seqq. vol. 3. eleg. Mandanus de contin. causa cap. 8. articul. 17. fol. 153. Ratio est quia eiusmodi interueniens comparet velut procurator in rem suam qui exceptiones ex persona sua competentes obicere potest *l. procurator ad exhibendum §. 1. ubi DD. ff. rem ratam haberi.* Vnde possessor aut colonus conuentus si in iudicio nominet clericum aut exemptum causa retrahetur ad Episcopum vel iudicem exemptorum late id probat *Aufrer. d. decis. 360. vers. Secus ubi laicus possessor Caball. ubi supra & Socin.**

19 Hinc dixit Molina quod licet priuilegia debitorum sint personalia neque fideiussori competant *l. verum ff. pro socio l. et si fideiussor. l. ne fennius ff. de re iudic. vide supra l. 1. quest. 47. num. 4.* Si tamen fideiussor hoc consilio vtatur vt tamquam defensor necessarius principalis debitoris iudiciu loco & nomine illius suscipiat priuilegium illius in ipsum redundabit *Docte Molina de Iustitia & Iure tom. 2. disput. 413. vers. quamuis hoc fol. 735. Mudens ad d. l. verum §. Item videndum fol. 49. quod consilium tamen Raphaeli Cumano non placuit l. et si fideiussor. ff. de re iud. Mudens d. §. idem videndum in fin. fol. 49.*

20 Ratio secunda quia per istam speciem interuentionis fit quis Dominus litis suscepto in se hoc pacto iudicio animo nouandi. reo originali ipso iure a lite liberato, *gloss. l. non solum circa finem magna glossa ff. de procurat. Bartholin suis disputat. questio. 2. vers. solutio numer. primo, Castrenf. dict. l. venditor. numero sexto, doctissime*

21 *Castrenf. l. 1. C. ubi in rem actio.* Vnde inoleuit bona praxis laudata per Hieronim. Cagnolus vt pars protestetur se nolle admittere interuentionem animo nouandi iudicium *Cagnol. in d. l. venditor per l. si mandato meo §. 1. ff. Mand. Nat. conf. 630. dubio secundo, Aret. la sententia colum. 3. ff. de appellat. Caball. d. §. 3 numer. 120.*

22 An autem & quando eiusmodi interuentionis species animo nouandi sit in iura parte admittenda sunt glossa vt est videre apud Castrensem contraria *d. l. venditor num. 6.* Paucis Bartholus hunc articulum accuratè examinat & dissoluit ad què recurri poterit *d. l. si pro lusorio §. 1. num. 1. & seq. ff. de appellat. & d. sua disputatione 2. verb.*

*verb. solutio numer. 1. & seq. Faber. d. §. fin. institut. de satisfat. & docte Castrenf. d. l. 1. quem vide.*

Quod autem supra dictum est in priori interuentionis specie declinatoriam 23 obici non posse, fallit, si ea obiciatur ex persona rei conuenti tertius enim proiure & interesse suo ad defensionem causae comparens potest etiam post litem contestatam declinatoriam obicere ex persona conuenti quam conuentus vel noluit proponere vel neglexit *Innoc. cap. Capitulum sanctae Crucis numer. 5. de rescript. Rom. sing. 630. ubi Apost. Rom. Conf. 347. Gaill lib. 1. obser. 71. num. 3.*

Denique, quod curialis habens interesse ad causam appellans a sententia in partibus, causam ad curiam trahere possit tradit Ioannes Baptista Marchefanus. *De commissionibus part. secunda. cap. 6. num. 65.* Quid autem in fideiussore scholaris, an is gaudeat priuilegio scholaris pro quo fideiussit, consule Wamestum laudatissimæ eruditionis virum, meum quondam in Academia Louaniensi Doctorem consil. 357. num. 3. tomo 2. qui respondit non gaudere: imo ne quidem scholarum posse suo priuilegio causam ipsius fideiussorem institutam auertere seu diuertere a competente iudice fideiussoris ad suum iudicem: quibus porro rationibus apud illum videto.

### Q V A E S T I O XXXVIII.

Ordinarius coram quo res fuit euita poteritne cognoscere circa interesse in emptorem & exemptum venditorem cui lis fuerat denunciata?

**V**idebatur quod sic: quia interesse illud venit in consequentiam primæ litis *arg. l. um vendente ubi Castrenf. C. ubi causa fiscales.*

Contrarium tamen receptum est. Siquidem id non procedit in clerico venditore cuius respectu non habetur ratio dictæ sequelæ seu consequentiæ talis litis lex enim erubescit ex hac sequela eum iudicem facere quem clericus seu alius quispiam exemptus non posset eligere *Cagnol. d. l. venditor Angel. l. qui absente de procurat.* Id quod in quibusuis aliis qui fori priuilegio renuntiare non possunt receptum est *Castrenf. l. 1. C. ubi in rem actio. Caballin. de Euit. § 3. quest. 4. num. 130.* eo enim in casu iudex causæ preparantis non potest esse iudex causæ

preparatæ, dixi supra lib. 1. quest. 26. num. 16 & lib. 2.

qu. 4. num. 10. late Cacher. dec. 78.

\* \*  
\*



## QVÆSTIO XXXIX.

Excommunicatus sub conditione si interim eximatur ab ordinario an veniente conditione ligabitur excommunicatione?

## S V M M A R I V M.

1. Negativam tenet Archidiaconus.
2. Fictio retractiva non habet locum in censuris.
3. Affirmativam vero tenuit Ioann. Andree.

**Q**uod veniente conditione exemptus non ligetur censuit Archidiaconus in cap. ut animarum de constit. in 6. eique assentiri videtur Nauarrus in Manuali cap. 27. n. 273. Miscella. 2. vers. 10. quia fictio retractationis non habet locum in censuris arg. cap. licet de sent. excom. in 6. At vero è contra stetit plena disputatione Ioan. Andr. in cap. cum sunt partium de Reg. Iur. in 6. & cap. præterea de appell. Compendii gratia satis nunc sit lectorem remississe ad ipsos fontes vide glossam & alios in cap. Salonitana in verb. sub excommunicationis dist. 63. Bargesium tract. de irregul. & dispens. part. 6. tit. an ne excommunicatione requiratur n. 11. remissive Faber l. statu C. de testament. manumissione. Idem tractant permulti in non absimili materia apud Tiraquel. de retract. consanguinit. § 1. gloss. 10. num. 42. & seqq. Gregorius Sarrus in Thesauro Theologiae Moralit. part. 1. lib. 1. cap. 21. num. 18 & late nu. 19. vbi assentitur Ioan. Andree dicens quod iurisdic. non tollatur mutatione fori quod per sententiam præventum est Arg. cap. præterea 2. de appell. vbi late glo in verb. impedire vbi Innocent. num. 1. Abb. num. 10. Marian. Socin. in cap. sacro num. 162 dicens hanc opinionem esse communem de sent. excomm. Hugo de censur. Eccles. tab. 1. cap. 20. §. 6. num. 1. Couarr. cap. alma mater 1. part. §. 10. num. 6. de sent. excom. in 6.

## QVÆSTIO XL.

Sententia contra exemptum ab ordinario lata an subsistat?

## S V M M A R I V M.

1. Sententia ordinarij lata in exemptum est nulla.
2. Etiamsi sit excommunicatoria: limitata ut ibi.
3. Aut non comparuerit ad allegandum privilegium.
4. Item licet ordinarius decreuerit se competentem.
5. Potest de nullitate dici post longum tempus.
6. Excipitur nisi fuisset de exemptione in iudicio cognitum.

7. Sen-

7. Sententia lata non obstante privilegio contra iustitigatoris tenet si non appellatur.
8. Confessio rectoris Ecclesia vocet Ecclesie.
9. Non tenet si privilegium habeat clau-
10. Sententia valet si ordinarius sit in possessione.
11. Item si Episcopus ipsemet exemisset.
12. Sententia lata in negotio exemptionis superiore non vocato non subsistit.

**D**uplex est huius quæstionis membrum; Prius an ob sit exempto; posterius an præiudicet superiori exemptorum.

Quoad prius recepta est omnium opinio sententiam ordinarij latam in exemptum tanquam ab incompetente nullam esse, id quod licet alibi à nobis fuisse probatum sit non abs re erit si idem hoc loci confirmetur sequentibus auctoritatibus & limitationibus, late & docte Castrens. Conf. 431. per tot. part. 1. Abb. cap. 1. nu. 19. de re Iud. Felin. cap. significasti num. 4. vers. demum de foro compet. vbi etiam Abb. cap. cum tempore vbi DD. de arbitr. Gaill. lib. 1. obs. 40. Spec. de sent. §. octavo vers. Item est nulla late Nellus tract. de bannitis Rubr. de his qui possunt bannire nu. 2. Limita dictam conclusionem nisi expresse concedatur Episcopis seu ordinariis vt certis in casibus possint per censuras contra exemptos procedere, vt in casu decreti Concilii Trid. Sess. 25. de Regul. cap. 16. & cap. 5 & Sess. 22. & ita tenent Gambarà de off. leg. lib. 8. cap. vlt. num. 77. Henricq. lib. 7. de Indulg. cap. 25. num. 7.

Extenditur primo ad sententiam excommunicationis latam ab quolibet ordinario quæ exemptos afficere non potest Late Gigas, de pensionibus quæst. 60. Bellenc. de charit. subsilia. quæst. 24. num. 2. adde supra quæst. 7. num. 11.

Extenditur secundo, etiamsi exemptus non compareat ad proponendum declinatoriam exemptionis nihilominus enim sententia nulla est quoad principale licet distinguendum sit, vt fecimus suo loco. eod. lib. quæst. 6. & 7. quo ad contumaciam punitionem aut condemnationem expensarum.

Extenditur tertio, etiamsi ordinarius decreuisset sese competentem nec ab eiusmodi decreto competentiam fuisset appellatum, Quia decretum competentiam non iuuat quando iurisdic. expresse aut tacite prorogari non potest qua de re dictum est supra d. quæst. 7. vers. Amplia tertio num. 8.

Extenditur quarto adeo vt de nullitate eiusmodi sententiam dici possit post cursum longi temporis Ang. post glo. l. sicut de præscript. 30. a. norum Car. 1. Clem. 1. quæst. 14. de re iudic.

Limitator primo hæc conclusio nisi de exemptione in iudicio fuisset cognitum per modum declinatorie eaque reiecta processum ad ulteriora citra appellationem eo enim casu sententia in principali lata subsistet in præiudicium exempti Felin. cap. significasti n. 4. vers. demum Abb. d. cap. 1. num. 19. vers. secus puto si exemptus produxisset Felin. & DD. cap. ad audientiam de præscript. ca. dilectus de Capell. monach.



*Felin. in reperi. vers. sententia lata contra exemptum fol. 116. col. 3. in fin. & in cap. Cum accessissent nu. 28. vers. hanc regulam l. m. de consuet. Castrens. l. hi qui numer. 5. C. de appellat.*

- 7 Tum quod sententia lata non obstante privilegio contra ius litigatoris mero iure tenet si non appelletur, *cap. cum inter ubi DD. de re iud. ubi Abb. nu. 1. & d. cap. 1. num. 19. l. cum prolatis ubi DD. de re iud. c. Marant. de ord. iudic. part. 4. dist. 5. num. 7. Castrens. d. l. hi qui numer. 5.* Tum quod ita agendum videatur à confessione iudiciali
- 8 ad sententiam argumenti genus in iure validum. Confessio enim rectoris Ecclesie exemptæ nocet Ecclesie non tamen Papæ *Abb. cap. dilectus num. 4. cum add. & nu. 18. de Capell. Monach. dixi supra eod. lib. cap. 31. num. 2. & 3. Ita & sententia.*
- 9 Quæ tamen doctrina sublimitanda est nisi privilegium exemptionis habuerit adiunctam clausulam irritantem cuius vires nolo hic iterum reficere *vide supra eod. libr. qu. 5. & infra lib. 4. quæst. 63. addo Fumum verbo Exemptio nu. 2. in fine.*
- 10 Limitatur secundo nisi ordinarius sit bona fide in quasi possessione iurisdictionis contra exemptos tum enim secundum Abbatem sententia subsisteret *Abb. cap. Cum dilectus num. 5. de Religio. domibus.* Idque nisi privilegium habeat clausulam irritantem *Balbus de prescript. in 5. parte quinta partis quæst. 8. & 9. Nauarr. in comment. de spol. cleric. §. 14. num. 2. tom. 1. vide infra lib. 4. quæst. 63.*
- 11 Limitatur tertio nisi sententia fuerit lata ab Episcopo eo casu quo exemptio ab ipso emanasset seu quo ipsemet exemptionem concessisset *cap. suborta ubi DD. de re iud.*
- 12 Quoad posterius sententia lata in articulo & quæstione exemptionis superiore cuius interest nec præsentem nec vocato non subsistit *Felin. cap. auditus nu. 25. de prescript. & in reperi. vers. Sententia lata contra & d. cap. ad audientiam & cap. cum accessissent.* Interfuit enim superioris interuenire & adesse liti agitæ super iure superioritatis vel exemptionis *late Abb. & DD. cum super num. 16. & per tot. de re iud. cap. 2. num. 16. de rest. in integ. dixi supra quæst. 36. & 37. Id quod Alexander ut fuisse ita & doctè nobis explicatum reliquit hoc verborum tenore in l. sapa num. 100. 101. 102. & seqq. de re iudicat.*
- „ Ex quo inferitur quod si subiectus Papæ contenderet de privilegio libertatis dicens se tantum Papæ esse subiectum sententia contra eum lata præiudicaret Papæ scienti quia subiectus à Papa habet causam id est eandem libertatem quoad alios, pro hac allegatur in argumentum *cap. suborta de re iudic. & idem dicit Anton. in cap. cum super in 3. quæst. de re iud. dicens ista esse de mente Bartholi in d. l. sæpe in quæstione de liberto. Fateatur tamen Anton. quod quo ad possessionem præiudicabitur scienti secundum Innoc. ibi in gloss. magna & ita intelligitur secundum eum ille text. quando sententia est lata sciente Episcopo Obertensi prætendente subiectionem nam quo ad præiudicium quasi possessionis sententia exequitur nisi*

nisi appellet & idem tenet ibi Ioan. de Imola idem vult etiam Anton. de Butrio in cap. inter quatuor de maior. & obed. Sed Dominus Abbas in d. cap. cum super dicit quod communis est opinio quod non præiudicat quoad proprietatem scientis sed quo ad possessionem dicit tamen quod Cardin. Fortius dicebat videlicet quod si ille cui litigans subiectus erat quasi possidebatur à suo superiore sententia lata contra ipsum litigantem non præiudicabit etiam superiori scienti quoad priuandum eum illa quasi possessione quia text. ibidem dicit quod debet mandari sententia executioni absque præiudicio Obertensi Episcopi sed maximum præiudicium esset amittere possessionem §. commodum instit. de interd. Unde intelligebat Cardinalis illum text. & cum eo transit Abbas quod quando superior non erat in quasi possessione nam ubi alias si ignorasset potuisset impedire executionem sententiæ *cap. veniens ubi id not. Innocent. de testibus Barth. l. à diuo pio §. 1. & §. si super de re iud. nunc non poterit ex quo fuit sciens & non appellauit, & iste sit casus dicti capituli cum super secundum eos, Tamen est magna diminutio & restrictio ad istum textum, teneo igitur quod in proprietate non præiudicat, eo maxime quia tenui supra num. 100. & seqq. quod ad ius patronatus liberti habentis causam à patrono sententia lata contra libertum non præiudicat patrono scienti nisi patronus in lite interueniat per istum textum vti probaui supra. Quo autem ad præiudicium possessionis teneo quod præiudicat scienti prout se habet communis opinio maxime propter generalitatem d. ca. Cum super, an autem præiudicat ignorantibus quoad possessionem pendet ab his quæ infra dicam in quæstione de fructuario & colono ubi etiam fortificabitur, conclusio proximè dicta scilicet quod præiudicat scienti quoad possessionem. Ita Alex. d. num. 102.*

## Q V A E S T I O X L I.

Exempti infra quod tempus appellare debeant.

**E**xempti tam extraiudiciali quam iudiciali grauiamine appellare debent intra decendum id quod plurimi in hac materia tradiderunt *Bald. tractat. de prescript. in quarta parte, quinta partis, quæstionis duodecime, quæst. trigesima numer. 7. l. s. n. l. falso numer. 3. C. de diuersis rescript. l. non solum §. morte ff. de noui operis nuntiat. numer. 50. l. beneficium num. 40. ff. de Const. Princip.*

\* \*

\*



## Q V A E S T I O X L I I

Ad quem appellare debeant

## S V M M A R I V M.

1. *A sententia Abbatis exempti in causa membrorum non exemptorum appellandum est ad ordinarium.*
2. *3. Quid si appelletur ab ordinario procedente auctoritate non ordinaria sed Apostolica.*
4. *A iudice immediate subiecto sanctæ sedis appellandum est ad sanctam sedem.*
5. *Appellari tamen poterit ad legatum à latere.*
6. *Legatus regulariter se non interponit causis appellationum ad Papam interpositarum.*
7. *A delegato appellatur ad delegantem.*
8. *Ab arbitris iuris assumptis super recusatione appellari debet ad Papam.*
9. *A duobus iudicibus quorum alter est exemptus debet appellari ad iudicem superiorem exempti.*
10. *A sententia in causa reconventionali instituta contra exemptum appellari debet ad ordinarium.*
11. *Ab Ecclesiastico Iudice nonnunquam appellatur ad cameram Imperialem Spirensis.*

**D**ico primo quod à sententia (verbi gratia) Abbatis aut Prælati exempti sententiam ferentis in causa membrorum siue subditorum non exemptorum appellari debeat non ad Papam qui superior est iudicis sed ad Episcopum secundum opinionem communiorem quam refert & sequitur Panormitanus in cap. ex ore num. 7. ubi Innocent. numer. 2. vers. Item in hoc casu de priuilegiis Petrus de Vbaldis tract. de Canonica Episcopali Capitulo 4. quest. 9. num. 3. Barth. l. si quando nu. 3. C. de appellat. Ioan. Andr. cap. auctoritate in gloss. verb. sedis Apostolica de priuilegiis in 6. in ca. cupientes in pr. de elect. in 6. Guymer. in pragmat. sanctione tit. de causis in verb. subiectes. Ratio est quia eiusmodi subditorum respectu Prælati exempti subiiciuntur Episcopo adeoque tanquam superiori eius officio incumbit iniquas sententias sui inferioris reformare Abb. d. cap. ex ore num. 7. in fine. Pro confirmatione faciunt quæ late notauit præses Euerardi in locis legalibus loco à tanquam vers. 6. & Bartholus d. l. si quando & l. 1. §. 1. ff. eod. dicens quod si Episcopus iudicet tanquam laicus appellari debeat ad iudicem laicum secus autem si Prælatus sententiam ferret in causa membrorum exemptorum DD. ubi supra.

**2.** Dico secundo quod si appelletur ab ordinario in casibus quibus contra exemptos procedit iure permittente auctoritate Apostolica siue delegata appellari debeat ad Papam eo enim respectu ordinarius maior est Metropolitanis aliisque quibus-

quibuscunque vide Felin. ca. meminimus n. 6. post pr. de accusat. ita censet Abbas cap. ad abolendam nu. 16. de hereticis Pauinus tract. de officio & potest. capit. sede vacante par. 1. quest. 10. nu. 3. Iuuant quæ scripsi supra eodem lib. quest. 14. vide Nauarrum cons. 18. nu. 6. in fine de statu Monachorum par. 1. Licet conclusioni huic aduerfetur Hostiensis d. cap. ad abolendam ubi Abbas d. nu. 16. id notat & Alphonsus Villadieg. in speculo visitatorum fol. 35. nu. 31. nitens declaratione sacræ congregationis 484. Autoris verba & referre non pigebit. Is sic inquit si in visitatione appellari contingerit ab Episcopo suffraganeo etiam tanquam sedes Apostolicæ Delegato. Provt statuit sacrum Concilium Trident. debet appellari ad Metropolitanum. Ratio est quia quæ suffraganeus in visitatione facit, iure ordinario facit licet auctoritate Apostolica sit factus delegatus ideo dixit Hostiensis cap. 2. de officio ordinarij & in summa de officio ordinarij §. sunt autem quædam quod quando committitur Episcopis id quod pertinet ad eius officium id fit vt magis timeatur cap. quis nesciat dist. 15. Ita Villadieg. ex eadem radice nascitur questio num. legatus concurrat cum ordinario in casibus quibus auctoritate Apostolica procedere potest contra exemptos. Pro negatiua adfertur cap. studuisti de officio delegati Lapus Cardinal. Clem. cum ex eo num. 3. & fin. de sent. ex com. latissimo 10. de selua tract. de beneficio par. 3. quest. 66. nu. 9. 10. Et seq. quia eo casu (inquiunt) ordinarius est maior delegato. At vero pro affirmatiua Villadieg. tract. de legato par. 1. quest. 8. num. 21. qui limitat cap. studuisti in ordinario delegato ad vniuersitatem causarum quem articulum satis sit attingisse supra eod. lib. q. 2. sub fin.

Dico tertio quod à iudice immediate subiecto sanctæ Sedi appellandum fit ad ipsam Sedem ratio quia appellationes interponendæ sunt ad superiorem cap. dilecti 66. de appell. facit infra lib. 4. cap. 30. l. Imperatores ff. eod. late Spec. de appellat. §. nunc tractemus Marant. de ord. iud. par. 6. in decisorijs actu 2. nu. 357. Exemptorum autem nullus est superior nisi Papa, Abb. d. cap. ad abolendam n. 5. & 16. auctoritate ubi glo. & DD. de priuilegiis in 6.

Non est autem hic prætereundum quod hoc eodem casu appellari etiam potest ad legatum de latere tum quod is iurisdictionem habeat in exemptos velut notauit Guymer. ad pragmat. sanctionem tit. de causis §. si vero in glo. verb. subiecto per cap. si Abbatem de elect. in sexto cap. 1. de verb. signif. eod. lib. glo. in d. cap. auctoritate verb. Sedis Apostolica & in cap. cupientes in pr. de elect. in 6. tum quod eiusmodi legatus veniat appellatione sanctæ Sedis Franc. d. c. si Abbatem nu. 4. cum addit Barbaria cap. actum col. 5. de solut. & cons. 12. incip. difficile est vol. 3. dixi supra eod. lib. quest. 2.

Idque hac in materia singulare est, alioquin enim legatus regulariter de appellationibus ad Papam interpositis sine speciali mandato aut



delegatione cognoscere non potest *Guymer. d. §. si vero nu. verbo subiecto arg. c. quod translationem & cap. sequitur de officio legari ubi Henricus & DD. cap. constitutus de appellat Baldus cap. dilecti eod. tit. Nisi extrajudicialiter testes examinet aut alia ad expeditionem causæ faciat ut eam sic coram se instructam remittat ad Papam DD. d. ca. constitutus Spect. tit. de remissionibus §. 3. *Guymer. loco iam citato cap. super questionum de officio deleg. vel nisi partes appellationi ad Papam interpositæ renuntiauerint tum enim eiusmodi legatus cognoscere poterit, arg. d. cap. constitutus ubi Henr. & DD. Card. & Io. And. d. c. cupientes Guymer. ubi supra.**

7. Confirmitur hæc tertia conclusio quia quemadmodum à delegato appellari debet ad delegantem *l. precipimus C. de appellat. Auth. de sanctissimis Episcopis §. si quis contra aliquem collat. 9. Maranta in speculo aureo par. 6. in decisorijs actu 2. de appellat. numer. 375.*

8. Ita à iudice exempto qui immediate subiectus est sanctæ Sedi appellari debet ad Papam immediatum eius superiorem *ca. lices de offic. legati cap. ideo 2. quest. 6. d. c. studisti l. 1. ubi DD. ff. quis & à quo nō secus quam ab arbitris iuris seu super recusatione assumptis à quibus appellari debet ad Papam velut eorum superiorem immediatum cap. ab arbitris de officio deleg. in 6. Guymer. in d. verb. subiecto Maranta d. actu 2. nu. 365. Cum fungantur vice Papæ DD. iam citati.*

9. Dico quarto quod si appelletur à duobus iudicibus quorum alter est exemptus appellari debebit ad superiorem exempti velut digniorem per rationes quas supra notavi *lib. 1. quest. 26. Imbert. inst. Forens. lib. 2. cap. 6. glo. fin. in fin. latius per Marant. d. actu 2. nu. 381. Maius enim dignum trahit ad se minus dignum Gaill. l. 1. obs. 30. n. 23.*

10. Dico 5. Quod si exemptus coram ordinario instituat actionem ibique reconueniatur appellatio fieri debet ad superiorem ordinarij *per not. Archid. c. non ita 2. q. 5. Imol. c. significantibus de offic. deleg. Ausfrer. de potest. seculari super Eccles. personis Reg. 2. numer. 4. in fine.*

11. Dico 6. à iudice Ecclesiastico appellari nonnunquam posse ad iudicem laicum, seu Cameram imperialem quemadmodum post Cacheranū *Ped. d. c. 30. late docuit Mindanus de process. imper. l. 1. c. 11. per tot. id per exempla & Imperiales ordinationes illustrans. adde Gaill. lib. 1. obs. 30. numer. 5. & seqq.*

### Q V A E S T I O XXXXIII.

In causa exemptionis appellatio qualiter formanda.

**F**Ormam præscribit late speculator à quo peti potest *par. 4. de appellat. extrajudic. ali. numer. 5.*

Q V A E.

### Q V A E S T I O XXXXIV.

Commisssa ordinario executione vtrum cognoscet de iustitia sententiæ.

**A**Rticulus hic partim pender à traditis hoc eodem libro quæstione tertia, partim etiam ex traditis Doctorum præsertim vero Panormitani late disputantis an executor admittere possit exceptiones *cap. de cætero per tit. de re iudic. in cap. fin. nu. 12. & seqq. de præsumpt. cap. vniuersitatis nu. 7. de sentent. excom. Quintil. Mandos. tract. de monitorijs quest. 60. numer. 16. & seqq.* Paucis quod ordinarius exequi non teneatur sententiam quam ei constat nullam esse nec parere censuris & quibuscunque ordinationibus nullis, late & doctè traditur apud Nauarrum *in repetit. c. cum contingat Remed. 4. per tot. de rescript. tom. 3. tum quia Papa non cupit sua mandata executioni demandari quando subest iusta causa ab eis supplicandi Nauar. conf. 20. numer. 2. de rescript. tum quia magis oportet obedire Deo quam homini iniquum præcipienti quemadmodum post Andream Siculum & Felinum grauitè Decius confirmauit in cap. si quando de rescript. Nauarr. d. conf. 20. numer. 2. in fine vide infra lib. 4. quest. 39. Quod an indifferenter in mero executore procedat vide apud eundem Nauarrum d. conf. 20. n. 3. dicentem merum executorem teneri exequi mandatum nedum Papæ, sed etiam delegati, etiamsi esset iniustum cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. si tamen talia sint, quæ executioni demandari possint sine diuinæ offensionis *Nauarr. d. conf. 20. numer. 2 alioquin secus. Quid vero in executore mixto traditur à doctoribus citatis, item quid si inuocetur Brachium sæculare v. infra li. 4. q. 83.**

### Q V A E S T I O XXXXV.

Quibus casibus ordinarij iurisdictionem habeant in exemptos.

#### S V M M A R I V M.

1. Exempti delinquentes in diocesi puniuntur ab Episcopo.
2. Etiam si persona non exempta delinquerent in loco exempto.
3. Paria sunt locum esse extra territorium vel exemptum.
4. Exemptio realis non est trahenda ad personalem.
5. Episcopus condemnat exemptum in expensis.
6. Ratione rerum non exemptarum subiicitur quis Episcopo.
7. Monasteria subiiciuntur quoad legem iurisdictionis.
8. Ordinarius declarat exemptos deliquisse.

D d 2

g. Maxi



9. Maximè quando delictum est notorium.
10. Cum est periculum fuga exempti possunt capi.
11. Episcopi visitant Ecclesias exemptas.
12. Idque tanquam delegati sedis Apostolica.
13. Cognoscit Episcopus in causa reconuentionali.
14. Prohibendo subditis ne accedant loca exempta.
15. Cogit monasteria exempta ad clausuram.
16. Exempti subijciuntur Episcopo in ijs que sunt ordinis Episcopalis 78.
17. Cognoscit inter exemptos in causa decimarum.
18. Tenentur exempti ad praestationem Decimarum.
19. Absolutoria exemptas.
20. Exempti obligantur ad procuracionem.
21. Iurisdictionem habet penitentialem in exemptos sed auctoritate Apostolica.
22. Item in casibus c. volentes de priuileg. in 6 hoc est in exemptos reali exemptione 17.
23. In populum Ecclesia exempta.
24. In ascriptitios exemptorum.
25. Punit exemptos ratione loci qui in loco non exempto delinquent.
27. Secus si exemptio sit personalis 29.
28. Punit eum qui ex loco exempto proijciendo lapidem ladic alium in loco non exempto existentem.
30. Idem de sonante campanas in loco exempto vel mandante.
31. Aliud in iniuria verbali.
32. Ratione membrorum non exemptorum praelati tenentur ire ad Synodum.
33. Monachus exemptus sine habitu incedens extra Monasterium punitur ab ordinario.
34. Archiepiscopi & Episcopi faciunt benedictiones solemnes in locis exemptis.
35. Excommunicatus in loco non exempto remanet postquam redijt in locum exemptum.
36. Exemptus si adificet in loco non exempto cedit Episcopo.
37. In censuales exemptorum. Quidde mercenarijs.
38. Episcopus exercet Iurisdictionem in allegantem se exemptum praescriptione donec probarit. secus si ex priuilegio.
39. Declarat exemptos excommunicatos.
40. Assignat exempto qui deliquit terminum intra quem praesentet se Pontifici.
41. Exigit rationem a religiosis executoribus testamentorum.
42. Punit abutentes suis priuilegijs.
43. Idem si timeatur Impunitas delicti.
44. Impedit quo minus usurarij vel excommunicati sepeliantur.
45. Dotare potest Ecclesiam exemptam.
46. Seruare debent exempti generalia interdicta.
47. Item soluere Synodaticum.
48. Regularibus negligentibus deuolutio fit ad Episcopum.
49. Conferit exemptis tonsuram.
50. Exempti coguntur venire ad publicas litanias seu processiones.
51. Religiosi quicunque subiecti sunt generalibus ordinis etiamsi sint Capellani Papae.
52. Episcopus praecipere potest ne subditi accedant aut communiunt cum exemptis.
53. Subijciuntur in iurisdictione voluntaria.

- taria.
54. Sequi debet stylum ordinarij.
55. Obseruare dies festos indictos ab Episcopis.
56. Episcopus absoluit exemptos.
57. Punit exemptos coram suo tribunali delinquentes.
58. Exempti subsunt inquisitioni haereticos.
59. Quando effectus delicti porrigitur usque in locum non exemptum.
60. Limitandum est in exemptione personali.
61. In notorietate delicti. 68.
62. Si excedant sua priuilegia.
63. Ob defectum iusticia poterit adiri ordinarius.
64. Conueniri possunt coram ordinario ratione publicorum officiorum.
65. Item familiares Papa ratione beneficiorum 70.
66. Si exemptus contrahat in studijs.
67. Ordinarius potest pronunciare exemptum esse condemnandum.
69. Ordinarius celebrat in locis exemptis.
70. Subijciuntur Episcoporum ratione Capellarum.
71. In causis mercedum & miserabilium.
72. Ordinarius debet erudire exemptos.
72. Ordinari non possunt nisi prauo examine.
74. Subijciuntur concursui.
75. Item visitationi Episcopi.
76. Supplex negligentiam superioris ordinum.
77. Visitat hospitalia exempta.
78. Quoad accipiendos ordines.
79. Debent venire ad Synodum.
80. Subijciuntur in causis matrimonialibus.
81. Quoad clausuram sanctimoniarum.
82. Quoad obeundas confessiones.
83. Item quoad praedicationes.
84. Exemptiones perturbant Ecclesiam.
85. Ordinarius exercet iurisdictionem in acolitos. Comites Palatinos, Prothomotarios, Capellanos regios, praueuendo sed non impediendo iurisdictionem exemptorum.
86. Punit exemptos qui excedunt numerum suarum Campanarum.
87. Item exercentes illicitas negotiationes.
88. Cogit exemptos ut assignent eis quem praesentarunt congruam portionem.
89. Appellationi non deferret.
90. Declarat excommunicatos qui admittunt ad sepulturam in casibus a iure prohibitis.
91. Ordinarius aestimat iniuriam sibi illatam.
92. Deserentibus cadauer potest restitui.
93. Punit exemptos qui intersunt clandestina desponsatione.
94. Item qui admittunt subditos ad solemnisationem matrimonij sine licentia.
95. Ante denuntiationem excommunicacionis ordinarius summariè se informare debet per audicionem testium.
96. Punit quastores.
97. Punit rectores hospitalium leprosariorum. &c.
98. Episcopus cognoscit in omnibus criminibus requirentibus. actua. e. d. gradati. u. e.
99. Episcopi est degradare.
100. Punit eos qui sibi Episcopalia iura arrogant.
101. Punit eos qui beneficia ad suam colationem.



- tionem spectantia grauant pensionibus.
102. Eriqit tribunal in loco exempto in hoc casu.
103. Subditi audiunt Diuina in locis exemptis & exempti celebrare possunt cum altari uisico.
104. Exempti tenentur recognoscere propriam scripturam coram ordinario.
105. In causis salariorum exempti sortiuntur forum coram ordinario.
106. Salaria Aduocatorum & Procuratorum peti possunt in camera.
107. An Vltiscatur iniuriam sibi illatam ab exempto ordinarius.
108. Exempti iurant soli Papa.
109. Qui eximuntur an processionibus interesse debeant.
111. Episcopus examinat suscipientes curam animarum.
112. Exemptio simplex non eximit à casibus Episcopo reservatis.
113. Abbates exempti conferunt suis tonsuram.
114. Subditi delinquentes in loco exempto puniuntur ab ordinario.
115. Episcopus inquit contra regulares extra claustra degentes.
116. Exempti gaudent indulgentijs Episcopalibus.

**Q**uam plurimi sparsim in iure reperiuntur casus quibus exempti iurisdictioni ordinariorum subijciuntur, quos quasi per satyram collectos lectorum oculis hoc capite subijciam. Imprimis exempti delinquentes in diocesi Episcopi seu in loco non exempto puniuntur ab Episcopo secundum statuta diocesana. Secus vero si delinquerent in loco exempto cap. 1. ubi DD. de priuileg. in sexto Franc. cap. 2. numer. 10. de constit. in 6. late Henricus Botteius tract. de Synodo Episcopi parte 3. art. 2. numer. 5. Cardin. in repet. Clem. 2. quest. 9. de constit. Gemin. 10. Andr. Franc. d. cap. 1. §. nunquid.

Ampliatur etiam si persona non exempta delinquerent in loco exempto nihilomi-

117. Socij Curie Episcopalis Leodiensis si sint exempti puniri non poterunt ab officiali etiam si in officio deliquerint.
118. Ordinarius plus iuris habet in exemptos quam in extraneos.
119. Officiale quando deputat in locis exemptis.
120. Episcopus iurisdictionem habet in Regulares.
121. Exemptus locus facit territorium.
122. Episcopus an possit excommunicare & suspendere exemptos impediens reuocationem coniugis è monasterio exempto si iste coniunx valde non fuerit professus, &c.
123. Conuertit tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas.
124. Praescribit officijs Ecclesiarum collegiatarum seruitium competens pro distributionibus lucrandis.
125. Nouas Parochias erogit.
126. Coadiutores dat Parochis minus idoneis.
127. Transfert beneficia.
128. Punit Regulares exemptos extra claustra degentes.

ominus enim punientur ab Episcopo ligabuntur eius statutis secundum Marfilium & sequaces d. cap. 2. de constit. in 6. quem sequitur Federic. conf. 2. Anchor. cap. à Nobis de sentent. excom. rep. cap. postulaisti col. 16. quest. 4. de foro compet. Quorum hæc est ratio quod locus exemptus sit in diocesi Episcopi ca. graue de offic. ord. ubi Abbas Fel. D.D. cap. cum Episcopus eod. in 6. Non exemptus autem seu subditus Episcopi non potest excipere contra intentionem Episcopi de iure communi fundatam & sic de iure tertij arg. l. loci §. competit ff. si seruit vendic.

Præterea interest Episcopi ut sua diocesis purgetur malis hominibus atqui propter delicta in loco exempto turbatur diocesis Ergo D.D. ubi supra. Verum opinio hæc Marfilij Federici, Anchorani & sequacium improbat à Caldeo & quamplurimis alijs Cald. d. cap. 2. Io. Andr. Franc. Card. ibid. Franc. in ca. 1. de statu regul. Ias. l. fin. Col. 1. ff. de iurisd. om. iud. ubi multos allegat Sab. rell. in rep. cap. perpendimus col. 20. vers. sed quid si delinquit de sent. excom. Mar. socin. conf. 271. col. pen. vol. 2. Petrus de Palude in 4. sentent. d. st. 18. quest. 2. art. 2. Bohic. cap. à nobis col. 2. de sent. excom. Cald. conf. 13. incip. contra Canonicum tit. de iudic. Marian. cap. postulaisti quest. 21. de foro competenti Angel. de Clauas in summa verb. statutum §. 2. Siluest. verb. excommunicatio 2. §. 15. vers. circa prædicta Fumus verb. excommunicatio num. 29. & 30.

Mouentur, quia paria sunt locum esse extra territorium vel esse exemptum d. e. 3. graue ubi D.D. glo. Clem. 1. de foro compet. & quem non esse exemptum vel exemptum sed non in eo de quo agitur loco Gemin. cap. Episcoporum n. 8. vers. subdit etiam de priuileg. in 6. v. tamè infra n. 18. & seq. Secundo quia ut quis ligetur statuto opus est ut statuens habeat iurisdictionem in loco in quem virtus statuti dirigetur & quod persona sit subiecta cap. Ecclesia sancta de constit. quorum opinio magis indubitanter teste Anchor. procedit quando est aliquis prælatus habens iurisdictionem quasi Episcopalem loci exempti Anchor. d. cap. postulaisti col. 16. quest. 4.

Limitatur autem hic casus ut obtineat tantum in exemptione reali quæ ratione loci personis concessa est de qua loquitur cap. 1. de priuileg. in 6.

Secus vero si exemptio esset personalis nam dispositio exemptionis realis non est trahenda ad exemptionem personalem Abb. & Anania c. ad abolendam de hereticis item in cap. fin. de foro compet. Geminian. Franc. d. §. nunquid Franc. d. §. statuto col. 3. & d. cap. 1. de statu regular. in 6. dixi supra lib. 1. quest. 2. Angel. in summa verb. exemptus num. 8. in fine.

Limitatur secundo nisi statutum conditum esset in fraudem exemptionis Gemin. Franc. ubi supra.

Limitatur tertio nisi statutum esset contrarium religioni exemptæ autoribus Gemin. & Franco allegatis dicentibus ita intelligendum esse cap. nimis, de priuileg.

Secundus casus Episcopus condemnare potest exemptum in expensis non proponentem declinatoriam & punire contumaciam dixi late supra eod. lib. quest. 6.



6 Tertius exemptus simpliciter ratione personæ vero secundum quid ratione rei seu loci si obtineat Ecclesias parochiales aliaue officia quorum administratio & regimen seu cognitio ad Episcopum spectat si illorum ratione delinquat seu contrahat iurisdictionem contra illum spectabit ad Episcopum *Couarruias pract. quest. cap. 11. nu. 5. Franc. ca. 1. §. illum num. 4. de verb. sig. in 6 Ac* (ut inquit Capius) licet aliquis sit exemptus, si tamen efficiatur Prior Monasterij non exempti poterit tanquam Prior talis Monasterij conueniri coram ordinario, *Capsius decis. 59. num. 2. per cap. 1. de priuil. in 6. Nauar. cons. 19. n. 9 de Clericis non resident. par. 1. quia potest quis esse pro parte exemptus & pro parte subiectus Franc. cap. si Papa §. Et est num. 2. eod. in 6. & ratione rei non exemptæ subijci ordinario velut in exemptis qui assumuntur ad regimen loci non exempti, qui tamdiu subsunt ordinario quamdiu ibi degunt *tex. cap. cum capella vbi Innoc. & DD. de priuileg. Brixien. in reperi. verb. exempti col. 7. Præf. loco a tanquam vers. 23. fol. 353.* Ideo exempti omnes quoad ea quæ pertinent ad beneficia non exempta subsunt iurisdictioni Episcopi etiam si essent familiares Cardinalium *Nauar. cons. 9. de iure iur. Thomas serula in praxi Episcopali par. 1. verb. Exemptio §. 4. & 2. vide infra casu 58.* Quod tamen Felino non placuit, quia dicit e sanus facere id nequit sine causæ cognitione quæ ei prohibita est in personas exemptorum *Felino. cap. fin. num. 6. vers. Et vide omnino de foro compet. fol. 44. id quod sustineri potest in exemptione personali secus vero in reali tum enim ratione rei non exemptæ subiectus est ordinario dixi infra casu 20. & 54. 58. atque ita distinguit Abb. d. ca. fin. n. 11. vers. quoddam est priuilegium de foro compet. Et ita intelligendum est dogma de quo Rota Nouiss. decis. 702. num. 1. par. 1. quod exempti possint conueniri coram ordinario ratione rei quantumuis exemptio sit lata.**

7 Quartus licet Monasteria de iure sint exempta à lege diocesana Episcopi non tamen à lege iurisdictionis ideoque quoad hanc ei subijciuntur, *Bertach. tract. de Episcopo lib. 4. part. 2. quest. 35. num. 80. Bellenc. de charit. subs. q. 28. & seqq. Abb. ca. dilectus vbi late de offic. ord. cap. 1. num. 1. & seqq. de statu Monach. cap. si e. et de censib. Innocent. late d. cap. dilecti dixi supra lib. 1. quest. 15.*

8 Quintus licet ordinarius nequeat iudicare de delictis exemptorum potest tamen declarare & pronunciare eos deliquisse ac ad eiusmodi declaratoriam terendam exemptos citare *laxi Felino. in cap. non potest num. 3. de re iudic. Cardin. in Clem. fin. quest. 5. de penis Gemini in cap. Episcoporum nu. 8. in fine de priuileg. in 6. vide infra nu. 67. & n. 39. quod maximum procedit si delictum sit notorium Fel. d. nu. 3. vide infra casu 55.*

10 Sextus si sit periculum fugæ possunt ab ordinario sisti & capi remitti ad competentem *Fel. d. ca. fin. num. 7. de foro compet. Card. Clem. 1. quest. 3. de officio ord. vbi latissime Abb. cap. sacris in fine de Sepult. Fel. cap. cum non ab homine nu. 3. & seqq. vbi Abb. de iudic. Abb. cap. fin. n. 11. vers. Puto tamen de foro compet. vbi vide infra lib. 4. cap. 52. Mynsing. cent. 2. obser. 65.*

Adin-

Ad instar clerici qui nedum à iudice laico sed etiam à proprio creditore citari retineriue potest si fugæ periculum vertitur, idque sine periculo excommunicationis *Abb. d. cap. fin. de foro comp. cap. ut fama de sent. excom. Caccialup. de debitore suspect. quest. 4. num. 2. & seqq. Peck. de iure sist. cap. 4. num. 14. Innocent. & DD. d. cap. ut fama. Auf. er. de potest. seculari super Eccles. person. Reg. 3. num. 15.* Quando autem suspecti de fuga dici possint videatur *Caccialup. & Doctores allegati. Item Milis verb. suspectus de fuga fol. 438.*

Septimus Episcopi visitant Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas <sup>12</sup> Curatas prout statuit Concil. Trid. *sess. 7. de refor. cap. 7. Rol. Nouiss. decis. 344 num. 2. part. 1.* Non autem Ecclesias exemptas non curatas quapropter non poterunt de iure (inquit Villadieg.) visitare Ecclesias Hierosolimitanorum prout etiam censuit sacra congregatio *declarat. 77. & Pius V. in Bulla 139 incip. Expocit vbi statuit dictas Ecclesias exemptas visitari posse solum in his quæ concernunt curam animarum & administrationem sacramentorum Alphonsus Villadieg. in speculo visitat. fol. 32. numer. 6.*

Præterea licet Ecclesia exempta ratione foundationis & dotationis non possit ab <sup>12</sup> Episcopo visitari. iure potestatis suæ ordinariæ potest tamen tanquam ab Apostolicæ sedis delegato quemadmodum sacra congregatio respondit de quadam Lucensi Ecclesia Collegiata S. Michaelis *declarat. 418. Thomas Serula in praxi Episcopali part. 2. verb. Exempti Fumus verb. visitatio num. 4. Sabarell. Clem. attendentes numer. 2. in pr. & num. 8. de statu monach. Abb. cons. 26. num. 2. vol. 2. Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de refor.* Prout quoque visitant quacumque beneficia curata non curata secularia regularia qualitercumque commendata & exempta tanquam sedis Apostolicæ delegati *Villadieg. d. fol. 32. num. 7. nec etiam Moniales exemptas Bellencin. de charit. subsid. quest. 29. nu. 7. vol. 1. tract. 15. fol. 292. Ang. in summa verb. Misialis nu. 3. in fine Sabarell. d. Clem. Attendentes. quibus addo quod exemptio à visitatione non comprehendatur sub generali concessione exemptionum Rot. nouiss. decis. 186. numer. 2. part. 1.*

Octauus per modum reconuentionis de qua dictum est supra *qu. 29. n. 10. & seq. 13* Nonus prohibendo subditis ne accedant loca exempta modo tamen id fiat iu- <sup>14</sup> sta ex causa licet enim indirectè statuit contra exemptos quod directè non posset *Barth. l. relocatorum ff. de interd. Perusio in cap. ut animarum de const. in 6. Angel. in summa verb. statutum nu. 3. vbi vide & Fumus verb. Excommunicatio num. 30 in fin. vide omnino Ang. verb. Exemptus num. 10.*

Decimus cogunt monasteria exempta vt seruent clausuram ad hoc enim Epi- <sup>15</sup> scopi in conscientia obligantur *cap. periculoso: de statu Monach. in 6. Clem. attendentes de statu regul. Ang. verb. Exemptus num. 10. vers. possunt imo obligantur cap. 1. §. fin. de statu regular. in 6. dixi infra casu 75.*

Ee

Vnde-



- 16 Undecimus exempti subiiciuntur Episcopo in eis omnibus quæ sunt ordinis Episcopalis nempe in petitione Christianatis Consecrationis Ecclesiarum susceptionis ordinum & similibus *cap. veniens ubi Abb. num. 2. not. de præscript. Balbus de præscript. in prima parte quinta partis quæst. 12. num. fin. Franc. cap. 1. numer. 7. vers. in gloss. de priuileg. in 6. dixi lib. 1. quæst. 6. in fine cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. gloss. cap. Abbatibus 17. quæst. 2. vide infra libr. 4. quæst. 11.*
- 17 Duodecimus ordinarius cognoscit inter exemptos in causa decimarum *Franc. cap. fin. §. diocesanus de decimis in 6. ibi text. Si tamen Ecclesiæ essent exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesiis debitæ de iure communi tunc diocesanus se non posset introumittere, sed si dictæ Ecclesiæ non sunt exemptæ tunc diocesanus se introumittere potest licet decimæ sint exemptæ vel Ecclesiæ sint ipsorum exemptorum *Dom. & Franc. d. §. diocesani num. fin. in fine, ubi etiam gloss. in verb. exemptis & Archid. vide infra lib. 4. cap. 48.**
- 18 Decimus tertius Exempti tenentur ad præstationem decimarum, item ad canonicam Episcopalem de qua latius acturus sum suo loco *Vbaldus tract. de Canonica Episcopali Capitulo 4. quæst. 6. v. infra lib. 4. quæst. 6.*
- 19 Decimus quartus Episcopus absoluit Moniales exemptas ab excommunicatione si se percusserint *cap. de Monialibus ubi Abb. de sent. excom. Item gloss. Felin. 10. de Lignano tract. de censur. Ecclesiast. §. 26. num. 12. utrum vero iure ordinario an auctoritate Apostolica controuersum est apud Lignano.*
- 20 Decimus quintus obligantur exempti ad procuracionem legatorum *Felin. cap. decedentes num. 3. de præscript.*
- 21 Decimus sextus Episcopi iurisdictionem habent in foro pœnitentia in exemptos quos auctoritate Apostolica absolueri possunt cum ab eis in confessores eliguntur *vide Franc. cap. si Episcopus numero 6. de pœnitent. in 6. & dicam infra libr. 4. quæst. 35.*
- 22 Decimus septimus exercent iurisdictionem in exemptos in casibus decretalis volentes *de priuileg. in 6. scilicet et ratione rei seu loci delicti aut contractus idq. non obstantibus priuilegiis Apostolicis postea impetratis *Spec. part. 4. de priuileg. num. 3. & dixi supra casu 3. Cui decretali frequenter solet derogari teste Angelo concedique exemptiones tam locales quam personales *Ang. in summa verb. exemptus num. 8. in fin. vide i. fra casu 20.***
- 23 Decimus octauus in populum Ecclesiæ exemptæ licet enim Ecclesiæ sit exempta non tamen populus *cap. per exemptionem de priuileg. in 6.*
- 24 Decimus nonus in ascriptitios exemptorum, late *Gomes. ad cog. Cancell. tit. de impotr. benef. Vacant. per obit. Card. quæst. 14. Spec. d. num. 3. videntur *Io. de latea & Lucas de Penna l. Senatorum C. de dignitatibus lib. 12.**
- 25 Vigessimus, puniendo exemptum ratione loci qui delinquit in loco non exempto,

pto, si vero exemptus esset exemptione personali puniri ab Episcopo non potest *Abb. cap. patentibus num. 4. & 5. & cap. seq. num. 8. de priuileg. Felin. cap. fin. num. 4. de foro compet. Innocent. ca. percepimus de priuileg. ubi exemplificat latissime Sabarell. Clement. unica num. 16. de offic. ordin. alioquin enim exemptio personalis esset inutilis, *Ang. de clauasio verb. exemptus §. 1. vide supra casu 17.**

In exemptione vero personali dixi secus quia eiusmodi exemptus non efficitur 27  
ictius fori ubi delinquit *Abb. cap. cum inter num. 3. de consuet. vide infra casu 54. vide *Abb. in cap. fin. numero undecimo, vers. quoddam est priuilegium usque ad fin. de foro compet. & ubi doct.**

Vigessimus primus punit eum qui ex loco exempto iaciendo lapidem læsit alium 28  
existentem in loco non exempto qui est casus exemptionum realium *Præses loco in virtute finis sub finem, Abb. d. cap. patentibus num. 4. & 5. de priuileg. Franc. cap. 1. numero quinto, eod. in sexto, d. cap. fin. de foro competenti *Abb. cap. Cum capella numero 6. de priuileg.**

Dixi exemptionum realium quia personalis exemptio adhæret personæ, realis vero concessa ratione loci non sequitur personam sed adhæret loco seu competit ratione loci *Abb. cap. quoniam de priuileg. Felin. cap. fin. nu. 13. & 14. de foro compet. Ideo dispositio cap. 1. de priuileg. in 6. quæ de exemptionibus localibus loquitur non est trahenda ad exemptiones personales *Anania & Abb. cap. ad abolendam, de heretic. Abb. cap. fin. de foro compet.**

Vigessimus secundus, idem de mandante aut de sonante campanas in loco exempto ad seditionem excitandam in non exempto similibusque plurimis exemptis responsum est *Abb. d. cap. patentibus post. num. 4. Abb. cap. tuarum num. 8. eod. tit. latissime Felin. d. cap. fin. num. 44. ubi *Abb. num. 25. Innoc. d. cap. patentibus Ioan. de visibis tract. de immunit. Eccles. n. 62. Aliud est in iniuria dicta in dicecesi ei qui erat in loco exempto quia censetur commissa in loco exempto *Castrens. l. plerique num. 3. ff. de in ius vocando.***

Vigessimus tertius Prælati exempti ratione membrorum non exemptorum tenentur ire ad synodum & coram Episcopo possunt conueniri *Abb. cap. ex crenis. 1. vers. 2. not. de priuileg. late & exacte Henric. Basteius tract. de synod. Episcopi part. 1. n. 6. 62. & seq. & part. 2. n. 4. Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de Refor. Franc. cap. ut Apostolica de priuileg. in 6. Ratio est quia licet probetur exemptio capitis non ideo sequitur quod probata sit exemptio membrorum *Innocent. d. cap. ex ure arg. l. liberorum ff. de adopt. gloss. cap. rogamus 24. quæst. 1. latius Brixien. in repert. verb. exemptio vers. an exempto Monasterio Innoc. cap. quod super de maior, & obed. vide infra casu 63.**

Vigessimus quartus Monachus monasterii exempti si sine habitu incedit extra 33  
monasterium poterit per ordinarium puniri secus si intra *Francus cap. 1. numero quinto, de priuileg. in sexto, & ita etiam explicando Concil. Trident. resoluit eleg.*



Boetius Eponis cap. Relatum num. 8. ne clerici vel Monachi.

34 Vigefimus quintus Archiepiscopi & Episcopi possunt in locis exemptis facere solemnes benedictiones & diuina officia celebrare *Franc. cap. Abbates numer. 1. vers. in gloss. de priuileg. in 6. Ang. in summa verb. Archiepiscopus num. 3. Ioan. Francisci. Pauinus tract. 1. de uisitatione quest. 3. secunda partis, numer. 9. adde infra vers. 62. text. Clem. fin. de priuileg.*

Vigefimus sextus poterit Episcopus omnia loca exempta suae diocesis benedicere populo & diuina officia celebrare in Pontificalibus *Clem. Archiepiscopo de priuileg. Ioan. Francisci ubi supra num. 10.*

35 Vigefimus septimus Monachus in loco non exempto excommunicatus, remanet excommunicatus postquam rediit in suum monasterium si proprio nomine fuit excommunicatus secus vero si sub nomine Prioratus siue dignitatis *Franc. ca. 1. §. in eos, num. 3. vers. in gloss. fin. de priuileg. in 6.*

36 Vigefimus octauus si exemptus aedificet in loco exempto sine licentia totum acquiritur Episcopo cum fructibus *Franc. cap. auctoritate num. 2. de priuileg. in 6. dixi supra lib. 1. cap. 36. Anton. de pratis tract. de iurisdic. Episcopi cap. 1. numer. 3. & 4. Ang. in summa ver. Exemptus num. 11. & 12. Fumus ver. exemptio, num. 10. Selua de beneficio part. 1. quest. 6.*

37 Vigefimus nonus incensuales & homines exemptorum *cap. autoritate §. 1. hibemus ubi Franc. & DD. de priuileg. in 6.* Quid vero de familiaribus mercenariis colonis notatum est supra *lib. 1. cap. 30. & lib. 2. quest. 37. vers. pro solutione num. 9. & lib. 4. quest. 38.*

Trigefimus de Abbate aut Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem tradit *Francus cap. ut Apostolicis numer. 5. & 6. de priuileg. in 6. Parisius cons. 95. libr. quarto.*

38 Trigefimus primus exercet iurisdictionem in allegantem se exemptum praescriptione, donec de exemptione plenè probauerit secus si allegaretur exemptio ex priuilegio *ca. Cum persona §. si uero ubi Franc. & DD. de priuileg. dixi supra quest. 25. libr. secunda.*

39 Trigefimus secundus ordinarius potest declarare exemptum incurrisse excommunicationem idque ut sui subditi illum euitent: *Franc. cap. Episcoporum num. 3. de priuileg. in 6. gloss. cap. tuarum de priuileg. v. infra eod. libr. quest. 29. num. 4.* Quae tamen declaratio praesudicare non potest exemptis sed tantum subditiis quibus ordinarius prohibere potest conuersionem cum exemptis excommunicatis *Nauarrus cons. 2. numer. 2. de sentent. excommunicat. idque procedit si prius fuerint excommunicate per proprium suum iudicem secundum Nauarrum d. cons. 2. & in Manualis cap. 27. & non aliter. Lancelott. de attentatis part. 2. cap. 4. limitat. 21. num. 7. fol. 160. & ita etiam elegantissime concludit Boetius Eponis in cap. ultim. num. 4.*

Ne

Ne clerici vel Monachi, Episcopum denunciare non posse exemptos à sua iurisdictione excommunicationem incurrisse.

Trigefimus tertius assignat exempto qui deliquit terminum intra quem praesentet se Pontifici *Franc. cap. 1. num. 3. in fine de praebend. in 6. Villadiego tract. de legato part. 1. quest. 8. num. 23. vol. tract. 14. fol. 153.*

Trigefimus quartus exigit rationem à religiosis exemptis executoribus testam-  
41  
entorum *Sabarell. Clement. unica de Testam. Spec. de instrum. edic. §. nunc aliqua nu. 45. in ad lit. Fumus verb. Executor. num. 14. Ioan. Francisci. tract. de uisitatione quest. 5. secunda partis nu. 92. vide infra lib. 4. cap. 49.*

Trigefimus quintus punit exemptos abutentes suis priuilegiis *Sabarell. Clem. 42. abusibus num. 1. & ult. de poenitent. & late in Clement. unica num. 16. fol. 40. de offic. ordinarij vide infra casu 90.*

Trigefimus sextus item punit exemptos si timeatur impunitas delicti *Fel. cap. 43. significasti num. 4. de foro compet. vide infra quest. 50. & seq. lib. 4.*

Trigefimus septimus potest se intromiscere ne excommunicati vel usurarii fa-  
44  
peliantur in loco etiam exempto dummodo tamen iste locus sit in diocesi *Abb. cap. sacris num. 7. de sepult. Imo praecipere ut sepulti humo eximantur cap. ad hac de priuileg. & contrauicentes punire late Franc. cap. Episcoporum nu. 3. eod. in 6. Clem. 1. & 2. de sepult. Fel. cap. ult. num. 7. in fine de sepult. qua de re vide plenius Abbatis distinctionem d. cap. sacris num. 7.*

Trigefimus octauus Episcopus potest dotare Ecclesiam in sua diocesi quam-  
45  
uis exemptam *Abb. cap. Apostolica nu. 3. 7. 8. de donat.*

Trigefimus nonus exempti seruare debent generale interdictum ordinarij *Fel. 46. cap. ult. num. 6. de foro compet. Zabarell. Clem. 1. nu. 10. de sentent. excomm. Fumus verb. Excommunicatio n. 52. Abb. cap. Cum inter num. 3. de consuet. text. Clem. ex frequentibus de sent. excomm.*

Quadragesimus tenentur exempti soluere Episcopo Synodicum *Henric. 47. Batteius tract. de Synodo part. 3. num. 83.*

Quadragesimus primus Exemptis regulariter conferre negligentibus deuo-  
48  
lutio fiet ad Episcopum qui conferet auctoritate Apostolica *cap. Cum singuli de praebend. in 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolutione num. 37.*

Quadragesimus secundus Confert exemptis tonsuram & ordines *Rebuff. in 49. praxi benefic. part. 1. tit. de clericis & quibus numer. 22. dixi supra casu 11. An autem Abbates non obstante Concil. Trident. id suis possint tradit Nauarrus Consil. 24. de priuileg.*

Quadragesimus tertius legatus confert beneficia exempta *Ioan. de selua de be-  
49. neficis part. 2. qu. 3. n. 53. Item qu. 66. n. 6. 9. 12. part. 3.*

Quadragesimus quartus legatus confirmat electos exemptos *Rota decis. tertia,*



- numero tertio. de offic. legati in antiquis.
- 50 Quadragesimus quintus, compelluntur venire ad publicas processiones seu supplicationes exceptis tamen iis qui in perpetua clausura viuunt aut aliis particulari priuilegio donatis *Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de Refor. relatum per Io. Garzia tract. de impensis cap. 21. num. 38. Abb. cap. Cum inter num. 4. Cum addit. de re iudic. ubi loquitur de litaniis vide eleganter Fel. cap. dilectus num. 7. de offic. ord. ubi de eo dubitat Flaminius de resig. benef. lib. 3. quest. 11. numero 8. vers. 16. Abbas late cap. dilectum numero 4. vers. 11. de offic. ord. Ioann. Gallus ad arresta parlam. quest. 326. adde infra numero centesimo nono.*
- 51 Quadragesimus sextus Religiosi cuiuscumque ordinis non sunt exempti à subiectione superiorum ordinum etiamsi sint sedis Apostolicæ Capellani *Gregor. 11. Bulla secunda, Thom. Serula in praxi Episcopali verb. Exempti part. secunda. numero quarto.*
- 52 Quadragesimus septimus Episcopus potest subditis suis præcipere ne communent aut accedant exemptos excommunicatos vel delinquentes *arg. cap. de terribus de decimis cap. post miserabilem de usuris debent tamen exempti prius declarari excommunicati per iudicem suum competentem quemadmodum ex Nauarro supra tradidimus supra eod. numero trigesimo nono, Aufrer. repet. Clement. 1. quest. 10. numero tertio, in fine de officio ord. Maximè vero si delictum sit notorium vel excommunicati patens Lopus cap. Episcoporum de priuileg. in sexto, Guiliel. in Clement. 2. de pœnitent. Ioann. Anania cap. 1. de priuileg. in sexto. Aufrer. d. questio. 10. vers. & licet.*
- 53 Quadragesimus octauus in iurisdictione voluntaria exempti subiiciuntur ordinatio *Moh. ad cons. Paris. tit. 1 §. 4. 2. num. 12. dixi supra lib. 1. cap. 46. vers. pro affirmatiua numero 7. Ioan. And. cap. 1. de priuileg. in 6. Lopus cap. cum in illis de tempor. ord. in 6. Clem. attendentes §. cœterum de statu regul. Landens. Clem. 1. de Regul. Brixienf. in repet. verb. Exemptio col. 1. & 5. v. Dom. in cap. cum nullus de tempor. ordinand. Guiliel. in Clem. 1. de Regul. Panorm. in cap. significasti de foro compet. vide infra lib. 4. quest. 42. numero quarto.*
- 54 Quadragesimus nonus quando causæ exemptorum agitantur coram ordinario debent sequi statuta stilum & ordinationes eius fori *dixi supra lib. 2. q. 30.*
- 55 Quinquagesimus debent celebrare dies festiuos ab Episcopis indictos *Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. de refor. Nauarr. in Manuali cap. 13. num. 5. vers. 8. in fin. fol. 232.*
- 56 Quinquagesimus primus. Episcopus potest absoluere moniales exemptas *Sabarell. Clem. 1. §. predictis num. 5. de relig. dom. imo potest nunc eos hodierno iure ex Concil. Tridentin. absoluere à casibus Papæ referuatis necnon à casibus bullæ cœnæ Domini teste Nauarro cons. 10. de priuileg. tom. 2. qua de re infra quest. 50. & lib. 4. quest. 76.*

Quinquagesimus secundus, quid si exemptus delinquat pro tribunali Episcopi tetigi supra eod. libr. *questio. 35. v. Boer. ad Consuet. Bituric. tit. 2. §. 21. gloss. 2. vers. nam licet.*

Quinquagesimus tertius exempti subsunt inquisitori hæreseos velut ab Apostolica sede delegato *latissime Anania ca. ad abolendam ubi gloss. Abb. & DD. de hereticis Francus cap. ut officium §. denique num. 2. de heretic. in 6. Abb. cap. causa num. 1. de restit. in integr. Fel. c. licet de off. ordin.*

Quinquagesimus quartus, Quotiescumque exempti in loco exempto aliquid committant cuius effectus porrigitur extra locum exemptum ordinarius potest istius sibi cognitionem usurpare. *Abb. cap. Cum inter num. 3. de consuet. facit Barth. l. 2 §. si quis in suo ff. ne quid in loco publico Hieronim. à Sorbo. in addit. ad Alphonson à Casarubios in compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, & dicitur est supra casu 21. & seq.*

Sed hoc intellige quando exemptio concessa est ratione certi loci. V. G. Monachis respectu Monasterii quia possent conueniri extra Monasterium quando effectus porrigitur extra locum exemptum secus vero si exemptio concederetur personæ quia tunc non possent conueniri coram ordinario *Hieron. à Sorbo. ubi supra & dixi supra casu 20. Ant. de Butris & Abb. cap. patentibus de priuilegiis & vido infra part. 3. quest. 13. in fine.*

Quinquagesimus quintus quando est notorietas facti seu delicti per exemptos commissi velut refert Petrus Brixienf. in suo repertorio *verb. exemptio vers. An propter notorietatem per gloss. cap. patentibus & cap. de priuileg. late Landens. & Cardinal. in Clement. 1. de officio ordin. quest. 3. num. 16. dixi supra casu 5. & infra casu 61. Quando autem dicatur crimen notorium vide Sayrum in Thesaur. Theol. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 12. num. 6. gloss. cap. fin. de temp. ord. & in cap. vestra de cohabit. cler. & mulier.*

Quinquagesimus sextus possunt puniri propter excessum suorum priuilegiorum *DD. alleganti casu 55. Sic Præfes Prouinciæ prouidet ne delegati à Principe mandata sibi abutantur potestate Auth. ut iudices sine quoquo suffragio §. volumus cap. nobilissimus dist. 97. Cyn. Bald. Auth. qua in prouincia C. ubi de crimine Capel. Thob. dec. 420. doctè Aufrer. in rep. Clem. 1. quest. 10. num. 1. de offic. ord.*

Quinquagesimus septimus ex defectu iustitiæ nepe si exempti non admittent iustitiam poterit adiri ordinarius vt suppleat si facile non possit haberi recursus ad Papam seu superiorem exemptorum *Aufrerius in repet. Clement. 1. questio. decima. numero tertio, vers. unde in principali de officio ordinarii ubi Landens. & Cardinalis numero de cetero sexto & dixi supra eodem libr. questio. octaua. Alioquin regulariter propter negligentiam Prælati immediati exempto um potestas non deuoluitur ad ordinarium sed ad superiorem illius Prælati exempti.*



Vnde si Abbas exemptus est negligens in correctione suorum monachorum potestas non deuoluitur ad Episcopum sed est recurrendum ad Papam *Siculus & gla. in cap. graue de offic. ord. Ausfrer. in d. reper. Clem. 1. quaest. 10. num. 125. Ioann. de Imol. in Clement. 1. numer. octauo. de suppl. nd. neglig. Pralat. Ioann. VVamesius conf. 65. numer. quarto. tom. 1.*

64. Quinquagesimus octauus exempti conueniri possunt coram ordinario ratione publicarum functionum seu officiorum *l. unica ubi expresse Castrens. C. in quibus causis milit. for. prescript. Auth. ut iudices sine quoquo suffragio §. nolimus in fin. l. 2. C. vbi de Curialis vel cohortali. ibique DD. Quod ipsum doctè explicat Abbas dicens familiares Papæ & quosuis exemptos ratione beneficiorum conueniri posse coram ordinario Abbas cap. dilecti filii num. 9. vers. & nota de foro compet. dixi supra casu 3. quod tallit secundum Calderinum si possessio officii seu beneticii nondum plenè fuisset acquisita conf. 13. & 14. de foro compet.*
66. Quinquagesimus nonus si exemptus cōtrahat in studiis seu vniuersitate poterit ratione eiusmodi contractus conueniri coram Iudice studiosorum *Castrens. d. l. unica num. 1. vers. Vnde facit ad. & in l. fin. de Iurisd. om. iud. Cuneo d. l. unica vers. Sed induciuntur.*
67. Sexagesimus potest pronūciare exemptum esse condemnandum quia plurimum differt sententia condemnatoria à sententia de condemnando vt latè docet *Marsil. sing. 200. vide supra num. 8.*
68. Sexagesimus primus si exempti notoriè delinquant possunt puniri per ordinarium *cap. patentibus cap. tuarum de priuileg. Ita Hostiens. in summa de priuileg. num. 11. in fin. & col. 12. licet contra teneat Cardinal. Flo. in Clem. 1. de offi. ord. Dom. in cap. 1. de priuileg. in 6. dicens non esse recedendum ab eorum priuilegiis cui assentior per tradita Alexandri ad Barth. l. diuus num. 2. verb. competentiff. de custod. Reor. adde supra numer. 61.*
69. Sexagesimus secundus, Archiepiscopus per loca exempta suæ Prouinciæ in Pontificalibus celebrat diuina benedicat & cætera exerceat quæ in Clementina Archiepiscopi de priuilegiis continantur, *Aret. conf. 150. num. 3. Item Episcopus celebrare potest in pontificalibus in locis exemptis Innoc. cap. fin. de autor. & vsu pallij & dictum aliquide est supra vers 25.*
70. Sexagesimus tertius exempti subiiciuntur Episcopo ratione membrorum sine Capellarum non exemptarum *Abb. eap. ex ore num. 1. & 4. de priuileg. vbi Innocent. Ferrar. in forma opponendi contra instrumenta in gloss. verb. aliu rationibus numer. 4. licet enim probatur exemptio capitis non ideo censetur probata exemptio membrorum arg. l. liberorum ff. de adopt. Innoc. d. cap. ex ore quia exempta Ecclesia non censentur exemptæ capellæ Ecclesiæ subiectæ accedentes vel connexæ gloss. cap. rogamus 24. quaestio. prima, gloss. cap. Cum & plantare & tex. cap. Cum capella*

de priuileg. Brixien. in reper. verb. an exempto monasterio ex quo Ecclesia principalis eximi potest retēta in potestate Capella & è cōtra d. l. liberorum Brixien. in reper. verb. exemptio col. 6. Ideoque debent exempti conueniri ratione membrorum coram Episcopo non vero si conueniretur nomine monasterij vel rei exemptæ *Abb. d. c. cum capella Vbald. de Canonica portione cap. 4. qu. 8. & 9. Abb. ca. conquerente num. 1. vers. Item nota quod officio ordinarij late Innoc. d. ca. ex ore qua de re aliquid est supra casu 23.*

Sexagesimus quartus in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum Clerici sæculares aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti etiam si certum iudicem a Sede Apostolica deputatum in partibus habeant in alijs vero si ipsum iudicem non habuerint coram locorum ordinarijs tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis conueniri & iure medio ad soluendum debitum cogi & compelli possunt non obstantibus exemptionibus *Concil. Trident. sess. 7. cap. 14. de reform. & sess. 14. cap. 5. de reform. Nauarr. tract. de regularibus tom. 1. comment. 2. incip. nunc quoad iudici num. 63. & seqq. vers. addo secundo & vers. addo tertio fol. 48. vbi id explicat. & vide infra nu. 105. quod autem dictio & in textu Concilij Trid. stet diuinitine non verò copulatiue tradit Menochius lib. 3. pres. 90. n. 9 per l. cum quidam C. de verb. signific. Sed Leodij in prædictis causis exempti coram ordinario non conueniuntur aut si conueniantur, ad suum iudicem cui subsunt remittuntur quod Concilium Trident. quoad derogationem exemptionum non sit receptum attemptatione Clerici missa contra illius publicationem factam per Episcopum Vercellensem S. Sedis legatum, qua de re latius lib. 1. quaest. 50. Nec inde dicendum est esse reiectum sed suspensum donec sit receptum *Nauar. conf. 1. numer. 29. de Rescript.**

Sexagesimus quintus tenentur quicumque curam animarum habent diebus Dominicis & festis solemnibus per se aut si legitime impediti fuerint per aliū plebē sibi commissam pascere salutaribus verbis docendo vitia quæ declinare oportet & virtutes complectendas non obstante quacunque exemptione etiam si Ecclesiæ dicerentur annexæ alicui monasterio extra diocesim existenti modo tamen re ipsa sint in diocesi *tex. cap. 2. sess. 5. de reform. in Concil. Trident. s. min. Paris. tract. de resig. benef. lib. 3. quaest. 11. num. 8.*

Sexagesimus sextus in certis casibus puniri & corrigi possunt ab ordinario non obstante exemptione *Conc. Trid. sess. 6. cap. 3. & 4. de reform. cap. 1. cap. 4. sess. 13. sess. 14. c. 4. & 5. de reform. & sess. 25. c. 6. Flam. d. quaest. 11. nu. 8. vers. secundo per quæ S. Concilij decreta iurisdictiono tribuitur quoad visitationes correctiones, & emendationes, vt nullæ exemptiones consuetudines, iuramenta aut concordia eam auertere aut impedire possint, obseruata saltem in dictis decretis forma præscripta, idque non tantum Apostolica sed vt videretur ordinaria etiam potestate. Nam dictio etiam in decreto sess. 6. cap. 4. in fin. addita est augmentatiua, ampliacionem & extensionem*



denotans l. actionis l. alienationis de verb. sig. Paul. Paris. cons. 144. n. 5. vol. 4. ac maiora expressis diuersamque speciem includens etiam in materia stricta & odiosa multo magis in materia fauorabili & per quam fit reditus ad ius commune, vt recte notat doctiss. Vamecius consil. 62. de iudic. & foro compet. n. 6.

- 73 Sexagesimus septimus exempti subduntur vt presentati admitti non possint nisi prauo examine *Conc. Trid. d. sess. 7. ca. 13.*
- 74 Sexagesimus octauus subiiciuntur approbationi ad beneficia curata per concursum *Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de refor. Flamin. vbi supra vers. quinto.*
- 75 Sexagesimus nonus nonasteria etiam commendata Prioratus & Preposituræ in quibus nõ viget regularis obseruantia visitari possunt in annos singulos *Conc. Trid. sess. 21. cap. 8.*
- 76 Septuagesimus data negligentia superiorum illius regulæ subiiciuntur post monitionem *d. c. 8. sess. 21.*
- 77 Septuagesimus primus item hospitalia laicorum etiam exempta subiiciuntur visitationi Episcopi *sess. 22. ca. 8. vide infra casu 88.*
- 78 Septuagesimus secundus quoad collatione ordinu dixi infra li. 4. qu. 11. & sup. casu 11.
- 79 Septuagesimus tertius debent venire ad Synodum dixi infra li. 4. q. 19. limitat. 2.
- 80 Septuagesimus quartus subiiciuntur excepti in causis matrimonialibus & criminalibus *Conc. Trid. c. 20. §. ad hoc sess. 24. nisi habeant iurisdictionem priuatue ad Episcopos vel immemoriam pro se consuetudinem vt censuit Sacra congregatio ad illum textum ita Flaminus d. c. 11. vers. duodecimo.*
- 81 Septuagesimus quintus subiiciuntur quoad clausuram sanctorum vbi violata fuerit restituendam & vbi iniolata fuerit conseruandam *Conc. Trid. c. 5. sess. 25. de regular. dixi supra casu 10.*
- 82 Septuagesimus sextus subiiciuntur quoad confessiones obeundas nepe vt nõ obstante Clem. dudum de sepult. non exponant se audiendis confessionibus nisi ab Episc. sint iudicati idonei *sess. 23. c. 15. Flam. vbi supra vers. 14. qua de re vbi supra li. 4. q. 77.*
- 83 Septuagesimus septimus quoad prædicationes *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. de refor.*
- 84 Septuagesimus octauus quia præmemorata exceptionis excitare conuenerunt perturbationes in iurisdictione Episc. & præbere exceptis occasionem laxioris vitæ quæ teste Baronio plurimum obfuerunt Ecclesiasticæ disciplinæ ideoque plurimum displicuerunt sancto Bernardo vt liquet ex plurimis eius Epistolis Raron. in *Anna. ib. Eccl. hist. 10. 8. sub anno 676. Pontifi. c. Ad edatoful. 517. late Durand. t. 1. ad h. modo Concil. gener. par. 1. Rubr. 4. nu. 15. & seq. Concil. Trid. cap. 11. sess. 3. 2. de refor. Flam. in d. cap. 11. n. 5. Ideo sacrum Concil. Trid. non obstantibus quibus unque plenè tribuit auctoritatem Episcopis tanquam Apostolicæ Sedis delegatis super exemptos & sic super acolitos, Comites Palatinos Prothonotarios Cappellanos regios & similes *Flam. d. numer. 5. scilicet vt cognoscere possint & indicare de quibuscu-**

buscunque clericorum etiam exemptorum criminibus præueniendo nimirum iurisdictionem exemptorum, non vero impediendo *eleg. Boetius Epo. cap. relatum nu. 8. ne clerici vel Monachi.*

Septuagesimus nonus Punit exemptos qui excedunt numerum campanarum eis statutum à regula vel à iure vt sunt mendicantes qui debent contenti esse vnica campana quod tamen fallit in Prædicatoribus *cap. quo cunctos de offic. custod. in extrauag. ita Dom. de S. gem. cons. 72. in sup. qui punctus n. 10. Abb. expresse ca. patentibus super glo. 2. de priuileg. tex. cap. nimis iniqua de excess. pralat. Alber. in dictionario verb. Campana Oldra cons. 228. Ratio est quia effectus dicitur porrigi extra locum exemptum vt dictum est supra casu 54. Abb. c. cum in er. n. 3. cum add. de consuet.*

Octuagesimus Coercet exemptos exercentes illicitas negotiationes in locis non exempti *no 2 in Clem. 1. de vita & honest. Cleric. vbi Card. in q. 2. Io. de Anan. ca. ad abolendam col. 7. circa med. de hereticis.*

Octuagesimus primus cogit exemptos presentantes aliquem ad aliquam curam vt ei assignent congruam portionem iuxta *Clem. 1. de iure patr. ca. 1. de prab. in 6. ca. de Monachis extra eod.*

Et si contingat, ab assignatione portionis appellari ordinarius eiusmodi appellationi per exemptos interposita non deferret sed poterit ad vteriora procedere ex quo eiusmodi assignatio relinquatur conscientiæ ordinarij *lo. de Im. la. c. Canonum statuta col. 7. circa medium de constit. Card. d. Clem. 1. vbi glo. Bellam. dec. 18.*

Octuagesimus secundus exempti seu sæculares seu religiosi puniuntur qui tempore interdicti in casibus prohibitis sepeliunt seu admittunt ad sepulturam Vfurarios interdictos aut excommunicatos non enim absolui possunt nisi satisfecerint eis quibus iniuria est illata idque ad arbitrium diocesani *tex. Clem. 1. de sepult. ca. cum & plantare §. excommunicatos de priuileg. Abb. c. sacris num. 7. de sepult. Maxime quando delictum est notorium potest enim ordinarius tunc declarare illos excommunicatos idque vt vitentur à suis vt supra dictum est casu 61. in notorijs enim ordo iudicialis non requiritur *Franc. c. Episcoporum de priuileg. in 6. In taxenda autem inuria seruare oportet praxim illatam à Bellamera decif. 722. dicente attendendas circumstantias omnes loci & personarum ac tum regulato arbitrio taxari debet summa intra quam pars iniuriati iurare poterit arg. l. sed & si vnus §. seruus ff. de iniurijs l. iniuriarum estimatio ff. de iniurijs c. olim ex. eod. c. si Canonici de offic. ord. in 6. vbi glo. verb. in damnis in terminis Rom. cons. 97. Ang. cons. 95. n. 52.**

Poterit autem eiusmodi exemptis deferentibus ad loca sua exempta corpora ad sepulturam si transeant per diocesim Episcopi impune etiam via facti resisti non autem postquam peruenerint in locum exemptum *Rald. cons. 270. par. 4. c. cum liberum & Abb. d. c. sacris num. 7. de sepulturis arg. l. fin. C. de sep. violato.*

Octuagesimus tertius si exempti interficiant in loco non exempto clandestinè



desponsationi, uti nominatim tradidit præpositus *cap. cum inhibito col. pen. vers. 4. quæro ubi* & *Hofst. de cland. despons.*

94 Octuagesimus quartus declarantur regulariter exempti excommunicati qui admittunt sine licentia subditos ordinarij ad solemnisationem matrimonij *Clement. 1. de priuileg.*

Octuagesimus quintus item qui absoluunt ab excommunicationibus Synodalibus *d. Clem. 1. de priuileg.*

Octuagesimus sextus similiter religiosi exempti qui ministrant Parochianis sine licentia sacram Eucharistiam vel vnctionem extremam *d. Clem. 1. de priuileg.*

95 Notandum tamen quod ante denunciationem seu publicationem excommunicationis huiusce ordinarius summariè se informare debet parte citata per auditionem tertium, &c. *glo. Clem. multorum verb. constiterit de pœnis glo. Clem. presenti de censib. Cardin. d. Clem. 1. Fel. cap. non potest nu. 3. de re iudic.* Isto enim in articulo exempti nudati sunt suo privilegio ac subiecti ordinario *arg. l. 2 ff. de iuris. om. iud. c. prudentiam cap. prater ea de offic. deleg.*

96 Octuagesimus septimus quando quæstores ingerunt se indulgentijs promulgandis aut prædicationibus sine literis Papæ vel ordinarij *tex. Clem. unica §. fin. de pœnitent. de quibus Spec. tit. de pœnitent. qui quidè iam dispositione Conc. Trid. prorsus sublatis sunt sess. 21. cap. 9. proinde ordinarius non obstante qualicunque exemptione poterit eos incarcerare excommunicare & castigare prout expedire fuerit arbitratus Barth. l. fin. ff. ubi pupil. educari deb. Innoc. & Abb. c. ex literis de constit. 1. mel. & Anania c. inquisitionis in pr. de recusat. latissime Nauarr. de oration. Miscellaneo 18. c. 22.*

79 Octuagesimus octauus animaduertit in rectores Hospitalium Leprosariorum Eleemosynariorum aut Xenochiorum qui negligunt seu non versantur ut oportet in administratione nõ obstante quacunque exemptione *tex. Clem. quia contingit de relig. Dom. ubi Card. facit rex. c. si quis omnem 1. quæst. 7. Cyn. l. Orphanotrophos C. de Episc. & Cleric. Auth. de sanctiss. Episcopis § Oeconomus Collat. 9. Felin. cap. de quarta de præscript. vide supra casu 71.*

98 Octuagesimus nonus cognoscit Episcopus contra exemptos in omnibus criminibus actualem seu solemnem degradationem requirentibus *10 de Liguano cap. ne in agro de statu man. Abb. cap. cum contingat col. 6. circa med. de foro compet. ut sunt inter cæteros falsarij literarum Papæ cap. ad falsariorum de crimine falsi & ibi late Innoc. Hofst. Abb. Episcopi enim est degradare non alterius inferioris cap. degradatio de pœnis in 6. ubi DD.*

99 Nonagesimus punit religiosos qui sibi Episcopalia arrogat, & declarat Ecclesias in quibus exercuerunt interdictas *c. cum & plantare §. de confratribus vers. quod autem de priuileg. ubi glo. verbo priuilegiorum ubi Abb.*

100 Nonagesimus primus animaduertit in exemptos qui beneficia ad suam collationem

tionem spectantia grauant præstationibus seu pensionibus illicitis *tex. Clem. unica §. eadem quoque de suppl. negli. prælat. Innoc. & Hofst. c. in Lateranensi de præbend. c. Pastoralis de priuileg. late Card. d. Clem. unica.*

Nonagesimus secundus erigit tribunal in loco exempto in casu Clemētinae *102 cæ de foro competenti qua de re tufius dictum est supra lib. 2. ca. 1.*

Nonagesimus tertius exempti possunt celebrare in locis prophanis cum altari viatico & subditi Episcopi audire Diuina in locis exemptis sine consensu ordinarij *late Barbatia cons. 52. vol. 1. tex. cap. in his ubi Abb. & DD. de priuileg.*

Nonagesimus quartus Citatus ad recognoscendum propriam scripturam non potest prætextu exemptionis iurisdictionem ordinarij de linare *arg. cap. 1. §. fin. de foro compet. in 6. late Rebuffus ad ordin. regias tomo 1. de Chyroglyphor recognitione art. 1. num. 31 32 33 34. Ratio est quia incompetencia quoad scripturæ recognitionem allegari non potest eleganter 10. Lucius placit. curia lib. 11. tit. 4. artic. 6. fol. 229. eo quod (inquit Rebuffus) non præiudicetur aliquo modo recognoscenti cum non condemnatur ad garniendum ab illo iudice sed ad suum forum remittitur, prodest tamen illa recognitio ut postea scripturam recognitam coram suo iudice negare non possit hinc quando fiunt contractus quorum probatio ex consuetudine fit per sigilla iudicum sæcularium tales literæ sigillatæ ita probant contractum coram iudice competenti contra clericos sicut contra laicos 10. Andr. & Perus. ca. saculares de foro compet. in 6. DD. c. at si clerici extra eodem quod verum est quando iudex sæcularis competens est contra clericos alias secus iuxta opinionem Franci. d. cap. saculares num. 1. & 5. uti in ea specie exemptorum qui iurisdictionem ordinarij prorogare non possunt & quorum confessio coram ordinario emissa nõ præiudicat supra notauimus eod. lib. 94. 31.*

Nonagesimus quintus exempti conueniri possunt coram ordinario pro salario causæ agitate coram ipso tum propter continentiam & connexitatem causæ de quo satis est a nobis dictum supra lib. 1. quæst. 26 per tot. ratione cuius Gaillius censuit Salaris aduocatorum & procuratorum in Camera peti posse *Gaill. lib. 1. obs. 1. numer. 37. Mindanus de continentia causæ ca. 5 n. 11 fol. 79. Tum quod ita nouissimè Concilium Trident. diffiniuerit dixi ead. quæst. num. 71. licet aduersari videatur dispositioni Innocent. 4. statuentis aliam esse rationem causæ principalis, aliam salarij cap. 1. §. nec etiam foro comp. in 6. Specul. de salario aduocatorum nu. 19. Utium vero copula & in verbis Concilij Tridentini mercedum & miserabilium personarum copulet aut disiungat vide Nauarrum tom. 1. de Regulariis comment. 4. n. 62 vers. in qua Aletius & DD. l. jape ff. de verb. significat. & supra hoc eodem cap. 71.*

Nonagesimus sextus ordinarius punire poterit exemptos ratione iudicialis iniuriæ sibi illatæ in casibus quibus est eorū iudex competens per tota Gaillij lib. 1. obs. 39. vide Imbert. instit. Forens. lib. 1. ca. 24. in glo. verb. contumeliam p. r. cap. dilecto de



*sent. excom. in 6. l. si quis forte §. si quis ubi Barth. ff. de pœnis Boer. ad consuet. Bituricens. tit. 2. §. 21. glo. 2. idque secundum distinctionem quam supra notauimus eod. lib. q. 35. n. 3. vers. quæ tamen.*

108 Nonagesimus septimus exempti subiecti Romano Pontifici iurant soli Papæ ca. antiquo de priuilegiis cap. ego de iureiurando Guymet. ad pragmat. sanctionem tit. de electionibus §. censuit in glo. verb. iuramentum alioquin enim clerici beneficiati non exempti iurant obedientiam & reuerentiam Episcopo diocesano ca. tegebatur ca. cum in Ecclesiis de maiorit. & obed. cap. cum clerici de verb. signific. Idem etiam constitutum est in Abbatibus non exemptis cap. nullus de iureiurando cap. quamquam dist. 23. cap. ne Dei de Simonia. Item in Episcopis non exemptis qui iuramentum præstare debent suo Metropolitanis cap. dilecti de maior. & obed. Guymet. d. glo. in verb. iuramentum.

109 Nonagesimus octauus exempti non semper cogi possunt ut intersint processionibus videlicet si processionibus instituantur ex leui causa idque ut quietius intendere possint animum diuinis cap. nimis praua ubi DD. de excessib. prælat. secus vero si ex graui causa institueretur processio puta in nouo introitu Episcopi vel legati, quæ debet fieri honorificè sicut Christus intrauit in Hierusalem Spec. tit. de legato §. 1. aut imminente peste vel pro pace tunc enim possunt omnes religiosi exempti compelli venire nam rogare Deum pro salute populi eo casu omnium interest cap. rogationes dist. 3. de consecrat. cap. reuertimini 16. quest. 1. cap. peruenit de immunit. Eccles. cap. quod omnes de reg. iuris in 6. Bald. l. fin. C. de bonis que liberis ubi dicit quod Episcopo intranti ciuitatem debet obuiare collegium Monachorū processionaliter Guymet. ad pragmat. sanctionem tit. quo tempore quis debeat esse in choro §. idem in h. in glo. verb. processionibus.

111 Nonagesimus nonus Episcopus potest examinare Cappellanos exemptos Canonicos & habentes dignitatem volentes exercere curam eisdemq; inhibere ne curam exercent aut sacramenta administrent absque sua approbatione sacra congr. quam refert Nauarr. conf. 3. in fin. de priuilegiis adde infra lib. 4. quest. 77.

112 Centesimus exemptio simplex siue realis à iurisdictione Episcopi non videtur eximere à casibus Episcopo reseruatis Nauarrus conf. 4. ubi vide explanationem de priuilegiis.

113 Centesimus primus Abbates exempti conferre possunt suis tonsuram & inferiores ordines secus vero maiores seu sacros ordines Nauarr. conf. 14. n. 5. de priuilegiis ratio est quia id eis iure communi conceditur cum contingat de atate & qualitat. Conciliumque Trid. c. 12. sess. 23. de refor. non derogat iuri si enim bene perpendatur intelligitur de solis ordinibus sacris per subauditos autem sensus & intellectus nõ debet an. qui iura corrigi. gl. solemnis c. cupientes §. quod si per viginti de elect. in 6. presertim quando non est tanta ratio in casu legis corrigendæ quanta in casu legis nouæ corrigentis

rigentis not. DD. Auth. quas actiones C. de sacros. Eccles. Nauarr. d. conf. 14. in fine.

Centesimus secundus. subditi ordinarij siue delinquant in diocesi ordinarij siue extra diocesim aut in loco exempto possunt ratione delicti commissi in loco exempto conueniri coram ordinario Io. Andr. cap. ut animarum de cons. in 6. Io. de Lignano Clem. Pastoralis de re iud. Andr. Sicul. in c. cum contingat. col. 5. de foro compet. late Francus d. c. ut animarum §. statuto & Abb. d. cap. cum contingat nu. 6. ubi respondet ad ca. ut animarum quod videtur huic sententiæ aduersari refertque Io. Andr. post Gedofr. in add. ad Spec. tenentè quod hæc sententia procedat quando proceditur per viam accusationis secus si per viam inquisitionis quia tunc iudex agit ad vindictam & sua non interest ex quo non delinquit in suo territorio & hoc attento iure ciuili secundū vero iura Canonica vtraq; via iudex procedere poterit Abb. conf. 64. vol. 1. incip. Rodolphus n. 1. idem in d. c. cum contingat col. 2. vide Sandinum in tract. malefic. in fine ubi id disputatur ubi concludit quod iudex Domicilij non potest procedere per inquisitionem contra delinquentem propter delictum alibi commissum & in fine col. dicit quod aliud obtineat de iure Canonico tamen hoc procedit de iure ciuili addo Hippol. in pract. crim. §. constant col. 14. ubi utrinque disputat concluditque quod iudex originis non possit inquirere. Illud autem hic non est omittendum forum Domicilij esse generalius et ijs omnibus Ang. conf. 40. col. 2. signalius lopez. in pract. crim. cap. 9. num. 1. Vide Card. Anton. & Abb. d. cap. cum contingat qui concludunt quod iudex Domicilij potest cognoscere de delictis suorum clericorum etiã alibi commissis Io. Caldeo rep. ca. de illis de raptor. col. 6. quest. 6. qui respondet ad fundamenta contraria vide Barth. l. relocatorum §. interdicere ff. de interd. & relig. Abb. cap. fin. col. 13. de foro compet. lopez. d. cap. 9. ubi late hæc refert quasi ad verbum. Ratio conclusionis est quia ubi ego te inuenio ibi ego te iudico. glo. in l. 1. in verb. reperiuntur ubi Castr. C. ubi de crimine Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quest. 39. vers. sed quero Boer. dec. 202. Louys Charondas tit. 4. arrest 35. raporte par dures en son alliance §. 62. col. 1. cap. 3. fol. 133. vide Abbatem cap. fin. sub finem de clerico peregrino in cap. 1. num. 8. & 9. quem vide de raptoribus. Ratio secunda est quia in simili decisum est si crimen committatur extra territorium excommunicantis si Reus postea conueniatur intra territorium coram suo Prælato poterit ab eodem puniri ut si quis Venetus furtum Bononię fecerit si subditus ille Venetijs reuertatur poterit à Patriarcha Veneto puniri ut communis opinio docet & praxis quotidiana obseruat sic Sotus 4. dist. 22. quest. 2. art. 1. concl. 1. vers. respondetur ergo Henricus lib. 13. de excommunicat. cap. 26. §. 1. & 2. Sayrus in Thesouro Theol. moralis par. 1. lib. 1. cap. 6. n. 42. & si Neapolitanus ibi furtum committat qui postea fugit Beneuentum si talis delinquens ante abitum ab Archiepiscopo Neapoli citetur aut Neapoli Domiciliū habet ab eodem extra eius territorium excommunicabitur si sententiam in eum fecerit Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 1. concl. 1. Henricus d. §. 2. Abb. cap. fin. de foro compet. num. 7.



num. 7. 8. & 9. qui tamen putat necesse vt delinquens citetur vel vt domicilium habeat Sayrus d. c. 6. n. 43. qua de re vide qua latius scribit Tho. Grammat. decis. 26. Berof. q. 89. & late Farinaceus li. 1. q. 17. n. 19. & seqq.

115 Centesimus tertius, profert Flaminius Parisius tract. de resig. benef. par. 1. qu. 10. nu. 43. lib. 1. his verbis: Episcopi residentes gaudent prerogatiua vt possint in quibuscunque ciuilibus & criminalibus & mixtis causis contra quoscunque clericos exemptos etiam si sint regulares extra tamen claustra degentes procedere Pius 4. in constitut. 17. incipiente de salute gregis, §. & insuper edita anno 1566. Concil. Trid. cap. 4. sess. 24. & cap. 3. sess. 6. de reform. ca. 14. sess. 25. de regularibus, Dixi extra claustra degentes quia secus si intra claustra degant, tunc enim ne quidem delegata autoritate aduersus eos procedere potest vt interpretando Conc. Trid. elegantissime explicat Boetius Eponis Libro 5. ad tit. ne Clerici vel Monachi cap. 7. ad verb. ideot Mandamus num. 9. fol. 83.

116 Centesimus quartus exempti gaudent indulgentijs Episcopalibus dicam infra lib. 4. quest. 58.

117 Centesimus sextus licet dispositione iuris communis officialis aut iudex punire possit suos Curialistas Curiae suae statutis contrauenientes, aut in officio suo vel coram se pro tribunali delinquentes Stephan. Aufre. de potest. Ecclesiast. supra laicos n. 19. Id tamen non procedit priuilegio Iulij Pontificis in venerabili Curia Leodiensi si Curialista delinquens sit exemptus quod quidem priuilegium est in Archiuis Cleri Secularij.

118 Centesimus septimus casus, licet exemptus extraneorum iure cenferi supra dixerimus lib. 1. quest. 46. num. 2. & lib. 2. quest. 19. nu. 4. attamen traditum est ordinariū plus sibi iuris vindicare in exemptos, quam in penitus extraneos. Rota nouiss. decis. 702. num. 4. par. 1. exemptum enim esse & nullius iurisdictionis plurimum differant Rot. nouiss. decis. 207. nu. 2. par. 2.

119 Centesimus octauus. Cum Episcopo certis in casibus conceditur iurisdictione in loca exempta, potest ijs in locis officialem deputare iurisdictionemque exercere Rota nouiss. decis. 145. num. 1. & 2. part. 2. allegat. Io. Monachum cap. cum Episcopus n. 3. vers. sed pone de offic. ord. in 6.

120 Centesimus nonus Episcopus de iure communi tam in ciuilibus quam criminalibus habet iurisdictionem contra Abbates & correctionem in regulares vt ostendit late Rot. Nouiss. decis. 78. per tot. par. 1. explicans dispositionem Concilij Tridentini in cap. 2. sess. 24. quod & supra ostendimus. Idque nisi exempti sint & intra claustra degant vt eleganter explicans Concil. Trident. tradit Boetius Eponis cap. relatum n. 8. ne Clerici vel Monach.

121 Centesimus decimus. Exemptus locus largo modo & improprie constituit territorium de per se Rot. Nouiss. decis. 207. num. 4. part. 2. Roland. conf. 33. par. 3. Franc. c. 2. nu. 10. ubi & Anchar. de constit.

Centesimus vndecimus Episcopus potest excommunicare & suspendere exemptos impediētes reuocationem coniugis e monasterio exempto si iste coniunx valide non fuerit professus, puta sine licentia alterius coniugis, vel illius in saeculo manentis nullum sit votum continentiae, aut saltem sit temporale, nisi tamen exempti priuilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, quale habent mendicantes vt constat ex eorum compendio verbo Exemptio num. 9. 23. & 24. & Societas Iesu, vt constat ex Bulla Pauli III. ipsi concessa anno 1549. & ita in terminis resoluit Tho. Sanchez eiusdem Societatis Doctor eximius tract. de Matrimonio lib. 7. disput. 33. num. 21. & 23. & ratio est, quod in propofita specie non agatur de religionis priuilegijs aut de statu Regularium, sed de matrimonij instauratione coniugisque reuocatione, qui minus legitime sit professus, quod ordinarij propriū est cap. 1. de conuers. coniug. Denique, quia ordinario competit omnimoda iurisdictione contra extraneos & exemptos impediētes suam iurisdictionem, Innoc. in c. dilectus in fin. de Penit. Steph. Aufre. tract. de potestate seculari super Ecclesiast. pers. n. 23.

Centesimus duodecimus, conuerrere in distributiones quotidianas tertiam partem fructuum etiam dignitatum Canonicatum personatum, portionum & officiorum Cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum, in quibus nullae sunt distributiones, aut ita tenues vt veri similiter negligentur Concil. Trident. sess. 21. & 22. cap. 3.

Centesimus decimustertius, Praescribere dignitatibus personalibus & officijs Cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum competens seruitium ab eis personaliter adimplendum pro distributionibus lucrands d. cap. 3. sess. 23.

Centesimus decimus quartus. Nouas parochias erigere & in erectis ministrorum numerum prout opus fuerit augere sess. 21. c. 4. & vniones facere d. sess. c. 5. illasque, quae 50. annis citra factae sunt reuidere & examinare sess. 7. c. 6.

Centesimus decimus quintus, Coadiutores dare Parochis minus idoneis sess. 21. cap. 6.

Centesimus decimus sextus, Transferre beneficia & Ecclesiarum refectionem procurare sess. d. 21. c. 6. Adhibui dictum sapienti sat est, inquit, Terentius.

Atque isti sunt casus, quos ex varijs SS. Pontificum constitutionibus & ex multa auctorum segete in vnum veluti fascem concinnaui quibus sic collatis occurrit constitutio S. D. N. Clementis VIII. super executione decreti Concilij Trid. d. sess. 25. cap. 14. contra Regulares non subditos Episcopo intra claustra degentes & extra ea ita notorie delinquentes vt populo scandalo sint, ac contra eorum superiores eos punire negligentes aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transfirrentes vel transmissos ad locum in quo deliquerunt non reuocantes Romae publicata anno 1596. Martij 18. incip. suscepti muneris ratio postulat, quam refert Stephanus Quaranta in Summa Bullarj, in verbo Exemptio fol. 245. pro cuius illu-



Illustratione non parum conferunt scholia quæ composuimus in constitutionem S. D. N. Leonis 10. editam in Conc. Later. anno 1516. incip. Regimine.

### Q V Æ S T I O XXXVI.

An vigore Cameralis obligationis exemptus possit conueniri coram ordinario.

#### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Diffinitio Cameralis obligationis.                                  | sent.  |
| 2. Diuisio.  |  |
| 3. 8 Vigore Cameralis obligationis exempti non subijciuntur ordinario. | 6. Item nisi specialis rescripto subijcerentur.              |
| 4. 9. Clerici vigore illius non possunt conueniri coram ordinario.     | 7. Aut conuenirentur coram Auditore Camera.                  |
| 5. 10. Secus in exemptis qui prorogare possunt.                        | 10. Rota non est competens in causis Patrum Societatis Iesu. |

1 **C**ameralis obligatio nil aliud est quam formalis quædam ex varijs cautionibus iuridicis diuturno Curie Romanæ vsu composita quæ contractuum instrumentis adiecta efficit vt cessatores facilius per iudicem compelli possint ad præstandum promissa.

2 Diuiditur autem, teste Massa Galezio in suo quem de illa speciali tractatu edidit in sex partes, quarum secunda continet submissionem debitoris omni iurisdictioni & cuius Curie tam Ecclesiasticæ quam sæcularis. Vnde hic facta est occasio inquirendi, Vtrum vigore eiusmodi submissionis exemptus vocari possit coram ordinario. Massa quidem in suo hoc tractatu omnis generis ad hanc formulam spectantes quæstiones in medium ponit & curiose examinat, at verò hanc ne tangit quidem igitur vt accingam me ad solutionem propositæ quæstionis.

3 Mihi visa est opinio negatiua amplectenda multis ex causis & auctoritatibus. Imprimis quidè ex analogia quæ frequenter supra diximus esse inter clericos & exemptos ratione fori: siquidè virtute eiusmodi submissionis clericus conueniri non potest coram iudice sæculari nedum Ecclesiasticorum bonorū causa, sed nec etiã temporalium seu patrimonialium *decif. Tholos 126. vbi Auf. ex. Massa ad formul. Camer. oblig. se unde partis quæst. 1. num. 1. ergo nec exemptus coram ordinario Fel. But. & DD. allegati supra lib. 1. quæst. 4. 5. num. 5.*

4 Præterea Clerici non possunt vigore eiusdè obligationis conueniri coram alieno Episcopo seu ordinario: quippè quod illum prorogare non possunt sine consensu proprii ordinarij *cap. si diligenti de foro compet. Massa d. parte 2. quæst. 1. nu. 6.* Ergo nec exemp-

exemptus, ex quo nec tacite nec expresse ordinarij prorogare possit nisi cū Pontificis aut legati à latere facultate dixi latis supra lib. 2. quæst. 2. & Pontifex enim est diocesanus exemptorum *vide infra quæst. 48.*

Quod tamen limitandum est primo in exemptis qui prorogare possunt & consensu sentire in alienum iudicem *l. si conuenerit ff. de iurisd. om. iud. l. si quis in consensu C. de pact. cap. 1. vbi Dec. & DD. de iudic. notauit supra d. quæst. 7. in fine.*

Limitandum secundo, nisi Pontifex rescripto concedat quod exemptus coram non suo iudice conueniri possit quia iudex is delegatus amplius dici non potest non potest ex quo delegatus est à Papa vel Imperatore qui sunt omnium ordinarij *cap. antiqua de priuileg. glo. & Franc. cap. auctoritate & in hibemus vers. in glos. de priuileg. in 6.*

Limitandum tertio, si exemptus conueniretur coram auditorio Camere quia auditor Camera creatus est à Papa generalis causarum Auditor & inter cetera causarum genera demandatur ei executio obligationum in forma Camere. Vnde tanquam expresse delegatus ad hanc similitudine causarum generalitatem omnibus est iudex competens ex quo sit à Papa delegatus *d. cap. antiqua Albericus in dictionario verb. promittat. saepe debitor & aliquando debitor in fine Massa ad form. Camer. oblig. d. quæst. 1. secundæ partis n. 3 & 4. quod ipsum in hac specie nominatim tradit Octavianus Vestrius insignis Romanæ Curie Practicus lib. 2. sua praxeos ca. 4. nu. 4. & 6. item Ancon. de Amatis decif. 17. n. 1. Dicens non obfistere Auditori declinatoria seu priuilegium fori quoniam eos executione suã etiam protendere in Episcopos quos superiore libro speciali reseruatione diximus immediate sanctæ Sedi esse subiectos*

9. 4. Quod sit, vt remaneat conclusio regularis ordinarios non cognoscere de causa exemptorum vigore Cameralis obligationis: quidpe quod vt dictum est exempti subijcere se non possunt censuris ordinarij adinstar clericorum quibus id sine proprii Episcopi licentia permillum non est Imo etiam vt est communior dictorum sententia adinstar laicorum non enim vigore huius obligationis procedi potest extra Romanam Curiam via excommunicationis & censurarum nisi per proprium obligati siue clerici siue laici Episcopum aut etiam alienum in quem de consensu proprii Episcopi facta sit prorogatio *Massa ad tertiam partem uolum. q. 3. n. 2.* Vnde cum exemptus prorogare nequeat, non mirum si ordinarius ne quidè hoc casu iurisdictionem suam in exemptos extendere non possit. Quod tamen vt limitatione prima dictum est, intelligendum venit de exemptis Papæ immediate subiectis qui prorogare non possunt alioquin enim in eo genere exemptorum qui prorogare possunt, nihil impedit quo minus ordinarius iurisdictionem exerceat vt tenet Felinus & alij *cap. P. & S. num. 13. de offic. deleg. & in repert. verb. exemptus ab ordinario fol. 53.*

Porro, quod dixi Rotæ auditorium iurisdictionem habere in exemptos, limitandum est nisi speciali exemptionis priuilegio aliter dispositum sit, vt de patribus Societatis Iesu eleganter refertur Antonius de Amatis *decif. 17. num. 1. & seqq.*



## QVÆSTIO XXXVII.

Collegia siue capitula an iurisdictionem habeant in capitulares.

## SVMMARIVM.

1. Par in parem non habet imperium.
2. Capitula habent iurisdictionem in capitulares.
3. Requiritur tamen quedam necessaria.
4. Capitula possunt ratione simplicis contumacia suspendere Canonicum, & priuare fructibus, imo etiam si opus sit excommunicare.
5. An hac iurisdictione competat accumulatiue vel priuatiue.
6. Quid de Decanis.
7. Decani habent iurisdictionem quasi ordinariam.
8. De consuetudine Francia Decani exercent iurisdictionem in capitulares.
9. Electus a Collegio exercet iurisdictionem in collegas.
10. Decani dicuntur praelati.
11. Apud Leodienses Decani coercionem cumulatam duntaxat habent in Canonicos.
12. Decretum cleri secundum Leodiensium quoad coercionem exemptorum.
13. Laudatur Leodiensis Civitas a Pietate, religione, cleri frequentia.

**C**ollegium seu Capitulum non habere iurisdictionem in singulos de collegio nisi adsit consuetudo iuri contraria aperte testatur Abbas ca. cum causa nu. 7. de officio deleg. Ratio est quia parem in parem iurisdictionem non habere manifesto iure dispositum est *penult. ff. de arbit. l. nam Magistratus ubi glo. ff. eod.* Ideo delegatus dicitur iurisdictionem exercere non posse in suam collegam & Canonicos citare non posse suos Concanonicos sed tantum rogare vt certo termino adsint *Mandofius tract. de monitorijs quest. 60. nu. 19. & 21.*

Quibustamen non obstantibus dico capitula seu collegia ab Ecclesia approbata iurisdictionem habere & excommunicare posse *Gregor. Sayrus in Theol. Theolog. moralis lib. 1. ca. 6. n. 17.* qua in re tamen plura requiruntur quæ apud Gregor. Sayrum loco iam citato continentur.

Primo vt vocentur omnes facultatem habentes dando suffragium, Secundo vt saltem duæ partes conueniant qui volunt, debent, aut possunt interesse *Abb. cap. cum inter vniuersas num. 9. de elect. cap. cum inter Canonicos num. 6. eod. tit. latus in cap. cum omnes num. 11. 12. 13. de constit.* Tertio vt de censura ferenda simul deliberent & decernant alioquin à collegio factum non censetur, *Abb. cap. grauum. n. 7. de post. pralat. cit. gloss. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersi. glo. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. lusc Felin. d. cap. cum omnes numer. 24. & in cap. dilectus. numer. 6. de Si-*

monia

monia. Quarto vt maior saniorque pars eorum qui conueniunt & facultatem suffragandi habent ad censuram ferendam conueniant maior autem saniorque pars intelligitur respectu habito ad totum collegium congregatum. *Arg. cap. Ecclesia vestra de elect. ubi glo. verb. dirigebant & cap. 3. de his que sunt à maiore parte capituli Abb. cap. quia propter num. 7. & in d. cap. Ecclesia vestra num. 2. & in cap. in genes. in pr. eod. tit. de elect.* Quippe sicut hæc requiruntur vt aliquid validè à collegio explicetur ita etiam vt censura aut iurisdictionis actus decernatur *Sayrus d. cap. 6. n. 17. & seq.*

Vnde his concurrentibus apud Bellameram *conclus. 244.* conclusum est capitula posse ratione simplicis contumacia suspendere Canonicum siue capitularem & suspensi fructus abiudicare & si opus etiam sit excommunicare *Abb. ca. cum contingat. col. 9. de foro compet. Guym. ad pragm. sanct. tit. de concubinis §. quod si in glo. verb. pertinet per c. quanto de offic. ord. Eleganter Mohedanus decis. 2. de foro compet. Paponius arrest. lib. 1. tit. 3. des Chapitres arresto 3. Sayrus d. num. 17. & nouissimè Io. VVamesius *conf. 3. num. 3. 10. 1. per cap. irrefragabili ubi Fel. in pr. de offic. ord. tradidit iure communi leuiorum criminum & excessuum coercionem capitulis permissam esse: vtrum autem accumulatiue an priuatiue hæc iurisdictione competat, latè videri poterunt Doctores in cap. pastoralis cap. irrefragabili de offic. ord. VVames. d. numer. 3.**

Quid autem de Decanis collegiorum an iurisdictionem habeant in collegas, non incongruè hæc disquiri potest. De Decanis (quos in Francia & Hispania eos esse refert Hostiensis *ca. dilecto de appell. qui in consensu & suffragijs alijs præ sunt*) pauca in scripto iure referri censuit *Guym. ad pragm. sanct. tit. quomodo Diuinum officium sic celebrand. §. super his in glo. verb. Decanus.*

Nihilominus tamen cum sint Prælati Ecclesiarum collegiatarum eos iurisdictionem quasi ordinariam habere in singulos de collegio non absque ratione cum Cardinali respondemus *Card. in Clem. 1. §. ne igitur nu. 4. 5. 6. & seq. de celebrat. miss. Guym. d. glo. in verb. Decanus per cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ord. & cap. ex parte de clericis non resid.* Habet enim Decanus curam animarum *ca. dudum 2. de prebend. & cum dignitate cap. super specula ne clericis vel Monachi & ideo sacris interdicit cap. dilecto de appell. excommunicat. c. dilecto de sent. excom. in 6. & consequenter opinione non paucorum iurisdictionem ordinariam habet licet Episcopo inferiorem *glo. ca. cum ab Ecclesiarum de offic. ord. Aforius de iustitia & iure par. 2. cap. 17. lib. 3.**

Ideo censuit Hostiensis in *c. dilecto de appellat.* Decanos Ecclesiarum totius Regni Franciæ iurisdictionem exercere in Capitulares *Guym. d. glo. verb. Decanus à quo dissentire non videtur Panormitanus in d. cap. cum ab Ecclesiarum n. 5. cum Apost. asserens quod electus à collegio vel vniuersitate habet iurisdictionem ordinariam in illos de collegio quod non modo extendit ad omnia collegia Ecclesiastica sed etiam ad secularia, ita tamen vt cum Episcopo in concursu iurisdictionis sui*



uentioni sit locus *Abb. ibid. nu. 9.* nisi eiusdem collegia, vt Leodij sint exempta. Confirmatur, quia Decanatus dicitur Ecclesiastica dignitas quæ non censetur esse sine iurisdictione *Io. de Selua tract. de beneficio par. 5. quest. 2. num. 57. Abbas c. de multa num. 2. de prebendis.* Imò propriè & strictè Decani appellantur prælati *Io. de Selua d. num. 57. late Steaphileus de gratijs & expectatiuis §. transeo nunc ad dignitates vol. 14. fol. 22. Abbas d. num. 21.*

11 Plerisque tamen in locis in quibus ius exemptionum viget Decani habent duntaxat coercionem in Canonicos cumlatiue cum capitulo, vt Leodij, vbi nouissimo cleri secundarij decreto sic statutum est. Decani & capitula & superiores quibus ius corrigendi competit intra octo dies à commisso per aliquem suppositum suum delicto, de illo cognoscant & infra mensem subsequenter, ind. cto ad hoc specialiter capitulo illud puniant seu iusticiam administrent quando ad capitulum spectat correctio, sine vlla conuentione vel collusione: alioqui si infra dies octo non inceperint, vel infra mensem non terminauerint, liberum fisco procedere vel per viam inquisitionis, vel accusationis, prout delicti qualitas exegerit.

Fiscus agere volens non promouebit inquestam nec emittet articulos nisi casum deputatis communicauerit, à quibus vel eorū aliquo ex Inquestæ vel articuli debent admitti, priusquam Fiscus agere possit. Ne autem difficile & tædiosum sit omnium capitulorum deputatis sæpius congregari, deputabunt à Clero quatuor, qui ad singulos casus vnum ex se nominabunt coram quo formetur processus vsque ad sententiam exclusiue. Quo formato acta omnia referentur ad congregationem generalem cleri apud S. Petrum, per omnium Capitulorum tam intraneorum, quam extraneorum deputatos examinanda, ex quibus ante recessum à dicta congregatione S. Petri causa terminabitur.

A sententia vel decreto desuper late non cadet nec admittetur appellatio, sed statim lato decreto Capitulum vel superior delinquentis ex primis & promptioribus eius fructibus multam ad quam facta erit condemnatio ad manus alicuius ad id putandi deponat, ex qua satisfiat Fisco & alijs oneribus necessarijs & si quis causam dederit inquestæ, præter multam delicti condemnetur, arbitrio communium deputatorum in expenti processu.

Ac ne bis super eodem crimine agatur, tenebitur sic correctus infra quindecim dies à lato decreto illius copiam Authenticam vni ex quatuor deputatis supradictis intimare, alioquin hoc termino elapso sibi imputet si fiant vltiores sumptus.

Detecta autem per Congregationem alicuius conuentione vel collusionem notabili, quod scilicet delinquens non fuerit iuxta enormitatem delicti sufficienter per Capitulum aut superiorem suum punitus liberum erit Fisco ad mandatum dictæ congregationis contra eundem delinquentem procedere ad pœnam condignam.

Hactenus decretum cleri secundarij Leodien, de mense Februario 1617. quod ideo

ideo scriptis meis insertum volui tum vt fidem prædictis adstruerem, tum vt palam facerem quanto studio clerus noster qui præ cæteris Europæ nationibus tanto nobilior & spectabilior est, quo iam ab annis octingentis & amplius continuè floruit in fide Apostolica Romana, vnde dicta est legitima sanctæ Romanæ Ecclesiæ filia, & etiamnum floret, dum salutaribus istis scitis studet auitam pietatē & religionē factam testam conseruare. De qua etiam exteræ nationes attestantur, nullum esse in orbe Christiano locum.

*Quo plura emineant templa sacra Deo.*

quod ante annos quadringentos vidit eruditissimus Franciscus Petrarca dum ciuitatem hanc prætergrediens, illud elogium ei reliquit Vidi Leodium insignem clero locum.

Planè insignem vt qui Canonicorum collegia habeat vndecim: Abbatias virorū sex: Prioratus sex: conuentus virorum mendicantium octo: Abbatias Sanctimonialium duas: Conuentus Monialium octo: Sacella publica duodecim: Paroecias triginta duas. Xenodochia quindecim: Begnagia quinque: atque ista omnia in ipsa ciuitate & Suburbijs: nam in diœcesi passim exuberant collegia qua Canonicorū, & Canonissarum, qua Religiosorum qua Virginum Sanctimonialium, vt vere patria ista iam ab antiquo Paradisus Clericorum nuncupetur: idque non tam à copioso censu quo clerus dotatus est, quam ab insigni pietate, qua multifariam commendatur, cum in illa legantur extitisse octoginta quinque; seu viri seu mulieres relati in numerum sanctorum.

### QUESTIO XXXVIII.

Quis sit ordinarius seu diœcesanus exemptorum.

**P**Aucis dicimus quod Papa ne dentur Acephali sine Rege sine capite sicut locustæ *Franc. ca. autoritate §. in hibemus vers. in glossa de priuileg. in 6. cap. nulla ratione dist. 93. Rebuff de priuileg. schol. priuileg. 164. n. 6. Gomefius ad reg. Cancell. de infirmis refug. par. 1. quest. 5. Milis in repert. verb. prescribere nemo potest.* Ideo qui ab Imperatore se exemptos neminem recognoscere asserunt coram Papa iure conueniri poterunt *Fel. cap. nouit. nu. 4. vbi Abb. nu. 26. cum addit de iudic. Fel. cap. Epistola nu. 1. de probat. Abb. cap. grane nu. 1. de offic. ord.*

*Q. V. A.*



## QVÆSTIO XXXIX.

Concesso priuilegio ne exempti ab ordinario excommunicari possint, an saltem coram eodem conueniri seu puniri possint?

## S V M M A R I V M.

1. Conueniri poterunt coram ordinario.  
 2. Secus si simpliciter exemptio concessa sit.  
 3. Quid si excommunicans ignoret exemptionem?  
 4. Priuilegiati ne excommunicentur, tenentur excommunicatos deuotare.

**Q**uestionem hanc mouet Abbas cap. cum capella num. 6. de priuileg. Siquidem nemo dubitauerit quin Papa priuilegium alicui concedere possit ne excommunicetur ab ordinario, *extrauag. frequent. in fin. de indis. 10. Ferant. de priuileg. us tancia priuileg. 6.* Nihilominus tamen eiusmodi priuilegio concessio coram ordinario & conueniri & ab eodem puniri poterit *Caualecan. decs. 31. num. 18. par. 1.* quippe quod unius exclusio sit alterius inclusio *arg. cap. nonne de presumpt. ca. qualis dist. 25.* maxime in hae exemptionum materia qua semper intelligenda est ad literam prout uerba sonant ex quo prauidicent iuri ordinariorum quod est fauorabile, ut supra abunde probatum est *lib. 1. cap. 4. qua de re etiam infra li. 4. q. 13.* quod ipsum inferius discutietur *lib. 4. qu. 14. nu. 8.*

2. Secus autem si quis simpliciter a iurisdictione ordinarij eximatur: tum enim a solo Papa excommunicari poterit nec subsistet excommunicatio cuiusquam alterius seu Episcopus illam tulerit seu legatus *cap. cum ad quorundam & ibi glos. verb. non tenere de excess. pralat. Gregor. Sayrus in Thef. Theol. Moral. li. 1. c. 6. n. 36. & c. 8. n. 7.*  
 3. Quod procedit etiam si excommunicans ignoret exemptionem, licet contrarij in hoc articulo senserit Richard. 4. dist. 18. art. 5. q. 5. Priuilegium enim statim vires assumit atque concessum est quamuis exemptus aut qui censuram fert in cuius prauidicium id concessum est ignoret *Innoc. 4. in ca. 1. §. nec ob stare de concess. prabend. in 6.* Ignorantia enim praelati non obest quo minus priuilegium robor & effectum sortiatur *arg. c. cum dilectus de rel. domib. prout nec illius scientia requiritur ut illud concedatur qua de re propria quaestione breuiter tractauimus li. 2. q. 15.*  
 4. Postremo illud hic addendum est quod eiusmodi priuilegiati ne excommunicari possint nihilominus tenentur denunciatos excommunicatos deuotare *Sayrus q. par. 1. lib. 2. cap. 11. nu. 33. per c. nulli ubi DD. de sent. excom. ca. cum & plantare §. excommunicatos ubi Abb. num. 1. de priuileg. Couarr. cap. aliam a. ex par. 1. nu. 2. de sent. excom. v. supra quaest. 45. numer.*

39. &amp; 52.

QVÆ.

## QVÆSTIO L.

An pro absolutione ab excommunicatione possint se subijcere ordinario?

## S V M M A R I V M.

1. Episcopus absoluit Moniales exemptas.  
 2. Quid si habeant generalem.  
 3. Quid de immediate subiectis Pontifici.  
 4. Absoluit eos qui immediate exempti non sunt.  
 5. Nisi Papa sibi absolutionem reseruasset.  
 6. Legatus non absoluit exemptos.  
 7. Quid in absolutione a sententia legis uel hominis.

**D**E hac quaestione sparsum egimus pro re nata toto hoc opere, nunc eam paucis quibusdam lineis & conclusionibus hoc capite breuiter comprehendam. Prima Episcopus absoluit ab excommunicatione Moniales exemptas ob manus iniectionem *cap. de Monialibus ubi Abb. nu. 5. & Fel. ibid. in fin. de sent. excom. 10. de Lignano tract. de excom. §. 26.* Quod Gregorius Sayrus extendit ad alios regulares ut Praelati accedente consensu a quavis excommunicationis specie absolui possint, ne priuilegia in eorum fauorem inducta in ipsorum incommodum conuertantur *Sayrus in Thef. Theol. mor. par. 1. lib. 7. cap. 7. num. 23.* Qua de re Paulo inferius aptius disquiremus.

Dubium tamen hic incidit quod si Moniales habeant Generalem, quem iura quasi Episcopalia habere supra diximus *lib. 1. qu. 17. nu. 25. & seq. & lib. 4. c. 20.* an absoluendi potestas ei competat? Abbas hanc quaestionem in medium attulit & problematicè disputauit *d. cap. de Monialibus nu. 6.* Cuius suum esto iudicium.

Secunda exempti immediate subiecti Summo Pontifici utrum ordinario subijcere se possent pro absolutione non parua est difficultas. Posse pleno consilio sensit Fredericus Cenensis *conf. 14.* Quem sequitur Cardinalis Sabarella *Clem. 1. §. praedictus nu. de relig. Dom. & tacite sequi uideretur Nauarrus conf. 31. vers. 2. quod qui de poenitent.* hac potissimum ratione, quod si id eis non liceret inductum in fauorem uerteretur in odium quemadmodum inferius in indulgentiarum perceptione notauimus *lib. 4. quaest. 58. num. 5. & 6.*

Veruntamen praualuit opinio Abbatis *cap. significasti nu. 11. vers. his tamen non obstantibus de foro comp. Fel. in c. pastoralis num. 10. de offic. ordin. & aliorum quos superius in huius articuli confirmationem laudauimus lib. 2. q. 7. nu. 12.* Ratio est quia per exemptionem efficitur quis non subditus quia eripitur ab ordinario & subijcitur Papæ *cap. si Papa de priuileg. in 6. cap. pen. de offic. ordin. dixi lib. 1. qu. 1.* A deo ut Episcopus desinat in eum habere potestatem praeterquam in casibus specificè ei refer-

H h

uatis



uatis cap. frater noster 16. q. 1. quos supra ordine recensuimus eod. lib. qu. 45. quo fit vt exemptus non modo condemnari sed ne quidem ab Episcopo absolui possit, tum quod qui condemnare non potest absolvere non potest *l. nemo qui ff. de reg. iur. dixi infra lib. 4. qu. 41. n. 1. in fin.* tum quod exemptis prohibita est prorogatio fori contentiosi vt dictum est late supra lib. eod. qu. 7. Abb. d. cap. significasti nu. 11. vbi Apost. in verb. vt exemptus. Quare non conturbat ratio Federici quia exemptiones non sunt simpliciter concessæ in fauorem exemptorum sed etiam in fauorem sanctæ Sedis cuius diximus interesse vt habeat multos à iurisdictione ordinaria ereptos sibi que immediatè subditos *Clem. pastoralis de re iud. Rebuff. respons. 142. dixi lib. 1. quæst. 1. nu. 17. Abb. d. n. 11. vers. Et per hoc confunditur alia ratio Federici.*

4 Tertia, Exempti mediatè Papæ non subiecti sed cuidam alteri Prælato non modo quoad absolutionem sed quoad omnimodam iurisdictionem ordinario subiecti possunt hoc pacto enim fit reductio ad ius commune quod est fauorabile quemadmodum superius conciliando quandam antinomiam deductum est *lib. 1. q. 4. nu. 12. lib. 2. q. 7. n. 8. vsque ad fin.*

5 Quarta, cum Papa sibi absolutionem referuauit ordinarius indistinctè absolvere non poterit ne quidem suos subditos *cap. nuper de sent. excom. Abb. d. nu. 11. vers. ego hunc articulum dixi supra li. 2. q. 15. n. 11.* Quid autem in exempto excommunicatione non referuata Papæ vide Abbatem *ca. grane nu. 4. de offic. ord. repugnante Frederico de Senis.*

6 Quinta legatus à latere absolvere potest exemptos immediatè Papæ subditos non autem Legatus natus aut missus quod quia supra qu. 2. tractauimus, ne actum agam nolo repetere.

7 Sexta, quid Episcopus? an possit absolvere à sententia legis vel Canonis inter suos subditos? huius non est instituti, videantur Doctores & maxime *Abb. c. pastoralis §. præterea de offic. ord. cap. cum contingat. nu. 33. cum ad ait de foro compet. Fel. cap. cum olim nu. 4. de præscript. S. yrus in Thef. Theol. mor. cap. 1. lib. 4. cap. 17. per tot.*

cap. 1. lib. 4. cap. 17. per tot.

## P A R S T E R T I A.

### Q V A E S T I O P R I M A.

#### Exemptiones an possint reuocari.

#### S V M M A R I V M.

1. Exemptiones reuocari possunt.
2. Papa non potest sibi ligare manus.
3. Aduersus potestatem reuocandi non currit præscriptio.
4. Exemptio concessa ex contractu est irrevocabilis.
5. Quando dicitur transisse in vim contractus.
6. Princeps reuocans exemptiones datas in vim contractus censetur circumuentus.
9. Limitatur nisi superueniat causa.
10. Officiales Cancellaria, habent sua officia titulo oneroso quibus Papa nunquam censetur derogare.
11. Papa ex iusta causa potest recedere à suo pacto.



**D**IVILEGIA, exemptiones, libertates, immunitates reuocari posse regulare est, & apud omnes pro indubitato gloss. cap. decet. de reg. iur. in 6. vbi Franc. nu. 4. l. qui fundat. C. de omni agro desert. lib. 10. cap. ne aliqui de priuileg. ca. vlt. in fin. de sent. excom. in 6. cap. clericus §. non obstantibus vbi gloss. de immunit. Eccles. in 6. Gaill. lib. 2. obs. 60. num. 17. Duabus potissimum ex causis Prior, Quia Papa seu Princeps sibi manus ligare non potest, cap. fin. vbi glos. de Rescr. in 6. ca. Innocent. de elect. gloss. c. fin. de sent. excom. in 6. Fel. in repert. verb. priuilegium an reuocatur fol. 100. col. 2. Altera priori similis. Quia pro eius arbitrio est quotiescunque ei lubet voluntatem reuocandi *l. si quis in pr. ff. de leg. 2. Barth. & Iason l. Imperium ff. de iurisd. om. iud. Nicolaus de Bald. tract. de success. ab intestat. par. 1. in vlt. mod. legit. m. co. 2.* Adeo quidem quod aduersus potestatem ea reuocandi, nulla vnquam præscriptio currere possit *Bald. cap. sicut col. 3. de iur. iur. Iason & Barth. d. l. imperium Restaur. tract. de Imperatore quæst. 55. num. 2.*

Quæ conclusio limitanda primo est si exemptio non staret in vim priuilegij, sed in vim contractus tum enim esset irrevocabilis late *Felin. ca. 1. de probat. Barth. l. omnes populi num. 29. ff. de instit. & iure Innocent. cap. in nostro de iur. iur. Rom. cons. 456. Abb. cons. 51. lib. 2. Alex. in add. ad Barth. l. Caesar. 1. ff. de publican. late Felin. in*



reperit. verb. Princeps obligatur ex contractu fol. 99. col. 2. etiam ex plenitudine potestatis Dec. conf. 151. & 286. Abb. Rom. ubi supra.

- 5 Censetur autem privilegium transiisse in vim contractus multis modis & quidem primo si fuerit concessum non subdito videtur transire in contractum nec videtur reuocari posse nisi ex causa *c. nouit ubi DD. de iudic. Rota Neapol. dec. 361. Monasterium col. 3. in nouis & dec. 393. Rex col. 3. de priuileg. Decius cap. qua in Ecclesiarum nu. 37. de constit. Geminiani conf. 74. attentis col. fin. Restaur. d. quaest. 55. nu. 5. & 6. Gaill. d. obs. 69. nu. fin.* Secundo si fuerit concessum accepto pretio in recompensationem feruitij per viam pacti seu conuentionis *Decius conf. 276. in causa col. 2. Bald. l. qui se patris col. pen. & antep. C. unde liberi Landens. de priuileg. notab. 34. Rot. Neapol. dec. 128.*
- Item si Princeps habuisset aliquam donationem vel aliud commensuratum cum re concessa si enim tunc reuocaret dolum committeret. *Dec. d. conf. 286. col. 3. Idem iuris si privilegium contineret plus gratiæ quam contractus preualet enim præponderatque qualitas contractus ut dicatur potius contractus Dec. d. conf. 286. Fel. late & DD. d. c. nouit. singulariter Aret. c. 1. col. 2. de constit. Castr. l. digna vox col. 2. C. de legib.*
- 6 Quæ adeo vera sunt ut si Princeps his casibus veniret contra suum factum diceretur circumuentus & sui oblitus etiam si rescriberet motu proprio *Bald. d. l. qui se patris Bald. cap. cum olim de re iud. Restaur. de Imper. quest. 114. n. 12.*
- 7 Ratio est quia etiam Princeps contrahendo obligatur ciuilitè & naturaliter *late Fel. cap. 1. col. 3. de probat. & fuse Restaur. ubi supra quest. 116.*
- 8 Idem dicimus si concessum esset in executionem promissorum seu in recompensationem alicui rei facti *late Decius d. conf. 286. Restaur. ubi supra & DD.* Quæ tamen declaranda sunt nisi iusta aliqua causa superueniret reuocandi contractum, tunc enim infringi ac reuocari possit. *Bald. l. fin. ff. de senat. Fel. d. c. 1. n. 6. de probat.* Dicam infra *li. 4. q. 75. in fin.* Princeps enim contractum aut privilegium pretio concessum reuocare potest præsumiturque in dubio facere cum causa ut refert & probat *Nauiar. cap. si quando excep. 29. nu. 10. & 12. de rescript. vt & priuilegium non subdito concessum quod etiam ex causa superueniente infringi potest, nempe si ingratitude aut quæpiam eiusmodi alia iusta causa superueniret Bald. d. l. fin. l. mol. Anton. in cap. cum in col. 4. de constit. per cap. fin. de donat. Fel. d. nu. 6.*
- 10 Ideo dicimus quod cum officiales Cancellariæ habeant sua officia titulo oneroso & in vim pacti, nunquam Papa seu signatura censetur eorum priuilegijs derogare velle *Bald. d. l. qui se patris col. 7. C. v. de liberi Anchor. ca. 1. n. 8. de constit. in 6. Rem. conf. 252. n. 3. Abb. cap. nouit. n. 25. de iudic. l. affred. dec. 225. & 321. Curt. l. un. conf. 174. n. 24. & 33. Mandos de sig. gratiæ lit. Prothonotarij col. 4. vers. idaleri in fine Nauar. d. excep. 20. n. 13. Idq; nisi sublit causa licet enim Papa ex pacto obligetur iusta tamen ex causa à suo pacto recedere eique derogare potest quemadmodum doctè apud Nauarrum probatum est de spl. clerice. §. 18. n. 2. & de lubilao not. 28. nu. 7.*

## QUESTIO II.

An successor reuocare possit exemptionem à prædecessore concessam?

### S V M M A R I V M.

1. Successor an teneatur seruare factum prædecessoris, & n. 4.  
 2. Papa Papam ligare non potest.  
 3. Decet successorem stare decretis & constitutionibus sui prædecessoris.

**Q**uestionis huius decisio pendet ex eis quæ Doctores studiosissime commentantur, dum inquirunt an successor teneatur seruare factum prædecessoris *Bald. l. qui se patris col. pen. C. unde liberi & conf. 276. Rex Roman. lib. 3. Abb. in summa 3. q. principali dubio 5. glo. & DD. c. fin. ne prelati Restaur. tract. de Impe. q. 114. per tot. Abbas conf. 41. col. 1. li. 2. Ferrar. in form. oppon. contra iastrum. §. alijs n. 2. Paucis Papam posse reuocare exemptiones, libertates, priuilegia à suis antecessoribus concessa non est qui dubitet. *Abb. d. conf. 41. DD. infra allegati ad d. qn. 3.**

Ratio est, quia quemadmodum tibi manus ligare non potest, ut præcedenti questione dictum est ita etiam nec Papa Papam ligare potest *c. fin. cum glo. de rescript. in 6. cap. innotuit. de elect. glo. finalis c. fin. de sent. excom. in 6. Nauar. conf. 2. n. 9. qui filij sunt legitimi par. 2. ubi late.* Hæcque indubitata sunt adiecto sensu & auctoritatibus præcedentis quæstionis quibus addo quod licet reuocare possit non tamen telle Romano & alijs facile adducitur ut id faciat decet enim successorem stare decretis sui antecessoris imo tibi ipsi (inquit idem) iniuriam facit cum sanctiones prædecessoris sui abrogat *late Rom. conf. 326. n. 4. per pulohrum textum c. si ea. 25. quest. 2. ca. quod vero 25. q. 2. ca. institutionis eod. ca. iustitia 25. qu. 1. Boer de potest. legati à literen. 55. & seq.* Hac occasione alia possent adferri, qualia an officium alicui concessum possit per successorem reuocari. Quid si concessio antecessoris fuerit irrationabilis? Quid si facta initio creationis: quid si sit realis, personalis aut tendens in præiudicium imperij? Item an successor teneatur stare contraui aut etiam solutioni anticipatæ per prædecessorem quæ omnia fuse tum à Restaura tum ab alijs supra citatis disquiruntur & præter eos alibi etiam à Doctoreibus *ca. 2. de precario l. quamuis ubi DD. ff.*

*de reb. eorum Abb. in sua disputat. sempronius clericus 5. quest. Redoanus late tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*



## Q V A E S T I O III.

Vtrum legatus reuocare possit exemptiones.

## S V M M A R I V M.

1. Non potest reuocare exemptiones.
2. Quia eximere non potest.
3. Legatus non potest statuere contra ius.

**L**icet præcedente libro maximam dixerimus legatorum à latere potestatem autore Boerio tractatu speciali de eis edito non tamen hoc loco eam ei concedimus vt exemptiones à Pontifice concessas reuocare aut quopiam modo immutare possit *glo. cap. pro illorum de prabend. Abb. cap. venerabilem nu. 3. & ca. cum v. vsteri nu. 1. in fine de elect. & cap. nisi specialis de offic. leg. Bartholom. Fumus in aurea armilla verb. priuilegium nu. 13. abb. d. cap. pro illorum nu. 15.*

- Sit hæc vnica ratio, quod is eximere non possit vt late supra probauimus *li. 1. q. 3.*
2. ergo nec exemptiones concessas reuocare *arg. l. nemo qui ff. de reg. iur. l. solent. ff. de offic. proconsul. & leg. l. qui condemnare ff. de re iud. v. quæst. seq. num. 2.* Præterea legatus nihil statuere potest contra ius commune *cap. super his de maior. & obed. Villadiego tract. de leg. part. 1. quæst. 10. nu. 13. v. quæst. seq. nu. 2.* reuocare autem exemptiones à superiore concessis iuri aduersatur ex quo inferior superioris legem tollere non potest. *d. cap. super Villad. d. numer. 13.*

## Q V A E S T I O IV.

An Episcopus possit reuocare exemptiones?

## S V M M A R I V M.

1. Episcopus reuocare non potest exemptiones, nec etiam legatus.
2. Episcopi & legati subsunt constitutionibus.

**D**iximus priore libro Episcopum certis in casibus posse subditos à sua iurisdictione eximere *lib. 1. quæst. 3. vers. verum quia.* Hoc loco emergit, vt rum ijs in casibus exemptiones à se concessas reuocare possit Articulum hanc remissiuè tamen inquiri *Franc. cap. decet nu. 4. vers. quid autem sit de reg. iur. in 6.* Et post eum *Restaur. tract. de imper. quæst. 114. nu. 14.* qui censuit reuocare non posse *per gloss. in cap. cum ex eo in verb. septennio ubi Io. Andr. de elect. in 6. addit ad Rom. post Oldra. cons. 201.* quod indubie procedit cum exemptio plene sortita fuit effectu suo cum

cum res integra esse desijt tum enim regulariter pœnitentiæ locus esse non solet, *ca. quod semel de reg. iur. in 6. Restaur. d. num. 14.* Eandem etiam conclusionem nominatim confirmat Felinus tradens ne dum Episcopum reuocare non possit exemptionem à se concessam, sed ne quidem legatum *Fel. cap. nouit n. 11. de iudic. Abb. ca. at si clerici §. de adulterijs col. 4. eod. tit.* est enim de plenitudine potestatis solius Principis reuocatio priuilegij à se concessi vti post multos notauit Baldus *l. 2. col. 8. C. de seruit. & aqua, addo Imolam & Anton. cap. que in E. clejtarum de constit. Fel. d. cap. nouit. nu. 11. & seq.* Episcopos aut legatos iure Principum non gaudere sed interiores constitutionibusque subiectos iuris est non ignoti *l. & idco ff. de offic. procon. & leg. cap. 1. cap. translato de constit. adeò vt iuri communi d. rogare non possint, cum distinctione tamen quam adfert Nauarrus cons. 3. num. 1. de reliquijs & venerat. sanct. Abb. & DD. ca. quod super his de maior. & obedient.*

## Q V A E S T I O V.

An exemptiones expirent morte concedentis.

## S V M M A R I V M.

1. 8. Priuilegia an expirent morte concedentis.
2. Quid si ad sit clausula quousque reuocatur, dum non reuocabitur, dum ea non reuocauerimus.
3. Quid interim dum fuerit nostra voluntas, vsque ad nostrum beneplacitum ad nostrum libitum, &c.
5. Ad beneplacitum sedis Apostolica.
6. Ad beneplacitum Pape.
7. Priuilegia effectum non sortita non sunt perpetua.
9. Principe ex causa deposito an eius priuilegia durent.
10. Statuta & præcepta iudicium interlocutoria expirent eorum morte.

**R**egulare est quod priuilegia omnia & exemptiones durent etiam in tempus successoris ipsius concedentis *Innoc. cap. quod translatus de offic. deleg. Laud. tract. de rescript. qu. 59. Io. de Sella tract. de beneficio part. 3. qu. 14. n. 23. per ca. decet & cap. indultum de reg. iur. in 6. Franc. ca. ult. nu. 5. de rescript. in 6. Greg. Sayrus Benedicimus in Theol. moral. part. 1. lib. 7. cap. 14. num. 7. vide Nauarr. cap. placuit n. 16. quæst. an licentia morte expiret. de pœnit. dist. 6. vbi late.* Dubium vero est si exemptio sit firmata huiusmodi clausulis. Quousque reuocetur vsque ad nostrum beneplacitum donec voluerimus aliusue eiusmodi in effectu quid iuris? pro cuius solutione tradamur hæc solutiones.

Prima



3 Prima si exemptio à Summo Pontifice vel Principe absolute concedatur, vel sub hac forma quousque reuocetur, interim dum non reuocabitur dum eam nō reuocauerimus &c. non expirat morte concedentis, eo quod vt expiret, opus sit expressa reuocatione per *tex. l. si delegatus §. 1. de offic. deleg. in 6. vbi DD. l. cum precario late & doctissime Molin de iustit. §. iure tom. 2. disput. 298. Restaur. de imper. q. 115. n. 13. in fin.* per mortem enim voluntas non dicitur reuocari, nec actus vt communiter testatur Decius *l. eius est velle in fin. ff. de reg. iur.*

3 Secunda, Si verò concessa fuerit sub hac forma interim dum hæc fuerit nostra voluntas vsque ad nostrum beneplacitum ad nostrum libitum dum voluerimus, tã diu durat donec concedens eam reuocauerit, quia istud beneplacitum nulli legi subiacet *tex. l. fideicommissa §. quamquam ff. de leg. 3. vbi glo. in verb. voluerit Natta conf. 608. n. 5. vol. 3. Doctè Nauar. conf. 3 per tot. de priuilegijs.*

4 Aut donec concedens moriatur. Quia voluntas morte soluitur & extinguitur *tex. cap. si gratiose vbi Franc. & DD. conf. 404. col. 3. Gosadin. conf. 22. num. 4. l. mandatum C. mand. l. uxorem §. pen. ff. de leg. 3. Molina d. disputat. 298. Licet Gaill. vsu dicat obseruari talia priuilegia morte concedentis non esse reuocata Gaill. lib. 2. obs. 60. nu. 16. per *tex. Liuris peritos ff. de excus. tut. l. sufficit ff. de cond. in deb. glo. cap. fin. de rescript. in 6. in verb. perpetuas Dec. conf. 108. maxime quando exemptio solemnis est & expedita à Camera Apostolica seu regia quæ nunquam mori dicitur late Restaur. de imper. q. 114. num. 6. & seq.**

5 Tertia si dicatur ad beneplacitum sedis Apostolicæ aut interim dum Apostolica Sedes voluerit. Tum non expirat morte, sed opus est expressa reuocatione *tex. d. ca. si gratiose. Quia Sedes nunquam moritur Molina d. disput. 298. Castrens. l. locatio. n. 2. ff. locat. Card. Clem. 1. n. 1 & 4. de probat. late Mandos. in glos. facult. regen. §. volentia in vers. a nol. is ad beneplacitum nostrum. fol. 43.*

6 Quarta si verò dicatur ad beneplacitum Papæ seu Summi Pontificis maior est difficultas nam Couaruuias, vt refert Molina censet expirare morte Pontificis, At vero idem Molina sustinet e contra ex quo eiusmodi gratia censeatur sub nomine conceptæ dignitatis Molina d. disput. 298. Nauar. conf. 31. num. 2. de prob. Cuiusmodi concessio transit in successorem Fel. Abb. & DD. cap. quoniam Abbas de offic. deleg.

7 Abb. cap. 1. de probat. Restaur. tract. de Imperat. q. 114. num. 1. in fin. Porro quod initio dixi priuilegia esse perpetua nec expirare morte concedentis id ita verum est si in vita fuerunt sortita effectum alioquin enim priuilegium seu gratia prædecessoris in futuris nondum consummatis nihil operaretur. Cynus in l. fin. C. in quibus casibus Restaur. de Imperat. quest. 115. numer. 1. decis. Neapol. 101. & dec. 392. numer. 16. Bald. cap. 1. qui successor teneant Restaur. de Imperat. quest. 114. numer. 3. & seq.

8 Plura possent adferri quæ ad hoc non spectant institutum velut quid de execu-

core

core gratiæ, Saluo conductu, Vicario Imperatoris aut Papæ, Licentia non residendi in beneficio, aut aliquid faciendi extrahendi ex aliquo loco, item de priuilegio legitimandi, Doct orandi, indulgentias concedendi, Licentia alteri confitendi an cēficantur morte concedentis expirare. Quæ omnia peti poterunt ex locis DD. spectant enim plurimum ad elucidationem l. mandatum C. mandati Restaur. d. quest. 115. & DD. supra allegati Franc. d. cap. ult. nu. 5. Nauar. in ca. placuit vt deinceps dist. 6. de penit. num. 161. & seq.

Quid autem iuris an Principe cassato seu ex aliqua causa priuato eius priuilegia & concessæ immunitates durent, petatur ex Restauo & DD. d. tract. qu. 93. per tot. Postremo notandum quod statuta & præcepta quæ iudices interlocutoriè pronunciant, regulariter expirant eis mortuis secus vero quæ diffinitiuè statuunt atque definiunt, quia ea sunt perpetua Fel. post Panor. & alios cap. ex literis numer. 12. de constit. Nauar. in suo tract. de datis & promissis pro iusticia notab. 1. numer. 2. vers. ex quo inferitur.

## Q V Æ S T I O VI.

Reuocatio exemptionum afficiatne ignorantes.

### S V M M A R I V M.

1. Distinguendum inter reuocationem hominis & legis. 2. Gesta per legatum reuocatum an subsistant.

**D**iximus supra exemptos suo gaudere priuilegio antequam illud eis innotuerit lib. 2. quest. 15. Quid autem iuris si reuocatio statim eis non innotescat an nocebit? Philippus Franc. & Io. And. id examinant distinguuntque inter reuocationem quæ fit per hominem, aut per legem, vt prior non noceat ante notificationem, sicut de reuocatione procuratoris dicitur quæ non nocet antequam reuocationis notitia ad procuratorem peruenerit. Card. in proem. Clem. §. vniuersitati nu. 5. & latius in cap. ex parte Decani extra de rescript. vbi late DD. Posterior vero quæ fit per viam legis etiam non noceat, nisi post duos menses secundum alibi notata per DD. in cap. 2. de constit. Franc. & Io. Andr. cap. fin. num. 5. de rescript. in 6. latissime Franc. cap. 1. §. ex parte num. 4. & seq. de concess. præbend. in 6. late Menoch. de arbit. lud. casu 185. num. 40. Abb. cap. 2. num. 7. cum Apost. de constit.

Quæ questio perutilis est ad multorum casuum decisionem Exemplum, si excommunicati vel sententia feratur per ordinarium cuius iuri dictio est restituta contra exemptos id ignorantes vtrum eiusmodi sententia ligabuntur, quæ de re similibusque questionibus Io. And. & Franc. d. §. ex parte. Eadem inducuntur ad quæ-

II

tionem 2



tionem num gesta per legarum reuocatum subsistant qua de re videri poterit Abbas cap. excommunicatus num. 3. cum Apost. verb. reuocatus de offic. leg. Fel. cap. ceterum numer. 11. de rescript. Docte Gondis laus de Villadiego tract. de Legato part. 1. quaest. 16. numer. 2. & seqq.

### QVÆSTIO VII.

Cessante causa exemptionis an cesset exemptio.

#### S V M M A R I V M.

1. Mens priuilegiantis semper consideranda.
2. Duplex est causa.
3. In dubio presumitur causa Impulsua.
4. Requiritur sententia declaratoria cessationis priuilegij.

**P**raemitto mentem & intentionem priuilegiantis imprimis & ante omnia temper esse considerandum late Rom. cons. 29 num. 1. per ca. quanto cap. porro c. rei. epimus de priuileg. idque etiam si verba priuilegij offendi deberent. I. si re oportet §. sufficit de excus. tutor. l. credendum ff. qui per. tut. Rom. cons. 180 num. 10. Alioquin certe à verbis priuilegij nunquam venit recedendum cap. sane d. cap. porro de priuileg. l. aliter de leg. 3. Franc. cap. 1. §. ex parte num. 2. de concess. prab. in 6.

**P**raemitto secundo duplicem esse causam Impulsuam & finalem, illa est quæ cedentem impulit, hæc autem sine qua Princeps non erat priuilegium concessurus Vitalis tract. de collatio par. 2. q. 1. num. 2. late Neiusan. in Silua nuptiali lib. 1. nu. 199. & seq. Gigas de pensionib. quaest. 22 num. 1. & seqq. DD. cap. cum cessante de appellat. Spec. de instr. edit. §. nunc autem nu. 7. vers. item quod fuit ob causam concessum. Itaque concludo cessante causa finali exemptionis cessare exemptionem fuisse In aquell. tract. cessante causa par. 1. nu. 210. late Dyn. cap. decet. dereg. iur. in 6. cum Apost. l. causa §. usum de leg. 2. Rom. cons. 180. num. 7. Ripa de peste lit. de priuileg. ultim. volunt. nu. 30. Bald. l. generaliter col. 3. vers. Secundo oppono C. de Episcop. & Cleric. Barth. d. §. usuras. Spec. ubi supra Preses in locis legalibus loco à cessante ratione per tot. Secus si sublata sit tantum causa impulsua l. 2. §. ult. cum l. seq. ff. de donat. Dyn. d. ap. decet in fine. Porro si causa finalis sit quidem sublata remaneant vero quædam illius reliquæ perinde est ac si adhuc integre sublisteret quemadmodum actio turpis non instituitur in eam quæ vxor esse desijt idque in honorem præcedentis matrimonij l. 2. & 3. ff. ver. a mot. latinus Dynus exemplificat. d. ca. de. en.

**V**tra in dubio causarum præsumatur, dicendum quod impulsua proinde qui causam finalem allegat eam specifikè probare debet Dyn. d. ap. decet in fine ubi iungit Apost.

Apost. in verb. impulsua Vincent. Carocius sing. 561. Cognoscitur autem causa finalis priuilegij ex illius proemio siue præfatione quæ proinde est diligenter perscrutanda l. 1. ff. de orig. iur. ubi DD. l. fin. ff. de hered. inst. Barth. l. cum his ff. de transact. Anson. de pratis tract. de iurisd. Episc. pi. capit. 4. nu. 1.

Illud autem hoc in tractatu non est omitendum cum cessante causa priuilegij cessat priuilegium quod requiritur sententia rescissoria seu declaratorio Bald. cap. decet in add. 10. Andr. & ibi expresse Franc. de Reg. iuris in 6. & in cap. cum secundum de hereticis in 6. Tirag tract. cessante causa par. 1. nu. 220. & in rep. l. si unquam in verb. reuertatur nu. 398. C. de Reuoc. donat. qua de re etiam infra eodem libro q. 31.

### QVÆSTIO VIII.

Sublata exemptione aliquorum an etiam censeatur sublata aliorum qui in ea participabant.

**Q**uestionis huius decisio pendet ex eis quæ superius in eadem materia attulimus lib. 1. quaest. 17. numer. 18. ad quæ lectorem ne superfluitate nimis fatigemus oneri remittimus.

### QVÆSTIO IX.

An & quando censeatur reuocata per hanc vulgarem clausulam, Non obstan. Priuilegijs, exemptionibus, &c.

#### S V M M A R I V M.

1. Generalis derogatio exemptionum non comprehendit scriptas in corpore iuris.
2. Princeps non presumitur uno verbo tollere iura tot vigilijs promulgata.
3. Cautela est ut priuilegia inferantur libris statutorum.
4. Exemptio quam Princeps probabiliter ignorat, non tollitur contraria dispositione.
5. Exemptiones tolluntur speciali derogatione.
6. 8. Quis si contineant clausulam derogatoriam derogatoria.
7. Vbi clausula quorum tenores habentur pro expressis.
9. Ad derogationem sufficit si constet de mente Principis.
10. Priuilegium pluries confirmatum difficilius tollitur.

**D**E vi & energia huius clausulæ varij varia scripserunt vt passim ex Doctorum scriptis sit manifestum Felin. cap. accedentes numer. 4. de præscript. Guido tract.



tract. de rescript. nu. 22. & seq. Io. de Selua tract. de beneficio part. 3. quæst. 14. Jason l. 1. no. 16. de constit. Milis in repert. verb. Priuilegium non insertum & verb. clausula generalis. Fel. 71. & 72. latissime Felin. in ca. nonnulli de rescript. Gigas de pensionib. q. 59. n. 9 Grammatic. decis. 20. Nauar. cons. 7. de priuileg. cons. 12. n. 5. de Regular. Franc. ca. 1. n. 5 & seqq. de excessib. pralat. in 6. Staphisileus de gratijs & expectatiuis §. in super derog. tur Abb. ca. cum instantia num. 5. de censib. Fumus vob. Priuilegium num. 16. Boer. tract. de potest. legati à latere nu. 95. & seqq. Steph. de Frederico tract. de interpret. iuris par. 2. nu. 26. Rebuff. de priuileg. Schol. priuilegio 179. Barth. in extranag. ad reprimendum vers. non obstantibus. Ex quibus elicio sequentes conclusiones.

1 Prima generalis derogatio exemptionum non comprehendit priuilegia seu exemptiones scriptas in corpore iuris go. l. 2. §. legatis in verb. non compelluntur ff. de iudic. ubi DD. glo. l. hares in pr. ff. eod. in Auth. qua in Prouincia ubi Barth. C. ubi de crimine agi oporteat Barth. in extranag. ad reprimendum in verb. non obstantibus Quomodo in Les. Maieft. Rom. rep. l. si vero §. de viro col. 18. fall. 23 ff. l. matr. late Rebuff. d. priuileg. 179. Lander. tract. de rescript. quæst. 87. Fel. c. nonnulli num. 26 de rescript. vii. Apost. Feder. tract. de interp. iuris par. 2. nu. 26. & seq. Spec. de instr. edit. §. nunc autem numer. 5. vers. si vero.

2 Ratio quia Princeps non videtur voluisse vno verbo tollere iura quæ tot vigilijs fuerunt promulgata l. si quando C. de Inoff. test. Vitalis in tract. Clausularum verb. in clausula generali Fel. cap. 1. num. 12. de rescript. & in cap. nonnulli col. 10. & 17. con. luf. 11. cod. tit. Boer. rep. l. consentaneum fol. 31. C. quomodo & quando. Ideo (inquit Rebuff. d. priuileg. 179. num. 2. accepto à Principe priuilegio expedit & illud inseratur libro litatorum nam si postea Princeps deroget priuilegijs non censetur cogitauisse de insertis seu comprehensis in statutis. Capolla cautela 47. Paulus d. Auth. qua in Prouincia Rebuff. in tract. nominat. q. 5. Accedit quod Princeps difficiliter censetur tollere velle ius commune quam priuilegium arg. l. eius §. militia ff. de test. milit. Pet. de Anchor. in rep. cap. 1. de probat. fol. 162.

3 Secunda Exemptio non inserta in corpore iuris non tollitur nec ei derogatur per contrariam dispositionem in qua de dicto exemptionis priuilegio non fit mentio quod Princeps potuit probabiliter ignorare Anton. Milis in repert. verb. Priuilegium non insertum per c. 1. de constit. in 6. ubi Io. Andrea. Anto. de amittis decis. 17. n. 5. Quod amplatur siue dispositio derogatoria habet vim constitutionis aut extranagantis Io. Andr. d. cap. 1. super verb. constitutionem Milis ubi supra siue vim rescripti aut cuiuslibet alterius scripturæ Io. Andr. cap. 1. super glo. 2. de rescript. & in d. cap. 1. super verb. consuetudine per cap. tenens de rescript. ca. ex multiplici de de. imis l. 2. §. si quis a principe ff. ne quis in loco pub. Anter. Milis ubi supra. In confirmationem cuius sunt ea quæ late attuli primo libro quæstione quinta dum differui an subdispositione generaliter comprehenderentur exempti.

Tertia

Tertia Speciali derogatione censentur exemptiones esse abrogatæ Guido d. num. 5. 22. & probatur supra d. quæst. 5. Spec. de instr. edit. §. nunc autem vers. & scias numer. 5. ubi id probat.

Quarta Si exemptiones contineant clausulam derogatoriam non facientem propriam & specialem mentionem v.g. si ita concessæ sint quod eis derogari non poterit nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum censetur eis derogatum clausula non obstantibus & c. etiam si talia essent quæ deberent referri de verbo ad verbum Pulchre Fumus verb. exemptio nu. 11. Grammatic. decis. 20. Nauar. d. cons. 7. & 12. Fel. d. cap. accedentes num. 4. Selua d. quæst. 14. Abb. d. cap. cum instantia num. 5. late Fel. in repert. verb. priuilegium secundum an tollat primum habens clausulam derogatoriam fol. 100. col. 2. in fin. & col. 4. in fine. Nauar. c. si quando excep. 1. per tot. de rescript. ubi late & docte. Cui tamen conclusioni aduersatur Anto. de Amittis decis. 17. per tot. afferens priuilegium de quo debet fieri mentio specialis non tolli per clausulas generales tum quod forma reuocationis non seruetur tum quia id quod expresse fieri debet alio modo factum non iuuat confirmatur hæc conclusio argumento à testamentis ad priuilegia, Etenim si testamento posterioris colligatur quod testator voluerit posterius illud valere satis est irritare præcedens testamentum in quo est derogatoria ad sequens licet in posteriori non enarretur tenor de verbo ad verbum in derogatoria requisitus quod communiter à DD. teneri testatur Io. Dilectus de erit testandi tit. 10. per tot. Quod quidem minore scrupulo procedit si derogatio facta sit per viam legis conciliaris Nauar. d. cons. 12. ac ita stilo Romanæ Curie est obseruatum sufficit enim communis clausula Quorum tenores habeantur pro expressis Nauar. d. cons. 12. Fel. d. cap. accedentes & cap. nonnulli num. 6. vers. secunda de latatio de rescript. docte Nauar. d. except. 1. Aliter enim dicendo detraheretur de potestate Pontificis qui cum omnium memoriam habere non possit proprio arbitrio concessa reuocare non posset quod foret absurdum Feder. cons. 46. docte Abbas cap. cum instantia nu. 5. de Censibus Fumus verb. Exemption 11.

Quinta, Si vero in secundo priuilegio non sit derogatio clausulæ derogatoriæ prioris & non censetur exemptioni priori esse derogatum DD. iam allegati Fel. in repert. verb. priuilegia quæ habent clausulam derogatoriam fol. 100. c. l. 4. in fine videatur Castr. cons. 3. lib. 1. ubi loquitur in exemptione Carthusiensium late de hoc Feder. cons. 233. ubi de exemptionibus ordinis S. Clare & cons. 37. eleganter Anton. de Amittis decis. 17. per tot.

Sexta quodocunque constat de mente Pontificis derogare volentis priori priuilegio sufficit vt priuilegium illud censetur reuocatum quibuscumque verbis Pontifex utatur Feder. de Senis cons. 335. col. vlt. Fel. c. nonnulli num. 7. & 8. de rescript. Quemadmodum enim in dispositione priuilegij semper diximus mentem concedentis esse intuendam etiam si à proprietate verborum esset recedendum supra cod.



lib. quest. 7. num. 1. ita & in reuocatione priuilegij dicendum est contrariorum enim eadem esse solet disciplina, *Præses in locis legalib. loco à contrarijs.*

- 10 Sep:ima, Priuilegium à pluribus Pontificibus Principibusue confirmatum difficilius censetur tolli *Decius conf. 165. num. 3.* præsertim cum accedit fauor piæ causæ aut religionis *Decius d. conf. 165. num. 1. Cyn l. 1. nu. 3. C. quando imp. inter pupill. & uid. Pinus opin. 641. Alex. conf. 123. nu. 16. lib. 4. Ant. de Amatis d. Dec. 17. nu. 9.*

### QVÆSTIO X.

An censetur exemptio reuocata si Pontifex contra illam aliquid rescripserit.

**M**inime ut testatur Panormitanus, his verbis *in cap. pro illorum numer. 14. de præbendis.* Nota glossam quod licet Papa mandet semel contra priuilegiū indultum alicui Ecclesiæ non per hoc censetur tollere priuilegium nec clerici obediens censetur renunciare priuilegio, sed poterit de priuilegio opponi si alia vice mandaretur contra priuilegium de priuilegio non habita mentione. Ita ille, Ratio est, quia exemptio vnica contrauentione tolli non potest ut notatur *infra quest. 14. & qua ratione & solemnitate concedi, eadem & tolli debet. Inhibita naturalis ubi Dec. & DD. ff. de reg. iuris.*

### QVÆSTIO XI.

Obedientia Prælati exempti an inducat quasi possessionem subiectionis si capitulum non consentiat?

#### S V M M A R I V M.

1. Subiectio cum sit in corporalis an possit acquiri inuito possessore. 2. Possessio incorporalium acquiri non potest sine patientia possessoris.

**Q**uestionem hanc mouet Panormitanus *cap. cum dilectus num. 7. de relig. dom.* quam hoc verborum tenore resoluit. Nota (inquit) hic quod sola obedientia prælati exempti non sufficit ad transferendum possessionem subiectionis in Episcopum sed requiritur totus Conuentus hoc etiam sequuntur DD. sed ego tenerem hoc dictum in præiudicium monasterij duntaxat sed non in præiudicium Papæ nam non Abbas & Conuentus sed Papa possidet subiectionem in monasterio & hæc subiectio cum sit res incorporalis non potest acquiri per alium siue consensu illius qui eam possidet ut in *L. C. de seruit. & aqua vide quest. seq.*

num.

num. 2. Vbi patet quod possessio incorporalium non potest quæri sine scientia & patientia possessoris not. Innoc. in cap. bonæ 2. de post. prælat. in cap. conquerente de offi. ord. Barth. l. 1. ff. de aqua plu. arcend. facit quod notat Innoc. ca. olim & 3. de rest. spol. & in cap. 2. de restit. in integ. vbi dicit quod si subditi alicuius volunt etiam expresse mihi præstare obedientiam non debeo eam capere quia non possunt illi in me transferre ius in eis per alium possessum facit ad prædicta cap. cum dilectus de iure patronat. Ita Abbas cui addo quæ notauit *infra quest. sequente num. 2. & notata per Oldradum conf. 97. & quæ præcedenti libro attuli in quaestione utrum confessio exempto præiudicet quest. 31. vide Fel. cap. cum olim num. 3. fol. 62. de præscript. & doctæ per Rochum de Curte tract. de iure patron. verb. competens num. 33.* Præterea quod alibi tradit Abbas *in cap. cum Ecclesia. numer. 24. sub fin. cum add. v. verb. quasi possessio de causa possess. & propriet. his verbis.* Si vnus Episcopus in domo alterius Episcopi Hospitaretur mille vicibus aut miles in domo alterius militis non per hoc probaretur quæ sita quasi possessio nisi subsit aliqua præsumptio puta quod talis fuisset qui consueuerat exigere ex debito iuris communis Puta Episc. visitando recipiebatur & procurabatur in domo subditi vel exempti & exercebat ea quæ pertinent ad visitationem scientibus & consentientibus illis qui hoc prohibere poterant tunc enim præsumeretur quæ sita quasi possessio arg. *infra de præscript. c. cum ex officij & ca. cum olim de censibus cap. sopitis & Rom. conf. 18.* Ita ille quibus addi poterunt quæ lae traduntur per Franc. Balb. *tract. de præscript. in 10. quest. 1. part. 3. part. principalis & alibi per eum passim, ad quem breuitatis gratia relege lectorem.*

### QVÆSTIO XII.

Exemptio an prescriptione amittatur?

#### S V M M A R I V M.

1. Exemptio amittitur prescriptione quadragenaria.
2. Adesse debet scientia superioris.
3. Nec satis est si officij scientia accedat nisi probetur de scientia Domini.
4. 6. 7. Exempti possunt se tueri ob non completam prescriptionem respectu Papæ.
5. De iure tertij quando possit extingui.
8. Exempti præiudicare non possunt exemptioni.
9. Prescriptio continetur sub alienatione.
10. Exemptio cum clausula irritis ante amissionem non potest prescriptione.
11. De reuocata irritans in officio titulum ligatque ignorantem.

Acquiri



**A** Equiri præscriptione supra traditum est par. 1. *quest. 6.* nunc inuestigandum an eodem titulo amittantur qua de re etiam Antonius de Butrio & Doctores suis in locis *Butr. in ca. peruenit. col. 15. circa med. vers. ex hoc inferitur de censibus Berachinus tract. de Episcopo lib. 4. quest. 20. secunda pars Balb. de præscript. parte 1. quinta partis quest. 12. num. 7. vers. quid autem Abb. ca. ad audientiam num. 12. & seqq. de præscript. tradiderunt, contra exemptionem præscribi curriculo annorum quadraginta eoque temporis spatio exemptos in potestatem & iurisdictionem sui ordinarij recidere late *Abb. d. num. 12. & seqq.**

Nec mirum id enim exposcit natura correlative ut quemadmodum inferior aduersus superioræ præscriptione temporis libertatem acquirat ita quoque superior eodem titulo superioritatem & iurisdictionem recuperare possit, ut late in præscriptione iurium Episcopaliū tradidit Balbus *vbi supra quest. 10. 11. 12.* pariterque in præscriptione emancipationis seu existentie sui iuris ac in potestatem seu subiectionem reuersionis in 2. parte quarta partis *quest. 6. & parte 3. quest. 7. & 8.* regulari enim hæc exemptionum iura ad instar emancipationum manumissionumue initio huius operis ex Rebuffo & alijs probatum est *lib. 1. quest. 1.*

Porro in hac præscriptione notandum non sufficere curriculum tacti temporis titulum sed præterea oportet ad sit scientia superioris cui exempti subijciebantur. Quippe quod in eiusmodi incorporalibus quasi possessio, & per consequens præscriptio non quæritur nisi data scientia illius ad quem ius illud spectat *Doct. Capicinus decis. 57. l. pen. ff. de seruit. l. 1. & 2. vbi Barth. C. eod. & in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuiæ ar. end. in l. 1. §. fin. ff. de itinere actu que priuat. expressim Abbas cap. cum dilectus num. 7. per tot. de relig. dom. in cap. conquereute nu. 8. de offic. ord. Barth. l. si publicanus §. 2. ff. de publicanis Fel. cap. auditis de præscript. dixi quest. precedente nu. 1 & 2.*

Ideo & in simili exemptionum præscriptione scientia eius quem restat, it requiritur nec satis est si ad sit scientia alicuius eius substituti seu officialis *Barth. & Capic. supra selic. l. 2. vers. Sed. non C. nona Vectigalia Iason l. imperium col. 14. vers. circa illud ff. de iurisdict. om. iud. expresse Bald. l. 1. in pr. in 2. lect. ff. de officio eius.*

Ad hæc notandum quoque licet contra exemptionem præscribatur annis quadraginta poterant tamen exempti qui immediate Rom. Pontifici subijciuntur se tueri præscriptione centenaria nondum completa ut parte prima *quest. 35.* probatum est Nam translaticium est quod quis ex iure tertij sese defendere possit quod est exclusiua iuris agentis *cap. mandatum de rescrip. cap. cum dilectus de iure patron. cap. auctoritate de concess. prebende late Salsus l. qui cum ff. de except. rei iud. in l. sciendum §. sed si num. 3. ff. de separat. & conf. 12. num. 76. 77. & 113. Rot. decis. 1. n. 3. ut lue pendent in antiquiorib. & decis. 5. eod. tit. in antiquis Abb. c. licet n. 3. cum ca. de suppl. neglig. preb. & d. cap. ad audientiam n. 12. vers. in contrarium.*

Asqui certum est (inquit Abbas) quod contra Ecclesiam Romanam etiam respectu

respectu iuris quod habet in Ecclesia exempta non currat præscriptio nisi centenaria *cap. cum dilecta de confirmat. utili & dixi supra quest. 35.* Ergo potest Ecclesia inferior dicere Episcopo non potes erga nos uti iurisdictione quia sumus immediate subiecti Ecclesie Romanæ contra quam non est completa præscriptio centenaria ita verbatim Abbas *d. cap. ad audientiam num. 12. vers. in contrarium & post eum etiam nominatim Fel. lib. num. 17.* Ratio est quia eiusmodi exempti præiudicare non possunt suæ exemptioni *tex cap. cum tempore de arbitr. Fel. d. numer. 17. & dixi part. 2. qu. 6. & 7.* Tum quod Papæ intersit multos habere sibi immediate subiectos *Clem. pastoralis de re iudic. Rebuff. resp. 142.* Tum quod exemptorum omnium intersit non mutare immediatum Dominum maxime Papam quo nullus in orbe maior *Innoc. cap. fin. de maior. & obed. not. in cap. auditis & per Abbat. d. cap. ad audientiam num. 13.* Præiudicare autem viderentur si pro libitu & arbitrio in exemptione sua præscriptione pateretur, Quippe quod qui præscribi permitti dicatur etiam alienare & iuri priuilegio suo renunciare *l. alienationis verbo ff. de verb. signif. vbi Rebuff. & DD. Redoanus tract. de Rebus Ecclesie non alienandis quest. 2. cap. 2. num. 6. & seq.* Ideoque regulariter a quo remouetur alienatio seu iuris proprii repudiatio ab eodem etiam remouetur præscriptio *l. alienationis & l. cum sponsus §. sed si talis ff. de public. in rem act. Vnde res dotales, Ecclesiasticæ, minorum simileque sub prædicta alienatione comprehensæ prohibentur etiam præscribi *l. 1. §. cum lex C. de rei vxor. act. l. 1. ff. de fundo dot. l. sed si pecunia §. nec usufruct. ff. de reb. eorum l. 1. C. ne rei Dominica vel templorum venditio temporis præscriptione submoueat Redoan. d. num. 6.* Idque non modo in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus iuribus, actionibus, exemptionibus quas qui ita negligit ut tempore vel præscriptione pereant res suas diminuere & labefactare iudicatur, *l. 1. §. quod si in lite ff. qua in f. aud. patroni DD. l. fin. C. in quibus causis restit. in integ. non est necess. Bald. & DD. Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccl. Fabianus de monte tract. de empt. & vendit. questiois quarta quest. 21. nu. 14. Redoan. d. cap. 2. vbi late.* Fallit autem hæc conclusio quando exemptioni adiecta est clausula irritans seu prohibitiua tum enim per contrauentionem aut per præscriptionem exemptio amitti non potest *Fel. cap. cum accessissent nu. 30. vers. quarto limita de constit. Alex. conf. 103. lib. 2. Rot. decis. 3. de priuileg. in antiq. Menoch. lib. 6. p. 45. 41. num. 10. Archid. cap. cum de beneficio de prebend. in 6. Abb. infra cap. pro illarum nu. 4. de prebend. secus inquit Rota d. dec. 3. quando priuilegium simpliciter est concessum.**

Ratio huius fallentie est quia præscriptio non datur vbi deest titulus, & bona fides cum possessione *Abb. cap. cum nostris de concess. preb. Decretum autem irritans inficit titulum & possessionem cap. Caputq. dec. 18. flamin. de resignat. lib. 6. quest. 5. num. 57. ligatque ignorat. res Flam. de resign. lib. 5. quest. 6. num. 220.* Afficitque omnia quæ sequuntur ut nec iuris effectum nec fomentum habeant *Idem Flam. lib. 11. qu.*



7. num. 25. Cassad. dec. 1. nu. 7. de rest. spol. Branden. ad concord. Germania q. 2. in prin. n. 4. Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. glo. 67. ubi latissimè.

### Q V A E S T I O X H I.

Exemptiones an amittantur per non usum?

**Q**uestio hæc affinis est præcedenti, quam Panormitanus discutiens dicit tot in ea fuisse sententias quot capita in cap. cum accessissent nu. 6. ubi etiam latissimè Felin. nu. 23. & seqq. de conslit. ubi certatim omnes. Paucis non attinent hic que Doctores varijs in locis de privilegio affirmatiuè concepto seu quod in faciendò constitit atulerunt censuerunt enim passim illud amitti cum privilegiatus decennio usus non fuit si illo voluntariè uti potuisset non autem si ob necessitatem non euenientem usus non sit ex eo quod occasio utendi se non obtulerit tum enim quia nulla negligentiae culpa non utenti imputari potest, privilegium non amittetur etiam si illo ultra hominum memoriam imò mille annos non sit usus DD. l. fin. ubi Iason numer. 25. de const. princip. & in l. falso C. de diue. s. rescript. late Gaill. lib. 2. obser. 60. numer. 1. & seqq. Abbas cap. Abbate numer. 18. cum Apost. de verb. sig. quod latius prosequi operæ pretium nunc non duxi si sit opus adiri poterunt ipsi fontes è quibus omnia velut ex cornu copiae haurientur, incidenter autem hic quaeri potest cui incumbat probatio usus privilegij? In ea sic distinguit Rota nouissima decis. 67. per tot. par. 2. Aut usus privilegij à privilegiato allegatur, & tunc illius usus præsumitur Crescent. decis. 79. Aut privilegiatus negat usum privilegij, & tunc privilegij usum alleganti probationis onus incumbit Achil. decis. 1. de probat.

### Q V A E S T I O X I V.

An amittatur per contrarium actum?

#### S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Immunitas priuata persona concessa amittitur contraria actu.         | 4. Exemptio habens clausulam irritantem nulla contrauentione amittitur. |
| 2. Nisi fiat protestatio.   |   |
| 3. Ex unica solutione redditus agi potest ad continuationem solutionum. | 6. Communitas non perdit privilegium nisi longissimo tempore.           |

Distin-

**D**istingui ita communiter solet aut enim exemptio seu immunitas concessa est personæ priuatæ aut vero communitati Ecclesiæ seu toti alicui ordini. Primo casu regulariter amittitur contrario actu directè ei contrario quia eiusmodi contrauentio inducit renunciationem cap. cum accessissent ubi Abb. num. 7. de const. tex. l. 2. C. de iuro Domini Impetr. Barth. l. 1. num. 1. C. de his qui sponse munera ciuilia subeunt. lib. 10.

Secus inquirunt si contrauentio non sit ex diametro contraria exemplum, si habens immunitatem à muneribus publicis acceptet aliquod vltro & sponte non enim sibi idcirco præiudicabit in alijs l. voluntaria ubi Faber & DD. C. de excus. tut. Barth. l. 1. in fin. ff. de constit. princ. Alex. cons. 33. nu. 8. vol. 5.

Quod primo limitatur in munere decurionatus vltro enim illud suscipiens in ceteris omnibus sibi præiudicat nisi expressim protestetur l. 1. & 2. ubi DD. C. de his qui sponse munera ciuilia subeunt. lib. 10. Alex. d. cons. 33. Fel. d. ca. cum accessissent n. 28. cum seq. l. semper §. fin. ff. de iure immunit.

Secundo nisi ex parte exempti accedat, inter ponaturue protestatio Barth. Alex. Fel. ubi supra. Ratio quia regulare est quod actus suapte natura voluntarius prolixior obligationem inducere non possit quam ex eo actum est tex. d. l. voluntarie ibi DD. Alciat. l. 1. vers. Octauus casus C. de edendo. Ideoque licet vnica solutione redditus agi possit contra soluentem possessorio iudicio ad continuationem solutionum Molin. de usur. quæst. 20. nu. 298. & seq. Grimand. des. usures lib. 1. cap. 20. per tot. Rom. cons. 311. Guid. quæst. 407. Petr. Iacobi in Libello super pensione seu reditu vers. Item credo Chassan. ad consuet. Burg. Rubr. des. cens. §. 2. vers. & prædicta Abb. cap. cum Ecclesia num. 23. & seq. de caus. poss. & propr. Alciat. si certis annis ad verb. impostum, in fin. C. de pactis si tamen soluens protestationem interposuerit quod id non animo possessionem inducendi faciat liberabitur Gigas de pensionib. quæst. 61. & 73. Alciat. si certis annis vers. nisi C. de pact. Bellenc. tract. de charit. subsid. qu. 61. Abb. d. cap. cum Ecclesia num. 24. in fine late Menoch. lib. 1. præsumpt. 25. Prout quoque de immuni seu exempto à collectis dicitur qui si soluat cum pacto seu protestatione quod sibi nolit præiudicium generari sibi non præiudicat Gigas de pens. quæst. 71. num. 2. Abb. d. cap. cum accessissent numer. 7. cum Apost. Petr. Ant. boli tract. de muneribus par. 3. numer. 37. cum seqq. Tertio fallit nisi exemptionis privilegium habeat clausulam irritantem seu annullatiuam scilicet cassantes & irritantes eo enim casu exemptio nulla contrauentione, nulla etiam præscriptione amittitur Archid. cap. cum de beneficio numer. 2. de prebend. in 6. ubi Franc. numer. 3. & 4. Gaill. d. obs. 60. nu. 12. lib. 2. Ratio est quia per eiusmodi clausulam irritantem constat de superioris voluntate quæ nulla omnino contrauentione elidi potest tex. cap. dilecto ubi glo. verb. clausula & Abb. nu. n. 14. de prebendis Schurff. cons. 14. numer. 3. & seq. cent. 1. & dixi supra li. 2. quæst. 5. sub fine. Quod maximè obtinet in hac exemptionum specie.

K k 2

Non



Non enim licet eiusmodi exemptis suo privilegio renunciare ut frequenter hactenus dictum est per cap. cum tempore de arbitris late supra par. 2. quest. 4. s. 6. 7.

- 6 Secundo casu non perditur exemptio per actum contrarium nisi longissimo tempore ut capite 12. dictum est *tex. cap. si de terra ca. accidentibus ubi glo. verb. per 40. annos & Abb. cap. ut privilegia nu. 4. de privileg. Fel. & DD. d. cap. cum accessissent.*

### QVÆSTIO XV.

An amittatur propter delictum?

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Clericus delinquens non ideo perdit privilegium clericale. 2. Dispositio in metiente extenditur ad mensum.

**I**N hoc articulo video diversitatem esse inter iura Ciuilia & Canonica & quidem iure Canonico quod hæc in materia sequendum est cap. 1. ubi DD. de noui operis. Inuentione Doctores hoc pacto distinxerunt. *Butrio Abbas Felin. & certatim omnes in cap. si. de foro com. pet.*

1. Quoddam est privilegium eximens à certo genere iudicum & transferens in aliud & istud non tollitur per delictum superueniens id quod etiam est. conforme, iuri ciuili, exemplum in clerico qui si delinquit non ideo perdit privilegium fori clericale *cap. si in d. excom. in 6. cap. contingit ca. in audientia extra. cod. nisi tamen in casibus iure expressis cap. perpendimus de sent. excom. ca. Vnde de vita & hon. st. cler. in 6. Quod etiam concludendum est in exemptis cum enim alterum est metiens, alterum, mensum dispositio legis in metiente extendenda est ad mensum *Dom. & Franc. in cap. 1. de temp. ordin. in 6. Nauar. in Manuali cap. 22. num. 72. vers. ad questionem dixi supra lib. 1. quest. 45. num. 4.**

2. Quoddam est privilegium eximens à iurisdictione certæ speciei iudicum ut quando eximitur quis à iurisdictione Episcopi remanet tamen sub eodem genere iurisdictionis scilicet sub Apostolico quo casu si exemptio sit localis seu concessa respectu certi loci delinquendo extra locum exemptam amittitur exemptio *tex. cap. 1. de priuil. g. in 6. dixi late supra par. 2. quest. 45. casu 3. 20. 21. & 54.*

Si vero exemptio sit personalis, seu exemptio concessa personæ non respectu certi loci tunc privilegium non tollitur per delictum *d. ca. 1. §. in eos & late supra d. casu 3. 20. & 54. quo (inquit Abbas) notandum est pro Capellanis scriptoribus sedis Apostolicæ alijsque eiusmodi qui eximuntur non habito respectu ad certum locum sed ad personam, tales enim non poterunt puniri in loco delicti per ordinarium sed debent remitti ad iudicem contentum in privilegio *Abbas d. cap. fin. nu. 11.**

*vers.*

*vers. & hoc etiam est notandum v. supra d. casu 3. 20. 21. 54. quod tamen intelligendum est nisi concurrat alia causa accumulans ius conueniendi quæ de re tractatum est à me loco iam allegato d. quest. 45. Cum enim varia occurrere possint ob quæ exempti iurisdictioni ordinarij restituantur de quibus sparsim tractaui libro præcedente quest. 49. eorum omnium apta diuicatio pendet ex serie privilegiorum quæ cum facti sint nec huius loci sunt nec instituti.*

### QVÆSTIO XVI.

Exemptio an reuocetur propter ingratitudinem?

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Exemptiones ex causa ingratitudinis ad instar donationum & feudorum reuocari possunt. 2. Donationes ex causa ingratitudinis reuocari possunt. 3. Exemptiones ob ingratitudinem reuocari possunt. 4. Dummodo notabilis sit. 5. A reuocatione donationis ad feudum procedit argumentum affirmatiue.

**Q**ua ex causa donationes reuocari possunt eadem etiam immunitates reuocari posse passim traditum est *Imol. ca. cum M. col. 2. de constit. Decius c. nouit col. 7. vers. 4. fallit de iudic. Bald. l. 2. in fin. C. de libert. & eorum liber. Apost. ad Abbatem cap. cum accessissent nu. 7. verb. Renunciare privilegio de constit. Vnde cum donationes manifesto iure ex causa ingratitudinis reuocari possunt *tex. l. 1. his solis cum Authent. seq. l. donationes l. generaliter C. de reuocand. donat.* Merito dicimus etiam ob ingratitudinem exemptiones reuocari posse, id quod nominatim plurimi tradiderunt *Bald. d. l. 2. in fine C. de libert. & eorum liber. Restaurus tract. de Imperat. qu. 55. num. 13. Franciscus lusitanus tract. de fisco part. 1. casu 126. nu. 126. Rebuff. in praxi benefic. tract. de privilegijs & rescript. num. 49. Laudens tract. de rescript. quest. 43. Curtius de feudis par. 1. nu. 1. & 2 in fin.**

Ingratitudo inquam non qualis qualis, sed tanta quæ eiusmodi animaduersionem & privilegij reuocationem meretur *arg. d. l. fin. C. de reuoc. donat. Baldus cap. si tulerim nu. 1. qua fuit prima causa beneficij amitt. Curtius d. part. 4. n. 1. & seqq. quod maxime in exemptionibus seu immunitatibus ciuilibus obtinet quæ concessæ sunt in remunerationem seu recompensationem seruitij, seu alterius rei late Restaurus tract. de imperatore quest. 55. per tot. ac etiam in muneribus seu officijs quibus unque collatis non gratuito, sed ob causam, & recompensationem seu remunerationem beneficiorum seu pecuniarum, aut seruitiorum præditorum quæ proinde teste Bacheio in suo celebri tractatu nunquam ab homine separari ac diuelli possunt.*

K k 3

ni si



nisi eius morte, resignatione vel perpetracione criminis secuta desuper declarato-  
ria sententia & solemnī priuatione *Baker au traite du droit du domanie de la cou-  
ronne de France, par. 5. cap. 17. per tot. Restaur. d. quest. 55. numer. 9. & per tot. & quest.  
114 nu. 3. & seqq.* Idque argumentum ducendo à feudis quæ cum ob benemerita seu  
seruitia concedantur non aliter reuocari possunt quam certis ex causis in iure ex-  
positis *Bald. Aluer. & D D. tit. que fuerit prima causa beneficij amittendi per tot. latif-  
sme Curtius d. par. 4. Aluarott. ubi supra §. illud enim n. 1. v. Gaill. lib. 2. obs. 156. per tot.*  
licet Abbas censuerit eiusmodi feuda in remunerationem seu recompensationem  
pecuniæ, seu seruitiorum concessa nulla prorsus ex causa vel ingratitude reuocari  
posse ex quo inquit magnitudo meritorum veniant cum demeritis compensanda  
*Abb. cons. 30. n. 3. vers. quinto & ultimo, li. 2. per tex. l. si pater §. 1. l. Aquilius ff. de donat.*  
Id quod quo pacto sustineri possit non video facilius enim & leuius longe teste Fa-  
bro reuocantur feuda quam donationes *Faber §. sciendum num. 2. sub finem de donat.*

Vnde illatio & Abbatis auctoritates negatiuæ à donationibus ad feuda nempe  
donatio tali ex causa non reuocatur ergo nec feudum non subsistit sed benè è con-  
tra inducendo affirmatiuè, videlicet tali ex causa donatio est reuocabilis, ergo &  
feudum, late *Constantinus Rogerius l. donationes 32. §. species nu. 18. ff. de donationib. quæ  
latius prosequi non est huiusce instituti.*

## QVÆSTIO XVII.

Idemne sit si ordinario nocetur?

### SVMMARIVM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Exemptus si ordinarium opprimat, iure<br>exemptionis cadit.        | 3. Delictum seu reatus omnem honorem ex-<br>cludit.                        |
| 2. Prætextu priuilegij crescere non debet fla-<br>gitorum auctoritas. | 4. Priuilegium meretur amittere qui per-<br>missa sibi abutitur potestate. |

**V**Tique: censuit enim conceptis verbis Cassadorus quod si exemptus ordina-  
rium opprimat exemptionis suæ priuilegium amittere debere, idque ( in-  
quit ) vt in quo deliquit in eo etiã puniatur, *Cassador. decis. 6. nu. 4. de pri-  
uileg. per cap. Pastoralis in fin. de iure patr. cap. priuilegium 11. quest. 11. glo. d. cap. Pastora-  
lis in fine.*

Tum quia prætextu priuilegij crescere non debet flagitorum auctoritas *l. 2. C.  
de priuileg. scholar. lib. 12.* Tum quod delictum seu reatus omnem honorem exclu-  
dat *cap. priuilegium 11. quest. 3. Bermondus tract. de Publicis concubinarijs in glo. verb.  
Percussor fol. 2. 6. text. d. C. ubi iocatores l. quoties C. de dignitatibus lib. 12.* Tum quod  
priuile-

priuilegium mereatur amittere qui permisa sibi abutitur potestate *cap. suggestum 4.  
de Decimis Ausfrer. in rep. Clem. 1. not. 4. de offic. ordin.*

## QVÆSTIO XVIII.

Exemptionis parte reuocata an censebitur tota  
reuocata?

### SVMMARIVM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Cassatio partis priuilegij inducit in reli-<br>quis confirmationem. | nunciet uni capitulo an totali videatur<br>renunciare.                                      |
| 2. Quando priuilegium continet plura capita                            | 3. Valet argumentum à lege ad priuile-<br>giæque principaliter si priuilegiatus re-<br>giæ. |

**I**onnes de Selua in suo tractatu de beneficijs quæstionem hanc in medium po-  
nit eamque negatiuè resoluit *par. 2. quest. 21. numer. 56. per cap. si eo tempore de e-  
lection. in 6.* Ratio est quia cassatio partis priuilegij inducit in reliquis confirmatio-  
nem *l. Tribunus §. fin. ubi Bald. de test. milit. facit l. alumna §. qui filius in fin. ff. de adimendis  
legatis Albert. Brunus tract. de mutat. & transformatione membro 2. conclusio 18. nu.  
70.* Deinde quando priuilegium continet plura capita & quæ principaliter, si priuile-  
giatus possit renunciare vni capitulo non videtur renunciare totali priuilegio seu  
alteri capitulo *arg. l. etiam ff. de minorib. l. quadam mulier ff. familia hercis. Castrens.  
cons. 431. nu. 7. par. 1. fol. 223.*

Confirmatur argumentum sumendo à lege ad priuilegia, id est priuata legia seu  
priuatas leges vt diximus supra *lib. 1. quest. 1. n. 5.* Sicut enim inquit Modestinus *l. de-  
rogatur ubi Alciar. ff. de verb. sig. derogatur legi, cum pars detrahatur, abrogatur cū  
prorsus tollitur.* Item sicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, aut in vna sola  
parte recepta quoad illam solum obligat *Nauarrus in Manuali cap. 23. num. 40. &  
62. arg. l. qua de rota ff. de rei vendic.* Ita etiã in priuilegijs censendum est: Huc cō-  
ferunt quæ alibi notauimus de concilio pro parte recepto, quod pro parte tantum  
obliget non opus erit ea iterum hoc loci refricare *v. supra lib. 1. cap. 50. num. 29.* Item  
quod de stipulatione pro parte inutili adfert Bartholus *in l. certum conditio §. si num.  
mos num. 12. vers. idem est ff. si cert. petatur, & quod de dolo dante causam contractum  
bonæ fieri plures res continente adfert Baldus Nouellus tract. de dote par. 7. priuileg.  
35. n. 2. ubi late per l. scire debemus ff. de verb. obligat. & quod lex pro parte correctæ esse  
potest pro alia minime *Caualecan. decis. 30. n. 10 & 16. par. 2. ex istis enim hic articulus  
amplificari & confirmari posset.**



## QVAESTIO XIX.

Destructo loco exempto an censeatur amissa exemptio.

## SVMMARIVM.

1. Reperempta pereunt illius iura.
2. Collegium perit mortuis collegis.
3. Destructo loco exempto perit exemptio.
4. Civitas ad aratrum indicata perdit privilegia.
5. Quod verum est si fiat, autoritate superioris.
6. Fallit si alio transferetur.
7. Destructo ordine an pereant privilegia monasteriorum.
8. Destructa civitate an censeantur destructa castra.

**R**egulare est in iure quod perempta re pereant quoque illius iura tam actiua quam passiva late *Albertus Brunus tract. de interitu & perempt. conclus. 5. per tot.* Id enim in emphiteusi, usufructu, superficie, re commodata, pignorata, vendita, debita, aliisque eiusmodi decisum animaduertimus, quibus peremptis notum est perire etiam earum ius & obligationem l. 1. *C. de iure Emphit. l. sicut ff. quib. mod. pig. vel Hypoth. soluitur l. 1. & ibi not. C. commodati l. inter stipulante & sacram. & ibi no. ff. de verb. obligat. l. 2. ff. de usufr. l. fin. vbi Barth. ff. de superficie lat. Abb. Brunus d. conclus. 5.* Similiter si domus in littore maris fundata diruatur, Dominus amittit ius soli quod reuertitur ad primæuam suam naturam l. in tantum ff. de Res. diuisione l. *Aristo ff. eod.*

Item mortuis omnibus de collegio ius collegij extinguitur pereuntque eius privilegia fiuntque bona vacantia *Abb. cap. recolescentes de statu Monach. Archid. cap. in nullo 18. quest. 2. glo. DD. l. sicut §. fin. ff. Quod cuiusque vniuersit. DD. cap. ex iniuncto de noui oper. nunt. DD. l. si seruitutes §. si sublatum ff. de seruit. urb. prad. Bald. & Ang. l. proponebantur ff. de iuric.*

Vnde similitudine eorundem iurium dicimus destructo superioris auctoritate loco exempto perire etiam loci exemptionem *cap. Abbate vbi glo. Abb. & DD. de verb. signif. Innocent. d. cap. cum ex iniuncto nu. 2. vbi DD. de noui oper. nunt.*

Ratio est quia per eiusmodi destructionem fit mutatio status, & quædam velut capitis diminutio *Petrus de Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum.* sicut in ciuitate seu oppido dicitur quod auctoritate superioris condemnatum est ad aratrum *Bald. de pace const. verb. Imperialis numer. 8. & conf. 322. 367. num. 6. vol. 3. per tex. l. si usufructus ff. quib. mod. usufr. amitt. glo. cap. pastoralis 7. quest. 1. in verb. reuertaris.* Perdit enim omnes exemptiones, immunitates, & omnia iura *l. cognitiozum §. consumitur ff. de varijs & extra ord. cognit. Barth. l. jin.*

*num. 24. ff. de colleg. illis. affict. cap. 1. num. 12. cum seq. de capite Conradi Alex. conf. 43. n. 2. vol. 1. Curt. sen. conf. 26. nu. 4. glo. 6. priuilegium verb. priuilegium vbi Franc. num. 3. de Reg. iuris in 6.* Quod ipsum adeo verum est (inquit Innocent.) quod destructa Ecclesia, ciuitate collegio nemo amplius vocari debeat Canonicus seu Clericus, ciuis, collega per destructionem enim amissa sunt iura ac priuilegia ideoque prædicti tales esse desierunt *Innoc. d. cap. cum ex iniuncto num. 2. gl. d. cap. priuilegium per tex. cap. placuit dist. 1. de consecr. Bellon. conf. 1. num. 7. DD. vbi supra.* Declaratur primo id verum si destructio fiat auctoritate iuridica superioris *DD. vbi supra Barth. d. §. sacram. num. 10. & 11. cum Apostilla, Brun. d. tract. de interitu Concil. 5. nu. 13. Gaill. lib. 2. obser. 61. nu. 1. & 6.* Secus vero si violentia aut propria priuati auctoritate *glo. & Franc. d. cap. priuilegium & d. cap. pastoralis Gaill. d. obser. 61. numer. 6. & 7. Gregor. Sarrus in Thesaur. Theologia moralis par. 1. lib. 5. cap. 3. num. 16.* Ratio petitur ex Baldo quia eiusmodi locus destructus intellectu nostro siue aliquo materiali corpore dicitur viuere, eiusque animam sine corpore extare, ac proinde priuilegia sua omnia retinere, non secus quam de ciuitate dicitur quæ extincta à Tyranno vel hostibus nihilominus tamè superesse censetur *arg. l. mortuo ff. de fideiussor. l. hereditas ff. de petit. hered. Bald. in Margaritta verb. Ciuitas Innocent. d. cap. cum ex iniuncto Gaill. vbi supra nu. 7.*

Declaratur secundo nisi locus destructus alio in loco aificetur, tum enim suas & immunitates, exemptiones, suaque priuilegia retinebit *Bellonius d. conf. 1. numer. 5. Curt. d. conf. 26. Albericus d. l. si usufructus & DD. vbi supra.* Ratio est ex natura surrogatorum posterior enim locus sui rogatur in ius & priuilegia prioris *per tex. l. si eum §. qui iniuriarum ff. quis caut. vbi glo. in verbo danda, l. duobus §. 1. ff. de iureiur. Gaill. d. obser. 61. num. 8. præf. in locis loco a surrogatus late Brunus tract. de mutatione mens. 2. concl. 17. num. 69.*

Declaratur tertio id verum si priuilegium detur ordini, destructo enim ordine tollitur etiam priuilegium, Secus vero si datum sit v. g. monasterio seu possessionibus monasterij tunc enim destructo ordine non censetur amissum priuilegium *Abb. cap. Abbate nu. 16. in fine de verb. signif.*

Vnde (inquit Perrus de Perusio) si destruat ordo sicut fuit destructus ordo templariorum destructa etiam censebuntur omnia monasteria quæ sunt membra illius ordinis *tract. de mutatione status Ecclesiarum cap. 3. num. 12.* Tum quia mortuo capite pereunt membra *l. cum in diuersis ff. de relig. & sumptib. funerum.* Tum quia membra veniunt accessorie ad ipsum ordinem vnde non mirum si ordine destructo destructa etiam videantur membra, velut accessoria ordinis *Petr. de perus. vbi supra num. 12.* Secus autem iuxta Panormitanum *d. num. 16.* si membris quæ principaliter priuilegia sint indulta, Aliud de ciuitate censuit Baldus *cap. Imperialis nu. 9. cum Apost. de pace const. quæ destructa seu ad aratrum condemnata non ideo censebuntur eius castra seu membra ad aratrum condemnata per not. cap. felicinas de pænis*



Et si civitas de sent. excom. in 6. Bald. d. n. 9 cum Apost. Idque quia eiusmodi membra seu castra stant per se, ac eis æquæ principaliter privilegia concessa sunt ad quod conferunt quæ supra diximus quest. 17. par. 1. vers. secundo quod si ordo de participantibus in privilegijs aliorum quæ hic de civitatis causa nolo repetere.

Q V Æ S T I O XX.

Si locus restituetur an recuperabit exemptionem.

S V M M A R I V M.

- 1. Solemnitas eadem opus est in restitutione qua in concessione.
- 2. Quod restituitur nunquam est idem numero.
- 3. Res in pristinum statum restituta priora iura recuperat.
- 4. Servitus restituta non est nova sed pristina.
- 5. 6. Distinguerendum utrum locus destruitur auctoritate superioris aut a factis.
- 7. Item an cum spe restitutionis.
- 8. Pons destructus & per se restitutus recuperat privilegia.
- 9. Tantum adfert restitutio quam abstulit lesio.

**P**RO parte negativa possent varia adduci imprimis quidem quod solemnitas quoque requiritur in actu seu exemptione concedenda requiritur etiam in reparanda seu restituenda *lason rep. l. quominus numer. 189. ff. de summinibus Bald. l. si ut proponis 2. numer. 1. C. de nupt. & in Margarita verb. civitas latissime Brunus tract. de refectione conclus. 3. numer. 9. & seqq. vol. tract. 17.* Locus enim restauratus non est qui fuit sed novus, argumento eius quod de servio manumisso aut reditu extincto proponitur si enim in servitutem redigatur servus non idem homo qui fuit ante est, sed alius *l. servus legatus in fin. de adm. legat.* Et si si hyphorum usufructus legatus sit deinde massa facta & iterum si hyphi non tan illi sunt quorum usufructus legatus est *l. qui usufructum ff. de usufr. l. repeti s. rei mutatione ff. quibus mod. usufr. amittatur*, similiter si quis renunciet in corpore proprietarij usufructui & proprietarius effectus pleno iure Dominus usufructui restituat non idem est usufructus qui ante unitus & consolidatus fuit proprietari *l. si usufructus ff. de iur. dor. §. finitur inst. de usufr.* Quod enim restituitur nunquam est idem numero *l. repeti s. rei.* Pro affirmativa autem stat regula quod res in pristinum statum restituta priora iura recuperat *l. & Atlicinus ubi glo. fin. in fin. ff. de servit. rust. praed. cap. ab ex ordio cum glo. dist. 36. glo. cap. si de corpore 36. qu. ff. de res. l. & si forte in pr. l. loci §. fin. ubi stor ff. de servit. urban. praed. rura.* Si servitus confusa in pristinum statum restituta non est nova, sed pristina *l. si ei ff. Commun. praed. r. l. pap. ibi §.*

non potatur & c. ff. de servit. l. si quis ades ff. de servit. urban. praed. r. Bald. l. ius civile ff. de iustu. & iure in l. non modus C. de servit. & aqua Brun. conf. 79. nu. 5. & 6. ubi de restitutione feudi. Item delinquens restitutus in pristinum statum censetur etiam ad castra & feuda restitutus stor. d. l. loci §. fin. Brunus d. conclus. 9. numer. 70. in suo tract. de refectione.

Pro conclusione distinguendum est utrum locus destructus fuerit autoritate superioris sine spe refectionis, nullis remanentibus reliquijs, eo casu sublata sunt omnia illius iura, privilegia, & exemptiones *Abb. cap. Abbate num. 16. de verb. signif. Innocent. cap. cum ex iniuncto num. 2. de novi oper. nunt. Fel. cap. cum dilecta col. fin. vers. destructo monasterio, de rescr. Albert. Brunus tract. de mutatione & transfor. membr. 2. conclus. 16. nu. 68. per tot. vol. tract. 17. fol. 104. Petr. de Perus. tract. de mutatione status Eccles. in pr. num. 3 & 4. & cap. 3. doct. Bald. cap. imperialis num. 10. de pace const. Bald. in Margarita verb. civitas Alex. conf. 44. vol. 1. Bald. cap. 1. col. 1. de elect. Gaill. lib. 2. obs. 61. num. 4.* Ratio est quia actio semel extincta non reuiuiscit *l. qui res §. aream ff. de solut. l. moenius §. duobus de leg. 2. Abb. d. cap. Abbate num. 16.* Si vero locus fuerit destructus fatali casu, seu ab non habente autoritatem eo restaurato reuiuiscet etiam exemptio *DD. ubi supra Sayrus in summa Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 3. nu. 16.*

Ratio est inquit Baldus quia eiusmodi locus sine vilo corpore materiali viuit quodam intellectu & extat anima, ut ita dicam quasi sine corpore & retinet omnia privilegia *l. mortuo ff. de fideiussor. l. hereditas ff. de petit. hered.* Vnde per restorationem, privilegia exemptiones & cætera quæ durabatur habitu reducuntur ad actum ipso iure, Ita Bald. in Marg. vers. civitas Innoc. ubi supra facit rex. l. pater §. Tusculanus ff. de leg. 3. Est autem ratio differentia quia quando de iure destruitur, titulus cassatur at vero tacti calamitas nec ius nec titulum aufert nec nomen *l. servitutes §. si sublatum ff. de servit. urb. praed. ubi DD.* Vnde est ut civitas ab hostibus occupata, ac recuperata omnia sua iura & privilegia recuperet *cap. pastoralis ubi glo. pen. 7. qu. 1. Abb. & Canonist. ca. super eod. de censib. Brunus d. tract. de refectione concl. 9. in fin. Gaill. d. obs. 61.*

Declaratur tamen hæc conclusio quod si destructio facta sit autoritate superioris cum spe refectionis, aut translatio facta sit in alium locum eo casu retinentur omnia privilegia ut esse communem testatur Alexander *l. stipulantem §. sacram in fin. ff. de verb. obligat. Fel. cap. cum dilecta nu. 21. vers. quando autem de rescript.* Ratio est quia cum est spes restorationis locus durat habitu licet non sit actu *Bald. d. ca. Imperialis num. 9. & 10.* Ideo pro exemplo traditum est quod si pons aliquis destruetur ac restauretur privilegia pristina recuperabit *Bald. l. si plures col. 4. C. de cond. insert. & in l. 3. in fine C. de priuileg. fisci Brunus d. conclus. 9. in fine* Censetur esse enim idem pons habitu & surrogatione *Barth. & DD. d. §. sacram Brunus ubi supra.*

Declaratur secundo ut si civitas Ecclesia castrum aut collegium superioris voluntate, & licentia rex edificetur, & restauretur quod omnia iura & privilegia amissa recuperentur.



sa recuperabit, puta Cle. icos, ciues subditos, & statuta Bald. d. verb. ciuitas & in cap. i. num. 1. de Capitaneo qui curiam vendidit quia tantum adfert restitutio quantum abstulit laho tex. l. 1. C. de sent. pass. l. fin. §. fin. C. eod. l. quod si minor §. restitutio ff. de minorib. Distinguit tamen Afflictus cap. 1. num. 12. de capit. Conradi, An locus in totum fuerit destructus, an vero tantum pro parte, vt primo casu non recuperet priuilegia, cum non sit idem locus, sed nouus, rationibus quas in principio attuli Secundo vero quod recuperet, aucto iuribus de quibus apud eum vide Pal. d. cons. 21. vol. 4.

### Q V A E S T I O XXI.

Quid si locus mutetur ac in alium transferatur.

#### S V M M A R I V M.

1. Ecclesia Louaniensis, Thenensis, Diestensis translata sunt cum exemptionibus pristinis in aliam dioecesim.
2. Ecclesia, ciuitas, castrum retinet sua priuilegia si in alium locum transferatur.
3. Vt obligatio in aliam transfusa durat prior dispositio.
4. Bonorum translati odicitur fieri cum omnibus eorum oneribus, & priuilegijs.
5. Ecclesia translata an desinat esse exempta?

**E**xemplum Clerus secundarius Dioecesis Leodiensis exemptus est à iurisdictione ordinarij, à qua dioecesi dismembrati, & erepti fuerunt Thenenses, Louanienses, Diestenses, Arscotani, & plurimi alij translatique sub dioecesim Mechliniensem. Quæritur an Clerus Thenensis aut Louaniensis translatus fuerit cum suis priuilegijs & exemptionibus, ita vt exemptiones post translationem retinuerint. Huic quæstioni affirmatiuè respondetur *VVamensis cons. 63. n. 2 & cons. 64. n. 3. de iudicij per tex. c. ad Apostolatus, de concess. prebend. in extrauag. Ioannis 22.* Ratio est quia Ecclesia, ciuitas, castrum, collegium, aliaue loca retinent sua iura, priuilegia, & exemptiones, si superioris auctoritate in alium locum transferantur *glo. cap. priuilegium de reg. iur. in 6. Innoc. c. cum ex iniuncto. & noui oper. nuntiat. Alber. l. si usufr. ciuitatis ff. quib. mod. usufr. amitt. Alex. l. inter stipulantem §. sacram col. ult. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 43, vol. 1. Guill. lib. 2. obser. 61. n. 10. Brunus tract. de mutat. & reformat. memb. 3. concl. 3. num. 78.*

**A** simili si obligatio in aliam transfundatur, durat in transfusa prior iuris & hominis dispositio *Barth. l. cum stipulatus col. fin. in pr. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. de in litem iurand. Brunus d. tract. de mutatione, concl. 3. nu. 83.* Et si castrum aliquod sit in alium locum translatum, rustici tenebuntur illud custodire non secus quam prius *Alber. d. l. si usufr. Brunus d. concl. 3. num. 78. in fin.* Possent eiusce generis quamplurima in exemplum.

exemplum adferri, quæ si sit opus peti poterunt à dicto Bruno. Quorum omnium hæc est ratio quod bonorum translatio fieri dicatur cum omnibus eorum oneribus, & priuilegijs *per l. 2. §. 1. ff. de priuileg. l. tempus in fin. ff. de re iud. Fel. c. quia indiscante sub finem de prescrip. & tex. d. cap. ad Apostolatus.*

Pro cuius conclusionis vberiore disquisitione, & confirmatione conferunt ea quæ ex farragine infra citatorum Doctorem in hæc verba traduntur, Et quidem Philipp. Francus *in cap. cum persona §. si vero in fine de priuileg. in 6.* sic distinguit, Si quærat (inquit) de Ecclesia translata an desinat esse exempta quoad locum & ministros ibi remanentes, vel ad eam translata, & dic quod non, cum priuilegium sit reale, & duret, vt in cap. priuilegium de reg. iur. in 6. & ita procedit opinio Ioannis Andr. Aut quæritur de Ecclesia non exempta in quam est translata, & ministris ad eam translatis, & dicendum est quod ipsa ex hoc non efficiatur exempta, vel ministri ad eam translatis vt tenuit ipse Lapus cum exemptio non extendatur ultra quam verba disponant *cap. porro de priuileg. Ita ille, Rebuffus autem in praxi beneficiorum par. 1. tit. de translat. Episc. nu. 26. & seq.* Effectus translationis est (inquit) vt translatus ab vna Ecclesia ad aliam desinat esse Episcopus, vel prouisus illius primæ Ecclesiæ à qua transfertur *ca. in ap. bus §. Ecce 7. quæst. 1.* Alius effectus quod prior Ecclesia perdit priuilegia, & in aliam Ecclesiam transferuntur *glo. cap. si quis vult 16. quæst. 7.* quod est verum quando exemptio concerneret personam secus si priuilegium esset reale, seu concerneret rem *l. 2. §. 1. ff. de priuileg. cred. l. tempus in fin. ff. de re iud. Oldra conf. 257 incip. quod Domino num. 2. & sic vtraque Ecclesia erit Immunis sicut aliæ Ecclesiæ vt per tot. tit. de Immunit. Eccles. & puto etiam (inquit idem Rebuff.) quod ministri qui Ecclesiæ primæ seruiunt, erunt exempti, sicut ministri Ecclesiæ translatae *cap. per exemptionem de priuileg. in 6. Rebuff. d. tit. de translat. Episc. num. 19.* Quæ de re videtur etiam Lapus *allegat. 68. incip. quæris an liceat Holt. in sum. tit. de translat. num. 7. 10. Andr. cap. cum persona de priuileg. in 6. ca. decet de Reg. iur. in 6. ca. dilectus de capell. Monach.**

### Q V A E S T I O XXII.

Exemptio an amittatur si locus alteri vniatur.

#### S V M M A R I V M.

1. Conclusio quæstionis pendet ex triplici specie unionis.

**Q**uæstionem hanc prolixè examinat Ioannes Andreæ & Doctores *cap. cum persona §. si vero de priuilegijs in 6. lute glo. ubi Archid. cap. ex temporis 16. quæst. 1. ex quorum omnium dictis elicio sequentes diuisiones,*



Aut duæ Ecclesiæ simul vniuntur, aut vna earum alteri vnitur Primo casu quilibet Ecclesia retinet sua statuta, & priuilegia. Altero casu Ecclesia amittit sua priuilegia, & gaudet tanquam filia priuilegijs Ecclesiæ matricis cui vnitur, *facit tex. cap. cum dilectus de his que vsu metusue vbi glo. ver. Ecclesia Archid. d. cap. & temporis num. 4.* Item quando quæ ex duabus dignitatibus fit vna, nec altera alteri subijcitur, eo casu omnia committentur, clericique vnius erunt clerici alterius, eritque vnum collegium. Quandoque vero sic vniuntur ne vna alteri subijciatur, & tunc quilibet Ecclesia suam exemptionem, suam dignitatem retinet, puta si vtraque erat Episcopalis vtraque manebit talis, nec Canonici vnius erunt Canonici alterius *Archid. d. cap. & temporis per tex. cap. relatio 21. qu. 1.* Alij tamen articulatim magis distinguunt hoc pacto. Si Ecclesia quæ vnitur non sit specialiter exempta sed ideo quia Ecclesiæ totius ordinis sunt exemptæ, vt sunt Cistercienses tum per vniõnem censetur sublata exemptio, quia enim per vniõnem desunt esse de illo ordine, ideo desinit etiam exemptio quæ ratione ordinis competebat, quod procedit quando ordo superioris auctoritate sublatus est, vel in alium translatus, secus si deficient personæ vel loca *Io. Andr. c. statutum de elect. in 6. in glo. pen. nos. in reg. priuileg. cod. in 6. secundum Lapum notauit supra qu. 19.* Si vero Ecclesia sit specialiter exempta, & tunc si ratione ordinis eadẽ reperio quæ iam dixi, sed si nõ sit exempta specialiter ratione ordinis sed simpliciter, distinguendum est, an Papa expresserit cõpetere exemptionã surrogatis, an non, & tunc si Papa rescribit in via iuris communis, vt quia mandauit Ecclesiam de Religiosis alterius ordinis reformari, & tunc durat exemptio, & eximit surrogatos. Si vero rescripsit per viam gratiæ, vt quia Papa Ecclesiam concessit gratis certo ordini, vel collegio transferendo, vel vniendo. Item si Ecclesiæ, vel collegia sunt ad inuicem vnita, ita quod vna non subest alteri. Item si Ecclesia non exempta subijcitur Ecclesiæ exemptæ, durat exemptio respectu Ecclesiæ exemptæ *cap. cum capella de priuileg. lo. And. vbi supra.* Sed si vna Ecclesia subest alteri, puta Ecclesia non exempta subijcitur exemptæ, durat etiam exemptio *Io. And. vbi supra.* Et ipsa Ecclesia sic translata assumit naturam exemptæ *Lapus d. s. si vero not. cap. 2. de relig. dom.* Ecclesia enim subiecta sortitur priuilegia superioris, sicut filia matricis *cap. recolentes de statu Monach. Hostiens. in summa ne sede vacan. n. 5.* Durat ergo exemptio ipsius Ecclesiæ, quæ primo erat exempta *arg. c. decet de reg. iur. in 6.* At vero de Ecclesia quæ non erat exempta videtur dicendum, quod locus Ecclesiæ, & ministri ibi remanentes non hant exempti *arg. tex. & glo. cap. 1. de priuileg. in 6.* Cum exemptio non sit extendenda ultra verba & personas in priuilegio comprehensas, *casane c. porro extra eodem* Quo ad ministros tamen in exemptam Ecclesiam translatos bene extendetur exemptio *cap. per exemptionem de priuileg. in 6.*

Si vero Episcopalis sedes transfertur in inferiorem exemptam eidemque vnitur per hoc Episcopus non erit exemptus *latè Io. And. d. s. si vero Host. in summa de*

*ma de priuileg. s. quis sit effectus.* Si vero Ecclesia exempta vniatur Ecclesiæ non exemptæ, & in eam transferatur, seu eidem subijciatur, durat exemptio, cum priuilegium sit reale *per nos. cap. priuilegium de reg. iur. in 6.*

Sed Lapus *d. ca. si vero* contra quare tunc Ecclesia exempta assumat naturam non exemptæ *in cap. super eo, de præb. in 6.* & ita transit Petrus de Anchorano, & facit *glo. cap. ex temporis 16. quæst. 1.*

Paucis conclusio huius quæstionis pendet ex specie, seu qualitate vniõnis, quæ Doctorum omnium voto triplex est *glo. cap. 1. de sede vacante Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de vniõibus.*

Prima cum ex duobus beneficijs vnum fit, vt pote si sint duæ parochiales vicinæ destructæ vnici poterunt, vt vna fiat ex duabus, eoque casu exemptiones libertates priuilegia data vnicompetent & alteri, ita quod quæ humaniora & rationabiliora erunt, in altero seruantur, & retinebuntur in vnita. Sicut cum vnitur actio bonæ fidei, & stricti iuris, aut legata cum fideicommissis, actio enim vnita retinet ea quæ meliora erant in altera actiõne *l. unica. C. de rei uxor. act. l. 2. C. communia de legat. transferuntur enim omnia iura in Ecclesiam, seu rem cui fit vniõ, ita quod iura nomine illius exerceri debeant Faber. s. sed etiam nu. 2. sub finem inst. de fideicommissarijs hereditarijs, & s. in personam nu. 1. de act. l. unica C. de rei uxor. act. l. 2. C. communia de leg. in fin. c. medicamentum dist. 1. de pœnit. c. non est culpandus 32. qu. 1. glo. d. ca. 1. ne sede vacante, Rebuff. d. tit. de vniõibus nu. 11. Barth. l. 1. s. si cohæredem ff. ad l. falcid. v. Faber. d. s. in personam.*

Secunda vniõnis species est cum vna Ecclesia alteri subijcitur, & tunc illa Ecclesia cui fit vniõ erit superior, principalis vero vnita erit inferior & accessoria *Rebuff. d. tit. de vniõibus n. 12. glo. d. ca. 1.* Quo casu omnia priuilegia quæ competunt Ecclesiæ principali, competent etiam Ecclesiæ inferiori seu accessoriæ quæ vnita est *latè Barth. l. si conuenerit s. si nuda cum Apost. de pig. act. Curt. conf. 57. Alber. tract. de augment. conclu. 9. D. D. l. 1. de leg. 1. Rebuff. d. tit. de vniõib. num. 57.*

Tertia cum fit æquæ principaliter, hoc est, cum fit vniõ duarum Ecclesiarum, vt vtraque scilicet remaneat Episcopatus, vel parochialis sicut erat, & tunc vtraque Ecclesia dicitur æquæ principalis, sed vnus erit Episcopus vel Rector vtriusque Ecclesiæ, & tunc quilibet retinebit suas exemptiones, & sua priuilegia, & statuta *glo. & D. D. d. cap. & literis 16. quæst. 1. Barth. d. s. si nuda, Rebuff. vbi supra num. 15.* Quo in casu Ecclesia minus digna vniri non poterit digniori, nisi tamen accesserit specialis Papæ auctoritas *Rebuff. vbi supra num. 17.*

Quomodo autem cognoscatur an accessoriè, an vero æquæ principaliter sit vnita dubium est. Paucis id cognoscetur ex eo quod minus dignum est digniori accedere, illud enim dicitur accessorium. prout quoque si expresse actum sit quod Ecclesia vnita sit accessoria & subiecta, *cap. quod in dubis de consecrat. Eccles. arg. s. si tamen v. ff. de ver.*



de rer. diuis. Rebuff. ubi supra num. 19. vide Fel. cap. in nostra num. 30. de rescript.

Si vero non apparet quod alterum sit altero dignius, tunc dicitur unio a quæ principaliter facta, Panor. & DD. c. p. extirpanda §. qui vero, de præbend. nisi de consuetudine aliud seruaretur, quæ est optima rerum interpretatio l. si de interpretatione ff. de legib. Rebuff. d. ut. de unionib. num. 20. Fel. d. cap. in nostra, ubi clarè & doctè.

### QVÆSTIO XXII.

Vtrum reuocata vnione censeantur etiam exemptiones restitutæ.

#### SVMMARIVM.

1. Reuocatio unionis sapit restitutionem in integrum. 2. Qualitas per unionem extincta reuiviscit non factò hominis sed legis.

**V**Tique, nam reuocatio unionis se habet aliqua ex parte ad instar restitutionis in integrum, per tex. cap. 1. in verb. monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, ubi DD. ne sede vacante Petr. de Perusio tract. de reuocat. unionis ca. 7. num. 4. vers. sed iuxta Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de union. reuoc. num. 43. Bald. c. imperialis num. 10. vers. quid ergo, de pace const. Per quam omnia reducuntur in veterem statum, ita vt quantum abstulit unio, tantum etiam reddat illius reuocatio arg. l. quod si minor §. restitutio ff. de minor l. unica C. de reputat. que sunt. glo. d. cap. 1. Vnde elicitur est concors doctorum regula. Cuius conditionis, & qualitatis erat Ecclesia ante unionem, illius eiusdem conditionis, & qualitatis fiet seu redintegabitur vnione reuocata DD. d. cap. 1. Petrus de Perusio d. cap. 7. num. 1.

Hinc si Ecclesia vnita antea erat sub Patrono, dissoluta vnione ius patronatus redibit ad Patronum. Item si Ecclesia erat sine cura, aut curata, Baptismatis, collegiata, secularis, regularis per dissolutionem eiusmodi unionis recuperabit istas primæuas qualitates, Perusio ubi supra Rebuffus ubi supra num. 28. & seq. Nec obstat quod qualitas per unionem extincta, ad instar actionis reuiviscere non possit, arg. l. qui re §. arcam ff. de solut. l. Mœnuu. §. duobus, de leg. 2. l. homo liber ff. de statu hominum.

2. Quia qualitas per unionem extincta reuiviscit non factò hominis sed ex dispositione legis. d. cap. 1. Perusio d. cap. 7. n. 3. Porro quod sub initium dixi, dissolutionem unionis se habere aliqua ex parte ad instar restitutionis, id ideo est quia reuocatio non trahitur retro ad tempus factæ unionis, sed consideratur habito respectu tantum ad tempus reuocationis: Id circo gesta ante reuocationem ope restitutionis non irritabuntur, Perusio d. cap. 7. n. 4. & 5. Huic quæstioni inseruiunt quæ supra hac eadem parte attuli. quæst. 20. quæ nolo hic repetere.

QVÆ.

### QVÆSTIO XXIV.

Quid si Ecclesia exempta mutet statum.

#### SVMMARIVM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Monasterium reductum ad statum secularem retinet suam exemptionem.     | 4. Ecclesia aut calix quando dicatur profanatus.            |
| 2. VVamensis sentit contra Panormitanum.                                  | 5. Distinctio an exemptio competat ordinis, aut monasterio. |
| 3. Remanente principali parte rei de qua disponitur dispositio non perit. | 6. Discrimen inter Cathedralis, & inferiores Ecclesias.     |

**Q**uemadmodum Imperatorijs legibus commutatione status qui in libertate, ciuitate, familia consistebat, homo capitis diminutionem pati dicebatur §. primus, & seqq. instit. de capit. diminut. eadem ratione ciuitates, oppida, loca, castra, collegia, superioris auctoritate destructa, seu ad aratrum condemnata statum mutare dicuntur, patique maximam capitis diminutionem, & proinde omnia iura, immunitates, exemptiones, & priuilegia amittere. Gaill. lib. 2. obs. 61. nu. 3. Bald. cap. imperialis nu. 9. & seqq. de pace constant. vt dictum est satis supra eadem hac parte, quæstione decima nona, & aliquot sequentibus. Hoc loco breuiter inquirendum est quid si status Ecclesiæ exemptæ mutetur, hoc enim pacto quadatenus videtur oriri quædam capitis diminutio, qua præcipuè maxima & media iura, ac priuilegia ciuilia amittuntur, Ang. §. cum aut. m. nu. 7. inst. quib. mod. ius patriæ potest. collis. §. minor num. 1. instit. de capit. diminut. per l. 2. l. tutelæ §. fin. ff. eodem tit.

Paucis licet eiusmodi status mutatio diuersimode & plurifariam oriatur ad duas tamen potissimum species omnes modi reduci possunt. Prima cum Ecclesiæ adjicitur noua qualitas quæ antea ei non adhaerebat, aut ab ea detrahitur, videlicet si Ecclesia sine cura erigatur in curatam, ex parochiali fiet Baptismalis, ex regulari secularis ex non collegiata collegiata, late Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de erect. Eccles. & seq. Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum. Secunda cum status & conditio Ecclesiæ prius immutatur, cuertitur, atque destruitur Rebuffus & DD. ubi supra.

Priori specie non amittitur exemptio secundum Panormitanum c. dil. eius n. 9. de Capell. Monach. his Verbis, Nota quod licet monasteriū mutet statū de regularibus ad seculares non per hoc mutat subiectionem, nam remanet Ecclesia subiecta illi, cui primo subieiebatur licet in alijs mutet morem arg. cap. recolentes de statu regul. Et hoc tenet hic Innocent. & eam. inter DD. quod bene notabis. Ex hoc enim

M m

enim



enim infertur quod si aliquod monasterium exemptum ex defectu Monachorum, reducitur ad statum sæcularem, quod Ecclesia remanebit exempta sicut prius, Ita ille. Contra quem longè & late sentire videtur VVamefius *cos. f. 62. nume. 2. & seqq.* sentiens Collegiatam Ecclesiam quæ exempta est in Cathedrali commutatam exemptionem amittere, vt & si ex vnus ordine in alium transmutetur, ex quo priuilegia semper intelligi debeant inquit Rebus sic stantibus & in primo statu remanentibus *l. quod seruius & ibi DD. ff. de cond. caus. data l. cum quis. vbi Castr. l. si cum Cornelius ff. de solutionib. & quia concessionem Principum referuntur ad statum præteriti temporis, & non ad mutationem quæ postea inducitur cap. venientes de iurciurand.*

Ratio Abbatis est quia quando remanet potissima seu principalis pars rei de qua disponitur dispositio non perit, sed habet in ea effectum, licet forma quæ suberat tempore dispositionis perierit *Albert. tract. de mutat. & transformat. memb. conclus. octaua, arg. l. si grege in fin. de leg. 1. l. domo de pig. act. Dyn. Barth. Imol. Cuncto Castr. l. mortuo boue ff. de leg. 2. late Albert. tract. de interitu & perempt. conclus. 6. numer. 23. & seqq.* Vnde Ecclesia, seu ædes sacræ non ideo prophanantur, seu delinunt esse sacræ, quod aliqua ex parte exustæ, seu destructæ sint, nisi destructio facta sit funditus, & quod parietes interiori, & exterius perierint *cap. Ecclesis vbi glo. de consec. dist. 1. cap. de Fabrica, ibidem.* Et calix effractus si aliquid calicis retineat non ideo desinit esse sacer *glo. Auth. prætereo C. de sacros. Eccles. Albert. d. conclus. 6. numer. 28 in fin.*

Confirmatur ex ijs quæ supra diximus *ead. lib. quæst. 19. numer. 7.* Exemptionem datam monasterio non perire etiam si pereat, vel immutetur ordo monasterij, hocque pacto puto intelligendum VVamefium vt cenfeat de exemptione concessa ordini *v. d. quæst. 19. numer. 7. & seqq.* Posteriori vero specie amittitur exemptio, *Bald. de pace const. §. imperialis nu. 9. & 10. dixi late supra qu. 19. & seqq.* Ratio est quia sublata persona, vel re cui beneficium concessum est priuilegium amittitur, *arg. l. postquam in pr. ff. ut leg. nomine caueat, linter cidit. ff. de condit. & demonstr. l. quidam ff. de iure codicill. DD. linter stipulantem §. sacram ff. de verb. obligat & late supra d. q. 19. Innoc. cap. 2. de noui oper. nunt. Petr. de Perusio tract. de mutat. status Eccles. in pr. n. 3 & 4. Hostiensis summa, de priuilegijs nu. 5. vers. Reale.*

Porro quod initio dixi de translatione, & immutatione Ecclesiarum in aliam formam, discrimen statuendum est inter Ecclesias inferiores, & eas quæ in Cathedralibus immutantur. Illæ enim cum priorem statum planè non immutent, facilius pristina iura & exemptiones retinet, *tex. cap. ad Aposto- latus de concess. præbend. in extrauag.*

Ioannis 22.

Q. V. A.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXV.

Collegio sublato an cenfeat sublata illius exemptio.

**D**estructo superioris autoritate collegio perire omnia illius priuilegia tradidit Bartholus *l. fin. num. 24. ff. de colleg. illicit. per l. cum r. usufructus ff. quib. mod. usufr. amitt.* Videtur enim tam pati maximam capitis diminutionem & ideo eius omnia priuilegia, exemptiones in totum consumuntur *per l. cognitionum, in fine ff. de varijs & extra. id quod adhuc aliquoties supra notauimus, adiecta aliqua distinctione quam hoc loco non statui repetere, eadem parte quæst. 19. & seqq.*

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXVI.

Singularis seu vnus de collegio an impedire possit ne cæteri præiudicent exemptioni.

### S V M M A R I V M.

1. Vnus impedit ceteros ne exemptioni præiudicent.
2. Idem fauore libertatis statutum est.
3. Collegium auferre non potest vnus Collegæ.
4. In re communi potior est conditio prohibentis.
5. Maior pars non præiudicat minori in rebus communibus & singulis.
6. Vnus solus d. Capitulo nitens bona ratione præualet omnibus alijs aduersantibus.

**L**icet sit pro regula quod maior pars collegij decernere, statuere, derogare, abrogare possit in præiudicium partis minoris *c. cum omnes vbi Felin. n. 17 & summissime Doctores de const. excipitur tamen in hoc articulo nisi collegium, seu capitulum vellet aliquid statuere contra priuilegium seu exemptionem, tum enim vnus solus potest contradicere, atque illud impedire Abb. cap. veniens num. 21. post pr. de præscript. vbi etiam Felin. num. 4. vers. dum allegat Fel. cap. cum omnes numer. 18. vers. fallit secundo de const.*

Ratio duci potest à simili, Etenim exemptio est quedam libertas, vt in principio huius tractatus probatum est, dum vero tractatur de reuocatione libertatis in seruitutem vnus solus impedire potest maiorem partem, *Lud. Rom. in rubr. de arbitris coll. 17 per l. si quis hac §. quoties ff. qui & a quibus.* Hoc vt quibusdam placuit fauore libertatis specialiter licet, *Ang. & alij d. l. si quis Fel. d. num. 18. vers. quinto.* Illud autem fauore sanctæ Sedis cuius interest plurimos esse immediatè subiectos *Rebuff. resp.*

M m 2



resp. 142 per Clem. Pastoralis de re iudic. § dixi par. 1. quest. 1. Castr. cons. 431. n. 3. vers. prætere cap. 1. fol. 223. Adhæc militat quæ subuliter adfert Romanus cons. 352. num. 12. & seqq. Quod collegium seu quævis communitas auferre non possit collegæ aut subdito ius quæsitum sine causa, l. priuatus ff. qui & à quibus l. toties in fin. ff. de public. licit. licet ( inquit ) ex causa id facere possit l. Antiochenis ubi Barth. ff. de priuileg. cred. l. venditor § constat. ff. communia prædior. l. si locus § in ff. quemad. ser. amitt. Rom. d. cons. 312. nu. 21.

4 Item quod in re communi potior sit conditio prohibentis c. in re communi de reg. iur. in 6 l. Sabinus ff. comuni diuidendo. ac alia quæ prolixè adfert Petrus à Bixato in directorio electionum par. 3. cap. 18. per tot. dum probat quod in electionibus forma compromissi possit per vnū solum ex electoribus prohiberi quæ hic prætereo.

5 Postremo stat Theoria quod maior pars non præiudicet minori in rebus communi diuidendo.

Quam Nauarrus alibi exornauit tract. de redditibus Ecclesiasticis quest. 1. monit. 50. nu. 8. Donatus in communib. conclusion. lib. 5. verb. factum. quippe quod omnes tangit debet ab omnibus approbari ca. quod omnes ubi DD. de reg. iuris in 6. Quibus conuenit Doctrina Archidiacon. cap. Episcopum nu. 2. cum Apost. dist. 61. tradentis vnum solum de capitulo nitentem bona ratione omnibus alijs sibi aduersantibus præuallere, quod doctores latius alibi tradiderunt cap. cum omnes, de constet.

6

### QVÆSTIO XXVII.

Exempti à procuratione legatorum, an exemptionem amittant contraria temporis præscriptione.

#### S V M M A R I V M.

1. Exemptio à procuratione legatorum præscribitur.
2. Visitatio & procuratio sunt conuertibilia.
3. Cum antecessor est impræscriptibile, idem etiam & consequens.
4. Protestatio quid in solutione procurationis operetur.
5. Solutio redditus cum protestatione.
6. Alij effectus protestationis.
7. Protestatio an reueniat si alius ei non consentiat.

**A** Pud Romanos heteroclitico nomine præbenda in plurali numero dicebatur ligna, scilicet eiusmodique necessaria quæ parochi legatis publicè missis exhibere cogebatur, Robert. Stephanus in dictionario verbo, Præbenda Al. l. 2. parer. cap. 43. Gellius lib. 15. cap. 4. Plaut. in Persa. quod hodie nouo nomine apud Doctores procuratio

procuratio nuncupatur re. cap. cum instantia cap. cum venerabilis, cap. procuratio de censib. cap. cum effi. ij. de præscript. iur. de ca. 10. Francisci tract. de visitatione par. 1. qu. 9. per tot. quæ nihil aliud est, quam exhibitio eorum quæ necessaria sunt ad legitimam visitationem obeundam. Porro licet præscribi nullo tempore possit, vt Ecclesia visitentur, aut vt procurationem non soluant proprio Prælato visitanti, l. ca. cum instantia & d. cap. cum ex officij & infra lib. 4. quest. 23. late & doctè Molina de iust. & iure tomo 1. tract. 2. disputat. 79. fol. 326. litera E. vers. obedientia, & disput. 85. fol. 358. litera A. in fin. Alius tamen præscribere poterit aduersus Prælatum, vt ad ipsam subditi talis prælati pertineant & vt ab ipso visitentur, ipseque procuratio, non autem antiquo Prælato debeatur. Molin. vbi supra.

At vero maior est difficultas si Ecclesia aliquo priuilegio speciali exempta sit à visitatione & procuratione Episcopi, alterique Prælato subiecta, an soluendo annis quadraginta procurationem renunciat quoad hoc in Episcopi potestatem, certè Bartholomeus Brixensis in questionibus dominical. quest. 14. vol. tract. 17. vtramque in partem id disputado examinat. Mihi certe videtur quadragenaria præscriptione eiusmodi exemptionem à procuratione amitti rationibus quas eadem hac parte attuli nolens hoc loco eas repetere quest. 12. & seq. per cap. si de terra, & ca. accedentibus, de priuilegijs Barth. l. 1. & 2. C. de his qui sponte ciuilia munera lib. 10. Illud breuiter hic notandum visitationem, & procurationem esse conuertibilia ac habere se velut antecedens & consequens. Vnde sicut tertius præscribere potest contra tertium visitationem, nempe vt ipse ad exclusionem Episcopi visiter eius subditos, ita etiam præscribere poterit procurationem. Quod si non sit præscripta visitatio, nec etiam censebitur præscripta procuratio. Præterea quemadmodum subditus non præscribit contra visitationem Episcopi, nec auditur nisi articulet de alio Prælato qui visitationem præscripserit, ita quoque non præscribit contra procurationem. Quando enim antecedens, seu principale est impræscriptibile, tunc etiam consequens, accessorium, vel connexum præscribi non potest Abb. ca. cum ex officij, 3 de præscript. ca. auditis cap. cum olim cap. cum non liceat ubi DD. eod. tit. Præses in loco à destructione antecedentis ad destruct. conseq.

Porro limitanda est conclusio hæc principalis nisi in solutione procurationis interiecta fuisset protestatio de non præiudicando exemptioni, quæ quidem protestatio tantæ est energię, vt in Episcopo inducat malam fidem, impediatur præscriptionem, faciat solutionem præcariam, ac factum rectum conseruet ius protestantis, Laur. Calcaneus cons. 18. incip. ad primum videtur dicendum, col. 2. adde latius infra lib. 4. quest. 66. num. 2. Cuius ea est ratio quod actus suapte natura voluntarius prolixior obligationem inducere non possit quam actum sit l. voluntarie C. de excusat. iur. vbi Faber & DD. Alciat. l. 1. C. de edendo idque non modo in petitorio sed nequidem in iudicio possessorio. Vnde licet vnica solutione, redditus seu alterius



- qualiscunque præstationis personalis acquiratur interdictum retinendæ, vt in futuram ad contumacionem agi possit. *Molin. de usuris quest. 20. numer. 208. & 209. Gri-mand. des usures lib. 1. cap. 20. Alber. & Aiccat. l. si certis annis in ver. imposterum C. de pact. Alex. cons. 113. vob. 1. Guid. quest. 407. Abb. ca. cum Ecclesia numer. 23. & seq. de causa possess. Petr. Iacobi in libello super pensione vel redditu versitem credo. Attamen quantumuis repetita solutio adhibita protestatione, quod soluens nolit induci in quasi possessionem solutionis prodest, vt contra soluentem non possint intentari interdicta retinendæ, seu agi ad continuationem solutionum *Alex. d. l. si certis annis verb. nisi Clarus de Emphiteusi, quest. 10. nu. 1. Gigas de pensio quest. 73. in fine Bellenc. tract. de charit. subsid. quest. 61. Abb. d. cap. cum Ecclesia numer. 24. Menoch. lib. 1. præsumpt. 75.**
- 6 Sic immunis à collectis si semel soluit quoad possessorium in futuro sibi præiudicat nisi fuerit protestatus *Abb. cap. cum accessissent. numer. 7. de constst. Antiboli de muneribus par. 3. numer. 37. cum seq. vers. sed pone ac immunitatem habens soluens cum pacto quod æquit sibi præiudicari sibi non præiudicat. Gigas de pensio. quest. 71. nu. 2.*
- 7 Quod tamen temperandum est si Episcopus protestationi consenserit, alioquin enim protestatio non videtur soluentem eximere à quasi possessione in futurum soluendi. si creditor cui fit solutio protestationi non consentiat, cum sit contraria auct. *Laurent. Ssiluanus tract. de feudi recognit. quest. 81. Ratio est quia protestatio contraria facta in dependentibus à consensu duorum non valet, si consensus alterius non accesserit Abb. & DD. c. cum M. de constst. Barth. & DD. l. non solum, §. marce. de noui operis nunt. Siluanus ubi supra.*

### QVÆSTIO XXVIII.

Exemptione concessa habitantibus certi loci an si habitantes locum mutant amittatur exemptio.

#### SVMMARIVM.

1. Distinguendum an exemptio concessa sit contemplatione personarum aut rerum.

**P**RO parte negatiua est quod eiusmodi exemptio videatur concessa loco contemplatione personarum quæ proinde personam comitari debet, etiam si ex loco migret, quemadmodum de exemptione concessa dignitati, quæ durat licet cessauerit dignitas, idque in memoriam eius pristinam *l. fin. ff. de decurio l. atatem §. fin. ff. de censib. Decius l. in omnibus causis § 9. numer. 14. 15. 16. 17. 18. ff. de reg. iur.* At vero è contra concessio videtur data intuitu loci, quo fit vt eo mutato cessat dispositio. Cessante enim causa priuilegij cessare debet priuilegium. *Decius d. numer. 18. dixi eod. l. lib. cap. 7.* Distinguendum est vtrum indultum sit contemplatione personarum, an

vero

vero loci. Priore durat extra locum, posteriore minimè *Petrus Antiboli tract. de muneribus, par. 3. principali numer. 44.* In dubio autem (inquit ibi Antiboli) credo durare, si ex iusta causa mutetur locus *arg. l. cum vnus §. fin. cum l. seq. ff. de bon. autor. iud. possid. l. alumna, §. ab heredibus ff. de adim. leg. l. filia §. titia ff. de condit. & demonstr.*

### QVÆSTIO XXIX.

Exemptio an perdat si ex post facto fiat damnosa & alteri præiudicialis.

**V**Tique sunt enim hac de re similes textus *cap. suggestum de decimis, cap. si quid per. de verb. sig. idque quia superueniente noua causa, ex nouitate rerum, & temporis nouanda quoque sunt. atque immutanda priuilegia ca. videntes 12. quest. 1. cap. non debet. de consang. & affinit. tex. l. si hominem ff. mandati.* Cuius ratio est, quia priuilegium rescindi debet, ne tertius ex illo lædatur *l. quoties, de pracib. imper. Rebuff. ad const. reg. tit. de rescript. numer. 165. Fel. cap. 2. de rescript. quod adeo verum est, vt quam cito concessio, vergit ad iniquitatem, tam cito corrumpat Abb. d. cap. suggestum, ubi add. & in cap. per nauale de verb. sig. DD. l. ex facto ff. de vulgari & pupillari.* Quo respexisse videtur Concil. Trid. cum exemptiones multis in articulis reuocauit, restituitque ordinario in exemptos delegatam seu Apostolicam auctoritatem, *v. Abb. & DD. cap. peruenit de consang. & affinit.* Ideo (inquit) quod perturbatione adferant in ordine & regimine Ecclesie, *Conc. Trid. sess. 24. cap. 11. de resor.* Ita tamen hæc omnia si reuocatio, aut sententia intercedat *vide infra quest. 31. in negotio patiente moram alioquin secus secundum tradita alio in loco lib. 1. qu. 12. nu. fin. & li. 4. qu. 1. nu. 4.* Denique priuilegium etiam Ecclesie indultum non includit casum publicæ utilitati repugnantem. *Præses in locis legal. loco à persona ad locum.* Quia publica utilitas est cuiuslibet priuilegio etiam Ecclesie præferenda. *Præses ibid. l. iubemus nullam nauem C. de sacros. Eccles. Felinus cap. causam qua & cap. nonnulli numer. 16. de rescript.*

### QVÆSTIO XXX.

Si Papa iudicet, contra exemptionem, an censetur eam reuocasse.

#### SVMMARIVM.

1. Pontifex ex certa scientia iudicans contra exemptionem, an censetur eam reuocare.

Quæstio



**Q**uestio hæc non parum pendet ab eis quæ supra libro secundo *quest. 40.* attulimus, quæ nolo hic refricare. Satis sit breuiter hanc quæstionem affirmatiuè concludere, si Papa id faciat ex certa scientia *tex. cap. suborta ubi glo. & DD. cap. suggestum, de re iudic. Abb. c. 1. num. 19. eod. tit. Abb. cap. suggestum, de decimis Spec. de instr. edit. s. nunc autem videndum nu. 12.* Secus autem si sententia lata esset ab Episcopo, quia tanquam à non iudice ex nullitate impugnari posset & etiam post cursum longi temporis *dixi supra d. quest. 40. Card. Clem. 1. quest. 14. de re iud. Dec. conf. 38. n. 7.*

### Q V Æ S T I O XXXI.

An ad priuationem priuilegij opus sit sententia declaratoria.

**P**riuilegium apud Doctores disputatur an ad priuationem iuris, aut priuilegij opus sit sententia declaratoria, qua de re compendij gratia videri poterit Gallus in suis obseruationibus imperij *lib. 2. obs. 51. & Rebuffus de priuileg. Scholar. priuilegio 140. numer. 2. tradens ad priuationem priuilegij opus esse in citatione.* & collectatius dicens priuilegium per superiorem esse temperandum, non autem propria autoritate contrahendum, *in cap. suggestum in pr. de decimis 10. Andr. Clem. 1. eod. tit.* Item quæ apposite notauimus supra *eod. lib. quest. 7. numer. 4.*

### Q V Æ S T I O XXXII.

Excommunicatus an priuilegio exemptionis priuatus censeatur.

**O**missa disputatione censeo priuatum non censi. Ratio sumitur ab Analogia Clericorum ad exemptos, Clerici enim excommunicati priuilegium fori item *cap. si quis suadente diabolus 17. quest. 4. ac* communitatis Ecclesiæ non amittunt, *Innocent. cap. si vero num. 3. de sent. excom. ubi Fel. num. 2. Abb. ca. penult. num. 8. de immunit. Eccles. Nauarr. in Manuali cap. 27. numer. 79. valde late Gregorius Sayrus in Thesuro Theologiae moralis par. 1. lib. 2. cap. 10. numer. 15. 16. 17. 18. 19. Nauarrus conf. 9. numer. 6. de cleric. excommun. par. 2.* Vnde idem videtur statuendum in exemptis. *vide supra lib. 1. quest. 45. num. 5.* Tum quod exemptiones concessæ sunt ad coercendam violentiam ordinariorum, ac eorundem exemptorū tutelam,

tutelam sanctæ que sedis fauorem, *dixi supra lib. 1. quest. 1. num. 13. & seq.*

Tum quod excommunicati non amittant iura, & beneficia defensionis, & tutelaria, *cap. intelleximus de iudic. cap. cum inter cap. fin. de except. late Sayrus d. lib. 2. ca. 8. n. 12. & 13.* Tum quod culpa, & delicto exempti præiudicium fieret iurisdictioni immediatæ Pontificis quam habet in exemptos, cuius interest habere multos immediate subiectos, *dixi supra lib. 1. quest. 1. num. 17.* quod iuris ratio non admittit *cap. non debet de reg. iur. in 6. dixi supra lib. 1. cap. 36. num. 4. & lib. 3. quest. 12. num. 4.* Tum quod per excommunicationem communitas loci exempti non perdat nec etiam prætextu excommunicationis extrahi quis potest, *Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 19. vers. tertio. Sayrus d. cap. 10. num. 19. ubi id latius probat.* quibus aduersari quosdam infra scripsimus *lib. 4. quest. 65. ubi recensuimus aliquos priuilegiatos, & excommunicatos communitate Ecclesiæ non gaudere quod ibidem expendimus: Præterea interdictam Ecclesiam ius suæ immunitatis amittere. Preses Euerardi in locis legal. loco à persona ad locum in fine.*

### Q V Æ S T I O XXXIII.

Actus contra priuilegium, seu exemptionem gestus an sit ipso iure nullus.

#### S U M M A R I V M.

1. Actus contra legem gestus est nullus.
2. Secus contra priuilegium.
3. Idque nisi habeat clausulam irritantem.

**R**egulariter actus contra legem gestus est ipso iure nullus, *cap. vides dist. 10. l. 1. non dubium, ubi DD. C. de legib.* non autem ita in actu contra exemptionem, seu priuilegium gesto, qui tenet mero iure, licet veniat retractandus *Fel. cap. suborta num. 15. in fin. de re iud. Abb. c. considerauimus in nos 2. de elect. Petr. à Briaxio in direct. elect. par. 1. cap. 3. per tot.* Ratio differentiæ est, quia iura communia concernunt rem publicam, nec à quoquam possunt ignorari, at vero priuilegia consistunt in facto, efficiuntque res priuatas *cap. priuilegia dist. 3. Barth. l. quod nerna ff. de posit. dixi supra lib. 1. cap. 1.* Limitanda autem est hæc conclusio, nisi priuilegium habeat adiunctam clausulam irritantem. Cum enim huiusmodi decretum in contrarium gestum penitus irritet, afficiatque etiam ignorantes, ea non modo erunt in causa cassationis sed etiam ipso iure nulla, *late Doctores & Vanus quem infra citauimus lib. 4. q. 63. tex. cap. dudum cap. quodam, de prebend. in 6.*




## QVÆSTIO XXXIV.

Renunciari an possit exemptioni?

**D**istinguit Angelus in § idem iuris, num. 44 instit. de except. inter exemptiones toti alicui ordini, aut particulari personæ concessas: vt concessis toti ordini renunciari nequeat; at vero, si particulari personæ exemptio concessa est renunciari possit, eamque refert Albericus in l. si quis in conscribendo C. de pactis. cōmunem doctorum esse sententiam: Quam sequeretur si exemptiones principaliter renunciantis personam respicerent; At vero cum hætenus persæpè ostenderim lib. 1. quest. 1. num. 15. 17. & seq. exemptiones non modo odio ordinariarum, sed etiam favore sanctæ Sedis esse institutas, nō video quomodo exemptus in præiudicium Papæ cuius interest Rebuff. resp. 142. dixi d. quest. 1. numer. 17. privilegio huic renunciare possit: & ita in imperialibus exemptionibus concludit Gaill. lib. 1. obs. 40. dixi supra lib. 2. qu. 7. num. 2. & seqq. à quo non discedo, subiungens omne id pendere ex natura privilegij, ad quam semper vti ad scopum collineandum est cap. porro, de privilegijs adde supra lib. 1. quest. 2. num. 9. & 10. diiudicatioque semper faciendā ex mente principis concedentis d. numer. 9. & 10. & eod. lib. 1.

quest. 4. num. 2. quest. 43. nu. 2. quod ipsum in hac exemptionum Canoniarum materia obtinere non raro supra tradidimus.



PARS

## P A R S Q V A R T A.

Quæ est miscellaneorum.

## QVÆSTIO PRIMA.

Exempti qua solemnitate possint res suas alienare.

## S V M M A R I V M.

1. Solemnitates in alienatione rerum Ecclesiasticarum requiruntur in alienatione rerum exemptarum.
2. 6. In exemptis requiritur auctoritas summi Pontificis.
3. Exempti iur. ant. se non alienaturos sine auctoritate Pontificis.
4. In exemptis immediate Pontifici non subiectis non requiritur Papa auctoritas.
5. Quia illorum immediatus superior habet iura quasi Episcopalia.
7. Quando duo in iure parificantur dispositum in uno censetur dispositum in alio.
8. 10. Fallit conclusio si exempti habere superiorē remotum.
9. Item in casu necessitatis, vel si sit periculum in mora.
11. Præterea si superior absit.
14. Ratificatio sequi debet alienationē quæ ratione necessitatis facta est omissis solemnitatibus.



**N**EMINI non sunt nota solemnitates quæ interueniant oportet in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quas DD. quibusdam in locis studiosissimè persequuntur in cap. sine exceptione 12. qu. 2. tot. tit. de reb. Eccles. alien. vel non. & ibidem Franc. in cap. dudum eod. in 6. ubi late DD. Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Ecclesiis. An autem hac in exemptionum materia aliquid singulariter statutum sit quæstionis esse posset quam aliquot conclusionibus expedio.

Prima conclusio quæcunque in alienatione rerum Ecclesiasticarum statuta sunt eadem etiam in exemptionibus Canonicis obtinent nisi aliter contra dispositum inueniatur Franc. late d. cap. dudum per tot. Fumus verb. alienatio per tot.

Secunda in exemptis qui immediate summo Pontifici sunt subiecti præter solemnitates & legitimam alienandi causam requiritur decretum licentia seu immediata auctoritas summi Pontificis doct. Castrensis Auth. hoc ius porrectum num. 3. & 4.



C. de sacros. Ecclesiis Nauarrus conf. 5. tit. de rebus Eccles. non alienand. Clement. 1. ubi Cardinalis & DD. item glo. in verbo proprii de Reb. Eccles. non alien. Idque intelligendum est in alienatione rerum suarum secus vero in autoritate præstanda subditis Redoanus de alienat. ver. Eccles. qu. 41. nu. 71.

3 Ratio est tum quia eiusmodi exempti iurant se nihil alienaturos sine autoritate Summi Pontificis Histien. cap. cum tempore de arbitris Martin. Landens. tract. de privilegiis & rescript. quæst. 92. per cap. ego de iure iur. Castrens. d. num. 4. tum quia non habent immediatum aliquem superiorem præter Papam cui subijciuntur à quo proinde autoritatem postulare debent ut & cætera omnia quæ iurisdictionis esse supra varijs in locis recensuimus Franc. d. cap. dudum numer. 33. post med. de rebus Eccles. non alien. in 6.

4 Tertia conclusio exempti à iurisdictione ordinarij non tamen immediate subiecti summo Pontifici seu alteri cuidam Prælato habenti iura quali Episcopalia non opus habent in alienatione licentia Summi Pontificis si d. satis est si interueniat licentia illius Prælati cui immediate subijciuntur Castrens. d. num. 3. & 4. Nauard. consilio 5. Card. d. Clem. 31. & ibid. glo. notabilis in verb. proprii Ang. in summa verb. alienatio num. 13. But. cons. 19. Guimer. tit. de annatis glo. verb. locorum in pragmat. Innoc. c. statumus de transact. Barbatus conf. 40. nu. 4. vol. 1.

5 Ratio est quia eiusmodi Prælati habent iurisdictionem quasi Episcopalem in eiusmodi exemptos seu suos subditos ita quod ea omnia quæ ad iurisdictionem spectant exercere possint in exemptos quæ Episcopi in suos, Nauarrus conf. 23. de privileg. glo. in d. verb. proprii Hieronymus à Sorbo Capucinus in annotat. ad Alphonsum à Casarubios in compend. privileg. minorum verb. Prælati Redoanus tract. de alienatione rerum Ecclesiast. quæst. 27. nu. 7. & seqq. Berthachinus tract. de Episcopo quæst. 41. num. 64. & 75. lib. 4. par. 4. num. 105. vol. tract. 2. fol. 178. Fumus in aurea armilla verb. alienatio num. 14. Innocent. cap. statumus de transact.

6 Unde quemadmodum in alienatione requiritur consensus seu autoritas Episcopi Franc. d. cap. dudum late Berthachin. d. par. 4. quæst. 34. num. 104. Ita similiter quoad exemptos Prælati cui immediate subijciuntur Fumus. d. num. 14. Castrens. d. numer. 3.

7 & 4. Berthachin. d. quæst. 34. numer. 105. Redoanus ubi supra quando enim in iure deo parificantur dispositum in vno censetur etiam dispositum in altero glos. c. si postquam de elect. in 6. Troilus Malucius tract. de oblation. imagin. factus par. 4. nu. 4. vol. tract. 15.

8 Limitanda autem est conclusio nisi exempti habeant Papam vel superiores suos in remotissimis partibus constitutos tum enim (ut inquit Abbas) procedet alienatio si urgeat præsens aliqua utilitas aut necessitas quæ dilationem aut tantam moram non patiatur Peck. de testa. coniugum lib. 3. cap. 2. num. 2. Abb. cap. t. anos numer. 8. vers. & hoc noto quia de immunit. Ecclesiar. Archid. cap. Albatibus 12. quæst. 2. sub Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienand. quæst. 51. per tot. & qu. 19. n. 43. 50. & seq.

Idem.

Idem si nesciatur ubi superior sit & periculum sit in mora Redoanus ibid. qu. 30. n. 1. ubi de infra eod. lib. qu. 50. & 51. Quod enim iure communi non est licitum nec essitas factum licitum alias propter necessitatem plurima conceduntur quæ aliqui iuri communi aduersantur cap. quod non est de reg. iur. l. i. ff. de Menoch. de arbitrio. casu 132. Fel. in rept. verb. necessitas late Petr. Gerardi sing. 100. Unde ex proverbio dicitur necessitas non habet ferias à scuela qui interrogatus quid ferijs agere oporteret se respondit quod noceret prætermissum, Oldendor. in leges 12. tabularum tit. 1. ca. 4. nu. 3. idque etiam maxime ratione absentia cuius causa plurima etiam quæ a iure communi exorbitant conceduntur, cap. nullus 17. quæst. 4. cap. nihil de elect. cap. fin. de sepult. in 6. l. si longius ff. de iudic. glo. in verb. distantia cap. cum ex literis ubi Abb. de restit. in integr. lo. de Lignano Clement. ne magis de pau. regui. Abb. d. cap. tua nos nu. 8. in fin. Ac pro hac limitatione stat Gondislaus de Villadiego tract. de legato par. 1. quæst. 11. n. 20. & seq. per glo. ca. placuit 12. quæst. 2. l. d. ff. de per. hered. l. tutor qui reperterit. d. 1. ff. de administrat. Archid. & DD. d. cap. Abbatibus Cardinal. Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. tex. cap. fin. de Eccles. ad fic. qui uicari poterit lo. Francisci de Pauinis tract. de potest. capit. sede vacante par. 2. q. 9. n. 5. vol. tract. 15. fol. 184.

Licet sint qui existunt ad validitatem alienationis quod Episcopus capitulo vel conventui immediate Papæ non subiecto sed cuidam alteri Prælato qui absit vel requiri non possit debeat dare legitimum defensorum qui nomine Prælati absentis autoris et alioquin enim quod reuersus factam alienationem irritare posset Pileus qu. 106. Pauin. d. numer. 5. lo. Andr. ad Spec. in rubr. ne Sede vacante Redoan. d. qu. 30. numer. 2.

Limitatur secundo ut sufficiat auctoritas superioris qui communi affirmatione superior habetur licet reuera non sit idque ut omnis dolus & fraus propellatur cap. consultationibus de iure patr. argu. l. Barbarius ff. de offic. Prætoris.

Porro, quæ hæcenus dicta sunt de omissione solemnitatis ratione urgentis necessitatis restringenda sunt si post alienationem sequatur autoritas, & ratificatio superioris; ea enim hoc casu ut alienationem sequatur necesse est Bald. cap. 1. num. 13. in fin. de his qui feudum dare poss. l. pomp. scribit ubi las. col. 8.

vers. tertio limita ff. de negot. gestis Redoanus de rebus Eccles. non alien. quæst. 19. num. 128. & quæst.

51. cap. 22. num. 19.

Nº 3

Q. A.



## QVÆSTIO II.

Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.

**A**rticulus hic distrahitur in varias sententias ut est videre apud Panormitanum, & latè Redoanum, nonnullis asserentibus requiri licentiam superioris loci in quo res sita est, alijs in quo persona seu Ecclesia ad quam res spectat, Cæteris vero vtriusque *Abb. cap. Pastoralis n. 10. cum Apost. de priuileg. latè Bertach. tract. de Episcop. lib. 4. parte 4. quæst. 34. num. 104. l. ason. in l. cunctos populos nu. 96. C. de Summa trinit. vbi dicit decretum iudicis minoris super alienatione rerum immobilium extendi ad bona extra territorium sita, & ad quæcunque bona per l. magis puto §. non passim ff. de rebus eorum Barth. l. relegatorum §. interdiceret num. 2. cum add. ff. de inter. & religat. vide latissime Redoanum tract. de rebus Ecclesia non alienandis quæst. 4. nu. 38. & seqq. Doct. Villadiego tract. de legato par. 1. quæst. 11. nu. 4. s. 6. 7. 8. vel. tract. 14 fol. 158. communiter tenetur satis esse si interueniat autoritas superioris loci in quo persona seu Ecclesia exempta sita est *Abb. d. n. 10. Franc. d. c. dudum n. 24. vers. Episcopus ergo de reb. Eccles. non alien. in 6. Redoanus & Bertachinus vbi supra aliter tamen sensisse videtur Guymet. ad pragmat. sanctionem ut de annatis §. item fuit in glo. verb. locorum his verbis. Ideo si exemptus alterius diocesis habet beneficium in diocesi Parisiensi ad Episcopum Parisiensem recurretur facit Clem. quia regulara cir. pr. de suppl. neg. prælat. l. si prædium C. de prædijs minor. ca. vbi in alienatione interponit decretum iudicis loci in quo sitæ sunt res quæ alienantur l. magis §. illud ff. de rebus eorum & vtrouique Barth. per cuneum & Baldum l. 1. C. de contrah. empt. ideo eius Episcopi autoritas requiritur qui est superior immediatus illius Ecclesie cuius res alienatur Barth. Auth. hoc ius C. de sacros. Eccles. DD. latè in cap. pastoralis de priuilegijs ita ille. Plerique autem consulunt ad cautelam ut adhibeatur autoritas vtriusque qua de re extat consilium Nauarri *conf. s. tit. de priuileg.* his verbis Abbas quidam cum suo conuentu exemptus à iurisdictione ordinaria alienauit casu permissio quædam res existentes extra Episcopatum illum vbi sita est Abbacia illa sine illius superioris auctoritate quæritur an valeat? Pro affirmatiua facit quod alienatio rei pertinentis ad Ecclesiam Cathedralem facta ab Episcopo cum cõsensu Capituli valet ut tradit Panormit. receptus c. 1. de his quæ fiunt à Prælato & probatur cap. sine exceptione 12. quæst. 2. At Abbas exemptus habet iurisdictionem quasi Episcopalem iux. glo. ling. & receptam Clem. 1. verb. proprij de reb. Eccles. non alien. Pro negatiua facit Cardinalis d. Clem. quæst. 34. & seq. quod licet in alienatione per Abbatem exemptum non requiratur autoritas Episcopi tamen requiritur autoritas Papæ vel Prælati superioris cui immediatè subijcitur, Resoluendo dico multa**

co multa posse vtrinque adduci suadendum consulenti ut procuret alienationem ratificari per superiorem immediatum Abbatis qui facile id faciet rogante Abbate & conuentu qui alienationem præfatam fecerunt & quod etiam faciant eam ratificari per Episcopum in cuius Episcopatu res est sita ad informationem prædictorum arg. Doctorum Panorm. d. cap. 1. de his quæ fiunt à Prælato Card. d. Clem. 1. quæst. 35. & 37. & aliorum DD. in cap. nulli eod. tit. & cap. sine exceptione 12. quæst. 2. poterit etiam impetrare consulens confirmationem à Sede Apostolica qui si fuerit in forma communi parum proderit si autem per commissionem cum causæ cognitione non nihil tædij & sumptus adferet, ita ille.

## QVÆSTIO III.

Legatus de latere an præstare possit exemptis auctoritatem alienandi.

## S V M M A R I V M.

1. Responso cum distinctione.
2. Hactenus dicta temperanda nisi aliter speciali priuilegio disponatur.
3. Priuilegium minorum.
4. Priuilegium Predicatorum.
5. Priuilegium Augustiniensium.

**D**istingendum est velut in quæstione prima inter exemptos immediatè Pontifici subiectos & exemptos alteri inferiori Prælato subiectos Prioribus dare non potest posterioribus vero potest *Specul. tit. de dispensatione §. consequenter nu. 5. vers. ceterum & nu. 6. & seq. Abb. cap. tua nos nu. 10. de Ecclesijs edificandis vbi in terminis.* Ratio est quia in his quæ Pontifex sibi specialiter reseruauit nihil disponere potest *cap. quod translationem de offic. legati Abb. d. nu. 10. dixi late supra li. 2. quæst. 5. nu. 12. Redoan. tract. de reb. Eccles. non alien. qu. 55 nu. 38. atqui reseruauit sibi Pontifex absolutionem à iuramento non alienandi per exemptos præstito vide Spec. de legato §. nunc ostendendum n. 22. vers. 24. quando dubitatur & nu. 24. cum seq. & d. tit. de dispensat. §. consequenter nu. 5. & 6. dixi supra q. 1. conclus. 2. Redoanus d. q. 55 nu. 37. & 38.* In exemptis qui immediatè subiecti non sunt Pontifici alia est ratio. Nam legatus concurret in iurisdictione ordinarij siue ille sit Abbas siue Episcopus siue Archiepiscopus siue Patriarcha ad instar Proconsulis seu Præsidis Prouinciæ cuius quasi vicem gerere censetur *arg. l. si in aliam §. fin. ff. de offic. præsid. l. ex omnibus, & l. seq. l. sed licet Spec. de legato §. nunc ostendendum num. 53. & 64. Abb. d. num. 10.*

Vnde eo casu auctoritatem præstare potest imo etiam à iuramento absoluere quod ea propter alicui Prælato præstitum fuisset *cap. venientes de iurciurand. Spec. de dispensat. §. consequenter nu. 6. Abb. d. cap. tua nos nu. 10. etiam si Prælati cui iuramentum est sit*



est sit alterius Prouincię aut intuitu seu contemplatione non prælaturę sed perlonę iuratum sit qua de re vide breuitatis causa speculatorem exemplificantem & Abbatem *d. tit. de dispens. s. consequenter n. 6. § 7. & Abb. d. c. tua nos n. 10. Redoanus d. qu. 55. n. 38 quem vide.*

Porro hæc dicta obtinent nisi speciali priuilegio aliter dispositum reperia-  
 3 tur quod ideo dico quia Leo 10. anno 1529. fratribus minoritis regularis obseruan-  
 3 tię & monialibus S. Clarę dedit potestatem alienandi permutandue bona immo-  
 3 bilia de consensu duarum partium conuentus ad quem ea spectant & de consensu  
 maioris partis ea locandi ultra triennium modo tamen id cedat in utilitatem mona-  
 sterij idque non obstantibus et a testamentis, &c. insuper dedit eisdem potestatem  
 retractandi locationes factas in præiudicium ipsorum *Passarellus in collect. priuile-  
 gior. fol. 80. Capuccinus in annot. ad priuilegia fratrum minorum, &c. verb. alienatio.*  
 Non secus quam dispositione Concilij Trid. locationes factę in præiudicium suc-  
 cessorum reuocari possunt *Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de Refor.*

4 Similiter Clemens anno 1531. generali ordinis Prædicatorum per Italiam dedit  
 amplam potestatem qua de re videri poterit, constitutio de super edita in libro pri-  
 uilegiorum ordinis Prædicatorum à Reue. endissimo Stephan. 7. Collectorum  
 folio 204. de quo etiam meminit Capuccinus loco iam allegato.

5 Præterea à Gregorio 13. concessum fuit fratribus & Monialibus ordinis Eremita-  
 rum S. Augustini const. 9. dum de Vbeis in Bullario anno 1572. ultra supra dicta ut  
 in Emphiteusim concedere possint vsque ad duas generationes citra autoritatem  
 Summi Pontificis accedente tamen consensu Generalis *Capuccinus ubi supra.*

Denique propter extrauagantę Pauli 2. *Ambitiose de Rebus Ecclesie non alienand.*  
 per quam alienatio Ecclesiasticorum & bonorū locatio ultra triennium prohibetur  
 in consulto Pontifice, quę an sit vsu recepta multi dubitarunt, late *Redoanus de Re-  
 bus Ecclesie non alien. quest. 35. 36. § seqq. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 149. Fumus in  
 aurea armilla verb. licentian. 5.*

#### QVÆSTIO IV.

Electioinum iura ordinaria an vigeant in exemptis.

#### S V M M A R I V M.

1. Lex generaliter loquens comprehendit personas priuilegiatas.
2. Episcopi ad aliam Ecclesiam non eligi sed postulari debent.
3. Abbates vero eligi debent.
4. Differentia inter postulationem & electionem.

Vtique.

V Tique, nam lex aut dispositio quę generaliter loquitur comprehendit etiam  
 personas priuilegiatas *Decius in l. n. 9. cum Apost. de reg. iur. late supra lib. 1.  
 quest. 5.*

Quod adeo verum est vt licet Episcopi ad aliam Ecclesiam eligi sine Pontificis  
 consensu non possint ex quo sint matrimonialiter proprię Ecclesię alligati, ideo-  
 que non habeant liberum volatum, sed postulari debeant *tex. cap. fin. de postulas.  
 Pralat. ubi Compost. Abb. & DD. Bertach. de Episcop. lib. 2. quest. 50. num. 89. Petr. de  
 Biaxio in direct. elect. par. 2. c. 34. Abbates tamen exempti quos supra quęst. prima  
 diximus habere iura quasi Episcopalia non postulari sed eligi debent *tex. cap. si Ab-  
 batem de elect. n. 6. ubi Franc. & DD. Compostell. in Apost. verb. quod Abbas.* Qua in  
 re notandum primo antiquiora iura cap. cum venerabilis de consuet. cap. dilectus  
 de Renunc. cap. licet de Regular. quibus Abbates, & alij Prælati immediatę Papę  
 sub ecti non eligi sed postulari, debebant esse nouissima Bonifacij 8. constitutione  
 correctæ. *d. cap. si Abbatem.**

Notanda secundo differentia inter electionem & postulationem electio enim  
 est alicuius personę ad Prælationem vel fraternam Societatem Canonice facta vo-  
 catio. At postulatio est quędam gratię petitio à superiore facta de promouendo  
 aliquem ad Prælationem ad quam de iure communi propter defectum aliquem  
 vel impedimentum eligi seu promoueri non poterat *Hestiens. in summa de post. Pra-  
 lat. item Abb. in rubrica nu. 1. § 2.*

Licet autem olim promiscua fuerit in iure vtriusque nominis significatio seu v-  
 surpatio *ut in cap. his omnibus dist. 61. ca. l. teras dist. 63. hodie tamen per magna est in-  
 ter vtramque differentia vide Mandago tract. de elect. p. 1. c. 65 in Apost. v. fere Franc.  
 cap. 1. § sed si de elect. in 6. & in cap. vt in ca. eod. tit. Cardinal. Clemens. fin. eod. tit. A deo  
 vt qui de iure eligi potest postulari non debeat nec e contra alioquin enim actus  
 tanquam contra legem gestus viciatur *Mandago. ubi supra Abb. in d. Rubr. num. 3.**

Ratio est quia per electionem datur consensus in electum tanquam in spon-  
 sum ex quo per eam contrahatur quoddam quasi matrimonium spirituale *ca. cuns  
 inter Canonicos de elect. cap. fin. de translat. pralat.* At per postulationem nihil ta-  
 le, diriguntur enim tantum vota ad superiorem vt de gratia vel  
 admittere postulatam *Abb. in d. cap. Rubr. num. 3. in fine  
 Mandago ubi supra.*



## QVÆSTIO V.

Logatus à latere an confirmare possit electiones exemptorum.

## S V M M A R I V M.

1. Appellatione sanctæ Sedis comprehen- 2. Exempti an administrare possint ante  
ditur legatus à latere. confirmationem.

**S**olum legatos à latere exemptorum electiones confirmare posse expressa Bonifacij VIII. constitutione definitum est *cap. si Abbatem de elect. in 6. Card. conf. 65. cap. cum venerabilis de consuet. Spec. de legato §. nunc ostendendum vers. 22.*

Ratio est quia appellatione sanctæ Sedis ad quam confirmatio spectat comprehenditur legatus à latere *Philipp. Franc. d. cap. si Abbatem n. 4. lo. de Anania conf. 94. col. 2. vers. quod etiam sic ostendo & ubi Lud. Bolongin. in a. idit facin. tract. de oblationib. mag. factis lib. 19. num. 8. & seq.* Alij autem legati inferiores hoc nequeunt nisi id eis à Sede ipsa specialiter sit commissum *tex. d. ca. si Abbatem §. huiusmodi in fine.* Quod ipsum visum fuit Panormitano, his verbis. Quæro qui confirmet Abbates dicto dato quod non sunt exempti, sunt per Episcopos confirmandi in multis tamen locis dicit Hostiensis, quod patres Abbates illos confirmant & non videt quo iure id faciunt nisi super hoc habeant priuilegium, Ita ille. *cap. 1. num. fin. in fine de supplendi. negl. Pralat.*

2. Ad hæc hac in materia prætereunda non est Doctrina Nauarri in *cap. accepta oppositionis octaua solutione num. 31. de restit. spoliator. tom. 3.* eum qui à Capitulo vnanimiter eligitur si sit à Curia Romana immediateque Patre subiectus administrare posse literis super confirmatione electionis non expeditis tum quia etiam nullatenus confirmata electione recipi à Capitulo posset & administrare *cap. nihil de elect. tum quia extrauagans iniuncto de elect. non debet extendi ultra ea quæ continet Nauar. d. oppos. 8. num. 13. & 31.* Tum quia Oldradus *conf. 6. incip. posito sine præiudicio* determinat Archiepiscopum Brach. qui est immediate subiectus, distans à Rom. Curia ultra 30. dietas ad instantiam sui Capituli & propter suæ Ecclesiæ utilitatem per administrationem ante confirmationem non incurrisse pœnas dictæ extrauagantis iniunctæ *Nauar. d. nu. 31. lo. Francus in gloss. fin. d. extrauag.* Cuius extrauagantis materiam exactè & practicè locis iam citatis explicatam inuenies apud Nauarr. ad quem si opus sit recurri poterit.

QVÆ

## QVÆSTIO VI.

Exempti anteneantur ad Canonicam Episcopalem.

## S V M M A R I V M.

1. Quid sit Canonica Episcopalis. 6. Quid sit Ecclesia tempore testamenti exempta sit, tempore vero mortis non, & contra.  
2. Ratione rei non exempta debetur Canonica. 7. Quid si pendente conditione eximatue vel subijciatur.  
3. Ratione vero rei exempta non debetur. 8. Canonica Episcopalis an impediatur Parochialem.  
4. Ratione conclusionis.  
5. Quid si Ecclesia exempta habeat populum non exemptum.

**C**anonica nihil aliud est quam certa bonorum portio debita Episcopo ratione oneris quod in administratione sui Episcopatus sustinet introducta ex similitudine legitimæ patri aut patrono debitæ in bonis filij vel liberti, ad instar cuius visum fuit Episcopo qui pater & spiritualis patronus est ius ad certam in bonis suorum portionem competere *latè Hostiensis in summariis de Sepultur. arg. l. 1. C. de bono libert. & Auth. licet C. de natur. liber. tex. cap. Pontifici 12. quæst. 3. ca. requiritur de Testam.*

Quæ in materia omiſſa prolixitate argumentorum concludo primo quod legato factæ Ecclesiæ siue collegiatæ siue non collegiatæ non tamen exemptæ debetur Episcopo Canonica portio *cap. officij cap. requisisti de testament.* Ratio est quia eiusmodi Ecclesia subest Episcopo tam ratione legis diocesanae quam iurisdictionis de qua plene in *cap. dilectus cap. conquerente de offic. ord. & d. cap. officij de testam.* dixi supra lib. 1. cap. 15. Episcopi autem nomine, hic intelligo Archidiaconum aut quemuis alium Prælatum inferiorem qui habet in ea Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem, Ratio est quia Canonica est de lege iurisdictionis *Innocent. cap. 1. de statu Monachor. Vbald. tract. de Canonica Episcopali cap. 1. num. 4.* Episcopo debita iure Episcopali quod cum eiusmodi Prælati habeant in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis & annexis *Vbald. ubi supra 6. 4. 9. 4. principali nu. 1. vers. notandum tamen.*

Conclusio secunda Episcopo non competit Canonica portio in Ecclesijs exemptis tam quoad legem diocesanae quam iurisdictionis seu quæ immediate Summo Pontifici subiectæ sunt ita contra Hostiensem in *summa de Sepulturis §. A quibus* concludit latè Petrus de Vbaldis *tract. de Canon. Episcop. capit. 4. quæst. 6. latissime Bald. l. si quis ad decem. undam col. 6. vers. in x. hoc C. de Episc. & Cleric. Abb. cap. officij*



officij de testam. To And. certificar de Sepulturis Angel in summa verb. Canonica n. 7.

Ratio Vbaldi est quia Canonica debetur Episcopo, ac inducta est propter onus quod Episcopus sustinet in celebrando solemniter, ordines conferendo, prædicando ac alia omnia ferendo quæ tam ad forum contentiosum quam pœnitentiale spectant item propter communionem quæ est inter Ecclesiam & Episcopum, præterea quia spiritualia sua communicat Ecclesijs quia est præordinator in cunctis ac propter curam quam præ omnibus gerere debet Vbald. d. quest. 6. n. 5. & 6. late Hostiens. in summa de Sepultur. n. 14. At vero Episcopus non celebrat in locis exemptis non ordinat exemptos cap. nullus de tempor. ordin. in 6. non prædicat aut Cathedrali collocat in loco exempto nec ea quæ ad forum contentiosum aut pœnitentiæ spectant exercet Vbald. d. quest. 6. num. 7.

Præterea exempti in iure æquiparantur filio emancipato, liberto, Prælato, in alia Ecclesiam translato dicitur supra late lib. 1. qu. 1. Vbald. d. quest. 6. num. 9.

Cum enim per exemptionem liberentur à potestate diœces. ni consequenter liberantur ab omni iure quod Episcopus ab eis prætere possest. Postremo Põtifex eximendus aduocat ad se omne ius Episcopale adeo quod Papa sit Diœcesanus Exemptor. am cap. autoritate de priuileg. in 6. Ac ita pro hac conclusione rescriptit olim Clemens V. in Clem. dudum §. verum in fin. de Sepulturis Vbald. ubi supra nu. 12. Lapis eod. tract. §. quia de nu. 10.

55. Conclusio tertia Ecclesia exempta quæ habet Capellas vel populum non exemptum tenetur Episcopo ad Canonicam per cap. ex ore de priuileg. Innoc. 3. 10. And. cap. in nostro de Sepultur. d. cap. officij ca. requisisti cap. fin. de testam. Lapis tract. de Canonica Episcop. §. quia de nu. 6. vers. scundo queritur Vbald. eod. tract. cap. 4. q. 5. & l. 9. 8. 9. 10. 11. Fallit tamen si populus pleno iure subiectus esset Ecclesiæ exemptæ Vbald. d. quest. 9. num. 3.

60. Conclusio quarta si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subiecta vero tempore testamenti dicitur hinc casus. Primus si utroque tempore testamenti scilicet & mortis exemptio sit non debetur Canonica rationibus antescrisptis. Secundus si subdita sit tempore testamenti, exempta vero tempore mortis nõ debetur quoque Canonica, ratio est quia inspicitur cõditio & status temporis quo legatum cedit non vero quo legatur l. post diem ff. quando dies leg. l. si uxor. C. de inser. l. qua legata. ff. de reg. iur. Lapis d. tract. §. quia de nu. 12. Tertius si exempta sit tempore testamenti, subdita vero tempore mortis debetur canonica ratio, quia inspicendum est tempus mortis, non autem tempus testamenti. Plenel. §. cognatus ff. de reb. dubiis l. generaliter §. si homini libero ff. de fideic. m. libert. l. bald. d. c. 4. quest. 7. nu. 3. l. si filius ff. de verb. oblig. Conclusio quinta, Si Ecclesiæ exemptæ sub conditione relinquuntur, v. g. tempore mortis Ecclesia quidem exempta est, at vero postea subiecta, tandemque extat cõditio videtur canonicam nõ deberi

deberi, nam tempore testamenti, & mortis Ecclesia exempta est: unde si postea mutet statum, ideo fieri non debet præiudicium Ecclesiæ cui prius fuit ius quæ situm l. id quod ostium ff. de reg. iur. Econtra vero videtur inspiciendum tempus conditionis existentis quo quidem tempore Ecclesia subiecta Inuenitur l. si usufructus ff. quand. dies usufr. legati l. qua legata ff. de reg. iur. Paucis articuli huius diiudicatio pœdet ex eo vtrum cõditio existens retrahatur ad tempus mortis seu testamenti qua de re suis in sedibus fufe Doctores Barth. l. si is qui pro emptore ff. de usufr. cap. l. qui Balneum ff. qui pot. in pig.

Vtrum autem canonica Episcopi impediatur petitionem canonicæ parochialis dubitatur, paucis dicendum est quod non, nam altera ab altera diuersa est & ex diuerso iure competens Hostiens. in summa de sepulturis nu. 14. §. & vtrum illa ratione oneris Episcopalis ut dixi cencius. one. ecunda. Hæc autem ratione oneris parochialis quod colunt in quotidiana celebratione Baptisatione pœnitentiarum iniunctione qua de re videatur fufius Hostiens. & DD. cap. in nostra de Sepulturis cap. certificar cap. cum super cod.

## QVÆSTIO VII.

Vtrum generalis exemptio censetur etiam eximere à subsidio per Papam imposito.

**M**Inime. Quia nemo ab eiusmodi charitativo subsidio Papæ debito exemptus esse censetur lo. Andr. ca. cum instantia de censib. Oldr. ad cons. 104. in incip. circa propositam questionem per l. 1. C. de indict. l. 10. l. neminem C. de sacr. f. Ecles. Quod tamen restringendum est nisi quis speciali priuilegio ab eiusmodi onere nominatim eximeretur ca. decet de reg. iur. in 6. ca. 1. & 2. 25. q. 2. Biliensin tract. de charit. subsidio qu. 58 n. 3. quod non est præsumendum quippe quod illud concedi non conlaeuert d. cap. cum instantia vers. quod non credimus & cap. accedentes de præscript.

## QVÆSTIO VIII.

Vtrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.

**P**Offe responderunt plerique Spec. rit. de censib. §. nunc dicendum vers. quia si Ap. tius tamen cum distinctione respondendum iudico nempe in præiudicium Papæ non posse at vero in præiudicium Episcopi posse l. vacantis ubi DD. C. de decur. b. lib. 10. l. inter debitorem ff. de pactis Bellenc. de charit. subsid. quest. 60.



## QVAESTIO IX.

Ordinarius an exigat charitativum subsidium ab exemptis.

## SVMMARIVM.

1. Concluditur negativè.
2. Limitatur nisi exempti habeant populum non exemptum.
3. Item nisi exemptio concessa sit cum clau-

sula volumus quod in charitate cum Episcopo permaneat.

4. Ordinarium munus quod sit

**Q**uod exigere non possit tenet Cardinalis & cum eo ita concludendum est Card. Clem. frequens §. nonnulli in 3. oppos. de excess. praelat. ubi Paul. & Petrus de Ancharano in vers. 8. nat. Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach.

Quod maximè procedit si exemptio sit data cum plene libertate id enim importat exemptionem non modo à iurisdictione sed etiam ab omnibus quæ sunt de lege Diocesana inter quæ subsidium charitativum numeratur ita Innoc. cap. veniens in glo. super ver. libertate de verb. signif. in 6. Bellenc. de charit. subsid. quest. 32. nu. 8.

2. Limitatur primo nisi exempti haberent populum non exemptum quia eo respectu exigi posset eiusmodi præstatio Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach. Bellenc. d. qu. 32. nu. 5. vers. & pro talibus.

3. Limitatur Secundo nisi in privilegio exemptionis apposta esset clausula vulgaris volumus autem quod Ecclesia huiusmodi exempta in charitate priori cum Episcopo suo remaneat Abb. cons. 102. omnipotentis Dei postulato suffragio vol. 1. de quo dixi supra lib. 1. quest. 9. num. 9. Non refragatur quod eiusmodi munus videatur ordinarium ex quo imponatur à lege seu canone ad quæ ordinaria munera etiam exempti adstringuntur Barth. l. vacuatis C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de indist. lib. 10. in l. 2. ff. de iura in iuris l. unica C. de vacat. muneris li. 10. Barth. l. omnes C. de annona & tributis li. 10.

Quia falsum est quod subsidium charitativum sit munus ordinarium nam ut quid censetur munus ordinarium non satis est ut imponatur à lege seu Canone sed præterea opus est ut habeat certam annuam & regularem præstationem Guilielm. de Cugno l. neminem C. de sacros. Eccles. Cyn. l. voluntarie in 1. qu. C. de excus. tut. Barth. l. 1. col. ult. C. de mune. & in quo loco lib. 10. Bellenc. d. quest. 32. nu. 6. Quod non est in præstatione subsidij quæ nec annua est nec vni formis sed incerta ut pro re & necessitate enata exurgens.

QVAE

## QVAESTIO X.

Quid si ad exemptos pervenerit res non exempta &amp; è contra an tenebuntur.

**A**rticulum hunc prolixè discutit Petrus Antiboli ad quem visum fuit lectorem remittere tract. de mune. par. 3. §. 4. num. 50. 56. & seqq. vol. tract. 11. folio 68.

## QVAESTIO XI.

An Episcopus conferre possit ordines exemptis.

## SVMMARIVM.

1. Episcopus confert exemptis ordines.
2. Si Episcopus neget possunt ab alio petere.
3. Quid si privilegium habeant à quo maius dicitur.
4. An exempti possint recipere clericos alterius diocesis sine dimissorius?

**F**uisse aliquando in hoc articulo dubitatum refert Rebuffus dum dicit Perusium putavisse Episcopum non posse Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de Clericis & à quibus & quomodo creentur n. 22. in qua sententia cum Perusio videtur resedisse Vbaldus supra à me allegatus tract. de Canonis. Episcop. cap. 4. qu. 6. n. 5. & 6. & supra lib. 4. qu. 6. per cap. nullus de tempor. ordin. in 6. Veruntamen Rebuffus contrarium conclusit cum enim ordinum receptio à proprio Episcopo sit valde favorabilis si id non licere diceremus, certe exemptionem quæ in favorem exemptorum concessa est, in eorum damnum & præiudicium converteremus quod foret per absurdum Rebuff. d. n. 22. vide supra lib. 2. qu. 45. vers. 11. Pro quo est glossa notabilis dicens quod exempti debeant primo Episcopalia petere ab Episcopo qui (inquit) si denegat possunt tum ab alio petere glo. cap. sabbatibus 17. quest. 2. Petr. Brixien. in reper. verb. exemptio col. 6. quod ipsum plenius inquit Nauarrus cor. 14. numer. 3. & 4. de privileg. addens quod Abbas vnius monasterij inuitatus possit in alio monasterio ordines conferre si illud sit exemptum Franc. ca. Abbates in fin. vers. in glo. fin. de privileg. in 6. quæ tamen conclusio vera est nisi exempti privilegium habuerint à quo maluerint Episcopo ordines accipiendi quæ de re latius si elator part. 3. tit. de clericis peregrinis nu. 5. cum Apost. ubi dicit virtute eius sine di. privilegij posse eos in aliena diocesi ab alieno Episcopo ordines accipere sed non tamen in propria diocesi nisi tamen detur Episcopo nova venia ibi ordines conferendi lo. Andr. cap. cum & plantare in fin. de privileg. An autem exempti possint clericos alterius diocesis recipere sine literis commendatitijs notat idem speculator ubi supra num. 7.

QVAE



## QVÆSTIO XII.

Religiosi exemption transire possint ad strictiorem regulam  
venia non obtenta.

## S V M M A R I V M.

1. Licentiam satis est petere licet non concedatur.
2. Secus in exemptis.
3. Differentia est an licentia petatur à Papa vel à legato à latere.
4. Consensus an præcedere vel sequi possit.
5. An valeat consuetudo transeundi ad aliam religionem sine consensu Papæ aut legati.

**I**nnoentius tertius Pontifex Priori & conuentui Dimoliensi rescripsit posse religiosum zelo sanctioris vitæ ad religionem transire strictiorem petita prius licentia prælati sui licet non obtenta etiam si primum monasterium sit priuilegiatum quod de illo ad aliud etiam arctius transire non possit *cap. licet quibusdam de regularib.* Quod quidem licet ita regulare sit in Prælatis tamen exemptis aliud dicendum est qui quidem ad strictiorem religionem transire non possunt petita solum venia, sed est omnino necesse vt eam obtineant ita determinauit Clemens 4. referente Hostiensis ex Inola & Archidiacono *cap. si Abbatem de elect. in 6. lo. Andr. d. cap. licet & cap. cum non stat. de reg. iur. in 6. vbi Franc. num. 2. vsque ad finem* Qua in re Philipp. Francus eodem loco distinguit inter Papam & legatum à latere. Etenim cum solius sit Papæ religiones confirmare eius etiam solius esse potest professiones & transitiones in aliam religionem impedire *Anto. de Rosellis tract. de conciliis qu. Pontifex maximus nunquid circa impedim. matrimonij & c. vol. tract. 2. fol. 51. col. 4.* qui quidem si (inquit) non quidem denegauit licentiam Prælato exempto sed nec etiam dedit tunc Prælatus poterit prælaturam dimittere & religionem ingredi *per not. d. cap. licet & cap. cum venerabile de consuetud. in 6.* non enim videtur exemptus fortius adstrictus Papæ quam Monachus Abbatii vel seruus Domino Maxime quod Papa semper in potestate habeat profellum ad priorem religionem reuocandi *Franc. d. n. 2.* At vero legatus à latere si Prælato exempto licentiam denegat poterit licite in aliam transire religionem atque profiteri non enim obtinet legatus quamuis à latere supremam potestatem nec religiones approbare aut tollere potest *Io. Andr. d. c. cum non stat. vbi Franc. nu. 5.*

4. Vtrum autem quando obtineri debet licentia ea debeat actum præcedere vel satis sit si sequatur plenioris est disquisitionis sufficienter ab Abbate disputatum ad quem recurri poterit *in latz. Apostilla ad d. ca. licet de Regular.*

5. Item vtrum valeat consuetudo quod Prælatus exemptus transire possit ad aliam digni-

dignitatem sine licentia legati aut Papæ determinat Innocentius negatiue *per tex. in cap. cum venerabilis de consuet. Ba'd. in Margarit. verbo Abbas exemptus.* Hodie quisquis ille sit qui ad strictiorem, monasticæ vitæ normam transilire satagit, laudabiliter facit, si auctorante S. Pontifice aut S. congregatione Illustrissimorum Cardinalium negocijs Regularium præpositorum id faciat: tum quod tutius tum quod gratius S. Sedi, quemadmodum suis ad me litteris, scripsit summæ vir prudentiæ Ricardus Pauli Stravius Protonotarius & dictæ congregationis à secretis.

## QVÆSTIO XIII.

Concedere an possit Pontifex priuilegium ne quis excommunicetur.

## S V M M A R I V M.

1. Concesso priuilegio ne ab Episcopo excommunicari possit poterit nihilominus ab eo puniri seu coram eo conueniri.
2. Priuilegium non valet ne quis à Papa excommunicari possit.
3. Imperator imperium non potest lacerare.
4. Papa non potest sibi ligare manum.
5. Papa & Imperator fraterniscent.

**D**vplex facio huius quæstionis caput, prius ne ab Episcopo posterus ne à se seu à sancta S. de excommunicetur in priori nemo vnquam merito dubitauit vti superius à nobis satis notatum est *lib. 1. quæst. 3. sub finem* licet incidenter dubitatum fuerit an concessio eiusmodi priuilegio ne quis ab Episcopo communicari possit coram eo saltem in ius trahi conueniri ac puniri possit, cui dubio cum Abbate affirmatiue respondemus *in cap. cum capella nu. 6. 2. vers. ultimo quæro de priuilegijs dixi supra lib. 2. c. 4. 9. & infra quæst. 8.* Quo vero ad posterius, sunt qui id priuilegij vendicant quod ne quidem à Pontifice excommunicari possint teste Ioanne Feraldo *in priuilegijs regum Francia priuilegio 6.* Veruntamen eiusmodi priuilegia inutilia esse & vana supra ex Abbate Felino & alij tradidimus *d. qu. 3. sub finem Io. And. c. cum instantia de censib. Bellenc. de charit. subsidio q. 58. n. 1. Oldra cons. 104. incip. circa propositam quæstionem in fin.*

Quemadmodum enim Imperator lacerare Imperium non potest *Abb. c. cum non liceat n. 16. vers. nec etiam posset vbi Fel. n. 14. & in c. ad audiendam n. 4. de præscript. ca. ex Epistola n. 5. de probation. Restaur. de Imperat. q. 104.* ita nec Papa qui sibi ligare manus non potest, *c. fin. vbi glo. de rescript. in 6. c. innotuit de elect. dixi supra lib. 3. q. 1. in pr.* Papa enim Ecclesia & Imperator fraterniscent, vnde merito de vno ad alterum iuris similitudine ducitur argumentum *Restaur. de imper. qu. 70. n. 6. Iason. cum add. in l. 1. n. 2. lect. n. 24. C. de sacros. Ecclesijs.*



## QVÆSTIO XIV.

Exempti an obligentur interdictis ordinarij.

## S V M M A R I V M.

1. Interdictum quid sit.
2. Ferri non potest contra exemptos.
3. Exempti tenentur obseruare interdicta quæ seruat Ecclesia matrix.
4. Alioqui incidunt in pœnas Canonicas.
5. Interdictum est censura Ecclesiastica qua prohibentur diuina officia sacramenta & sepultura actiue & passiue Nauarr. in Manuali 27. num. 164. & seqq. ubi doct. & late. Porro licet illud ferri non possit ab ordinario contra exemptos seu receptos in speciales filios Ecclesiæ Romanæ cap. 1. de verb. sig. in 6. c. quando de priuileg. Nauarr. d. nu. 164. vers. octauo Fumus in Aurea Armilla verb. interdictum n. 25.
6. Differentia inter interdictum generale & Prælati exemptorum.
7. Quid si exempti non paruerint interdictis an puniri possint ab ordinario, & numer. 8.
8. Nilhilominus tamen exempti tenentur obseruare interdicta quæ seruat Ecclesia matrix Clem. 1. ubi Card. nu. 10. de sent. excom. Fel. cap. licet n. 6. vers. & nota quod exempti de foro compet. Fumus in Aurea Armilla verb. excommunicatio 52. præclare Abb. c. cum inter nu. 3. cum Apostillis de consuet. Matrix inquam Ecclesia hoc est loci maior vel Baptismalis si autem eo in loco non esset Ecclesia Cathedralis sed plures matricæ si omnes seruiant exempti etiam sese conformare debent, si autem vna seruat alia non secus dicendum est Fumus d. verb. excommunicatio 52. in fine exemptis autem casu debito non seruantibus interdicta incidunt in pœnas varijs in constitutionibus expressas d. Clem. 1. de sent. excom. cap. Episcoporum de priuileg. in 6. Clem. eos de sepult. Io. de Lignano tract. de censur. Eccles. §. 27. n. 3. vers. nono vol. tract. 16. Quæ adeo vera sunt vt in contrarium præscriptio vel consuetudo non subsistat imo priuilegiu e contra obtentum censeretur surreptitium d. c. cum inter ubi Io. Andr. Fel. Abb. & alij cap. in Lateranensi de præbend. Sayrus in Thesauro Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 19. n. 15. Violaretur enim neruus Ecclesiasticæ disciplinæ quod non est admittendū Clem. 1. verb. neruum Ecclesiastica disciplina de sent. excom. Barbari d. c. cum inter n. 10. vers. nota quod Episcop. Calderin tract. de Ecclesiastico interdicto q. 3. s. 6. & 24. memb. 2.
9. Porro inferenda hic est differentia quædam inter interdictum generale ordinarij & interdictum Prælati exemptorum illo enim celebrare diuina possunt inter se sed secretè vt ab exteris non videantur hoc autem nulla ratione ne quidem nec secretè nec inter se c. quod in te de pœnitent. Host. & Innoc. cap. nuper vers. orando de sent. excom. Card. d. Clem. 1. de sent. excom.

Ibidem.

Incidenter autem dubitatur an si exempti non paruerint interdicto ordinarij an ab eo puniri possint Ioannes Monachus tenet quod possint puniri ex quo hoc in casu d. nu. dati sint sio priuilegio Io. Monach. tit. de priuileg. in 6. per cap. tuarum extra eod. videtur tex. Clem. ex eo §. quod si in verb. satisfactione præmissa, & c. de sent. excom. c. cum & plantare §. excommunicatos de priuileg. ubi DD. At Imola & Cardinal. d. Clem. 1. n. 20. quæst. 9. contrariu n. asserit atque probas. consulens vt ordinarius denunciaret Papæ ad obtinendum iudicium delegatum qua de re infra à nobis aliquid scriptum est eod. lib. cap. 33.

Pro coron de itaque dico quod personæ singulares priuilegiatæ per Pontificem ne excommunicari aut interdicti possint non intelliguntur exemptæ à sententijs ordinariorum sed possunt non obstante tali priuilegio ab eis interdicti nisi sint Reges aut Regine vel eorum filij cap. ne aliqui de priuileg. in 6. ubi DD. Siluester in verb. interdictum Henricus lib. 13. de excommunicat. cap. 25. §. 5.

Quod ampliatur etiam essent personæ religiose quibus ratione seu intuitu personæ eiusmodi personale priuilegium concessum est glo. cap. ne aliqui in verb. ratione de priuileg. in 6. Secus vero si priuilegium concessum esset ratione loci religiofi v. g. monasterij aut ordinis Henricus lib. 7. de indulgent. cap. 24 §. 2. & lib. 13. c. 24. §. 1. compendium priuileg. ord. minorum verb. exemptio. Quale priuilegium concessum esse Societati Iesu Prædicatoribus, Minoribus Benedictinis testatur Gregorius Sayrus in Thesauro Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 10. nu. 8. & DD. iam citati. A deo vt nec directè nec indirectè interdicti possint cap. quantum de priuileg. Siluester ubi supra vers. primum Sayrus d. cap. 10. n. 9. c. cum dilectus de relig. dom. Clem. frequens de excessib. Prælat. directè inquam cum ipsimet vel eorum loca interdicuntur indirectè vero cum alij ipsorum respectu v. g. qui cum eis negotiantur frequentant emunt vendunt molunt d. c. quanto Sayrus d. n. 9. Denique exemptione non gaudere eum qui fuit causa interdicti ostendit Hieronimus Gonales. tract. de mensibus & alternatiua Episcoporum glossa 27. n. 33. per c. licet in fine de priuileg. in 6.

## QVÆSTIO XV.

Ordinarius an tollere possit prauas exemptorum consuetudines.

## S V M M A R I V M.

1. Ordinarius non potest tollere prauas consuetudines exemptorum.
2. Res exemptæ comparantur rebus sitis extra territorium.
3. Castrum ereptum à iurisdictione ciuitatis Capitalis non regetur amplius illius consuetudinibus.

P p 2

Licet



**L**icet ad Dioecesanum spectet tollere prauas consuetudines suę diocesis *Abb. cap. Abolenda n. 3. de Sepulturis Abb. c. ex frequentibus n. 4. de institut. vbi Innoc. Angel. in summa verb. Archiepiscopus n. 1.* Id tamen in exemptis nõ potest qui licet sint in diocesi non tamen ideo sunt de diocesi *cap. graue vbi Fel. c. pen. de offic. ord.* Quapropter (inquit Abbas) non est præsumendum quod Papa subijcere voluerit exemptos Episcopis per verba quantumlibet generalia qui proinde consuetudines exemptorum prauas abrogare non poterunt *Abb. d. c. abolenda n. 3.* vide inquit idem, si exempti habeant consuetudinem vendendę sepulturę prauam alioquin atque plane irrationabilem Episcopus eam abrogare non poterit *d. c. abolenda vbi DD.* Ratio est quia tam exempti quam res exemptę comparantur locis seu rebus extra territorium seu diocesim constitutis *cap. graue vbi Fel. Abbas & DD. de offic. ord. Cardin. Clem. Archiepiscopo § simili in fine de priuileg. Ang. cons. 230. incip. quadam Margareta. vol. 2.* Vnde cum Episcopus extra diocesim non habeat ius iurisdictionis seu administrandi *Alciat. l. Pupillus § territorium ff. de verb. signif.* consequens est vt non possit ideo consuetudines moderari tollere abrogare derogare, iudici quippe extra territorium ius dicenti impune non paretur.

**3** Quare pulchre ex Romano Socino censuit Alciatus quod si castrum ab omni moda ciuitatis superioris iurisdictione sit ereptum amplius superioris ciuitatis consuetudinibus non regetur *Alciat. d. §. territorium Rom. cons. 218. Soc. cons. 81.* Alioquin enim regulare est quod castra regulari debeant & sequi consuetudines ciuitatis capitalis *Amanellus sing. 235. n. 1 Barth. l. 2. q. 36. C. qua sit longa consuet. l. 1. de quibus n. 6. ff. de legibus Menoch. cons. 257. n. 51. li. 3. late Rochus tract. de consuetud. n. 3. + 1.*

### QVÆSTIO XVI.

Exempti an præstent iuramentum fidelitatis superioribus Prælati a quibus eximuntur.

#### SVMMARIVM.

1. Exempti præstant iuramentum Episcopo
2. Potest quis vasallus esse diuersorum Dominorum.

**F**ranciscus de Aretio in hac specie quaestionis consultus respondit negatiue *co. si 150. nu. 1.* Ratio est quia ciuitatis iuramentum præstatur in signum subiectionis estque libertati & exemptioni ex diametro contrarium *cap. cum olim 2. de priuileg. glo. cap. antiquo eod. cap. nimis praua vbi Burr. d. excess. Prælat. ideoque exempti istud iuramentum Pontifici præstant non autem alijs DD. d. cap. nimis & cap. dilecti de maiorit. & obed. nisi tamen exemptus habeat populum non exemptum*

seu Capellas Ecclesias aut loca non exempta nam eorum respectu subijcitur ordinario *cum capella de priuileg. vbi DD. & consequenter eorum contemplatione iuramentum fidelitatis Episcopo præstare potest idque argumentum fumendo à feudis potest enim aliquis esse vasallus duorum pro diuersis feudis ac vtriusque respectu præstare vtrique Domino iuramentum fidelitatis* *cap. 1. qua sit noua forma in feud. cap. de forma 22. quaest. ult. cap. 1. in fine hic finitur lex. cap. grandi de supplend. neglig. Prælat. in 6. Spec. de feudo § 2. vers. 12.* Quod genus argumenti in hac exemptionum materia procedere, diximus si sequenter supra *lib. 1. qu. 45.*

### QVÆSTIO XVII.

Archiepiscopus Episcopus an celebrare possit in locis à se exemptis.

**Q**uestionem hanc tetigimus supra quam proinde nolo hic iterum repetere *supra lib. 2. q. 45. vers. 25. & 62.* Quid autem de alijs Prælati vel Abbatibus an Pontificalia exercere possint extra eorum Ecclesias item in præsentia suorum Prælatorum superiorum vide copiose Francum *cap. vt Apostolice nu. 5. & 6. de priuileg. in 6.*

### QVÆSTIO XVIII.

Archiepiscopo vel Episcopo celebrante in loco exempto cuius erunt oblationes in missa factæ.

#### SVMMARIVM.

1. Diocesis est parochia Episcopi.
2. Omissum remanet in dispositione iuris.
3. Solutio quaestionis cum distinctione.
4. Tristim indistincte ceteri debent Episcopi præstare.

**V**idetur quod Diocesani: quia tota diocesis est Parochia Episcopi *cap. licet 16. l. 1. q. 3. & alij curati dicuntur adiutores Episcopi cap. fin. de offic. Archiepiscopi.* Præterea oblationes veniunt accessoriae ad missam ideoque videtur quod celebranti debeantur *cap. accessorium de reg. iur. in 6.*

In contrarium vero facit quia diocesano permissum est quidem vt celebret in loco exempto iuxta *Clem. Archiepiscopo de priuileg.* at vero de oblationibus nihil dispositum reperitur, vnde fit locus actioni quod omissum remaneat in dispositione iuris communis *l. commodissime ff. de liber. & post.* Petrus de Anchar. hac in quaestione sic distinguit vt si celebret exequendo officium Pastorale, quæ ei oblationes debeantur, idque vt subueniatur in necessitate constituto secus vero si voluntas



ric arg. d. cap. accessorium & arg. l. si fideiussor. ff. qui fideiussor. cogant. Anchar. d. Clem. Archiepiscopo Cardinalis vero Sabarella dicit quod de urbanitate Episcopo celebranti debeantur, de iure vero ei cui competunt iura Parochialia computatur enim oblationes inter iura Parochialia cui etiam assentitur Felinus Card. d. Clem. Archiepiscopo numer. 11. Fel. cap. dilectus nu. 1. vers. Et adde. de offic. ordin. At vero Tr. ilus malucius sequendo Imolam indistincte censet deberi Episcopo Tract. de oblat. imaginis factis par. 4. n. 2. Imol. d. Clem. Archiepiscopo col. pen. vers. ulterius querit. tum quod oblationes dentur propter meritum magis merito ut est Episcopus arg. l. nec adiecit ff. pro socio cum quod tota diocesis dicatur Parochia Episcopi ceterique curati eius tantum adiutores d. cap. licet & d. cap. fin. Qua in re semper collimandum est ad privilegia & consuetudines Marian. Socinus tract. de oblationibus libr. 18. nu. 60. & seqq. per cap. porro de privileg.

### QUESTIO XIX.

Exempti an teneantur venire ad Synodum.

#### SUMMARIUM.

1. Synodus est signum subiectionis.
2. Synodus an sit de lege diocesana vel iurisdictionis.
3. Index in varietate opinionum bene facit eligendo mediam usam.
4. Exempti non tenentur venire ad Synodum.
5. Idque nisi habeant populum non exemptum.
6. Libertas non veniendi ad Synodum ad prescribi possit.
7. Abbas exempti qui interesse Synodo debent quali amictu uti debeant.

**Q**uod venire ad Synodum Episcopi sit signum subiectionis apud omnes est indubitata cap. fin. de causa possess. & propr. Spec. de test. §. nunc videndum vers. intendit probare Misus in repert. verb. Episcopus §. 1. Unde fit dubium an exempti ad eam venire compellantur pro solutione cuius præmitto varie olim fuisse disputatum utrum Synodus sit de lege diocesana an vero de lege iurisdictionis, quod sit de lege diocesana tradidit glossa & eius sequaces in cap. dilectus ubi Abbas de offic. ordin. Innoc. cap. 1. de statu Monach. Imol. d. cap. dilectus col. 2. & in cap. super his not. 2. de m. iur. & obed. per cap. Episcopus dist. 17. cap. fin. 18. quest. 2. ea enim omnia dicuntur esse legis diocesana a quibus monasteria de iure repertiuntur esse exempta d. ca. Episcopus & d. cap. fin. & dixi supra lib. 1. qu. 15.

Quod autem sit de lege iurisdictionis censuerunt plerique alij vide Host. d. c. dilectus ubi Io. And. & Card. & in cap. conquirente eod. tit. Gemin. cap. 1. 10. quest. 1. Ratio est

tio est quia Abbates iuxta communem sententiam non subsunt Episcopo quoad legem diocesanam qui tamen tenentur venire ad Synodum Episcopi cap. quod super his de maior. & obed. cap. fin. dist. 18. Præterea venire ad Synodum tenere vocare punire non venientes non est pati nec recipere sed potius agere, ergo non est de lege diocesana, vide supra d. 9. 15. Tertij putauerunt Synodum mixtam esse de lege diocesana & iurisdictionis Host. d. cap. super his ubi Io. And. Abb. Card. d. cap. Episcopus censentes quod Synodus sit quidem de lege diocesana sed in quantum in ea aliquid statuitur ordinatur iudicatur quod sit de lege iurisdictionis, At vero Turrecremata d. cap. 1. 10. quest. 1. longe aliter putat quod convocatio activa sit de lege iurisdictionis sed obligatio ad obediendum Episcopo de lege diocesana, Paucis in conflictu harum opinionum videtur implectenda media que mixta est utraque lege Hostiens. d. cap. super his.

Nam iudex inter varias opiniones bene facit si eligat mediam quippe quod hoc pacto neutri minus præiudicari possit Fel. cap. 1. col. fin. vers. secundo nota de constit. Anchar. cons. 120. incip. inter contraria col. 1. arg. l. adeo §. cum ex aliena ff. de acq. rer. dom. cap. licet §. sane de rest. spol. Henric. Bot. ius tract. de Synodo par. 1. n. 63. Non tamen rusticorum more qui quæstiones occurrentes per medium secant quod reprobat glo. hnesennius in verb. videantur ff. de neg. gest.

Concludo itaque nec Abbates nec alios quosvis exemptos non habentes capellas seu membra aut populum non exemptum teneri venire ad Synodum cap. ex ore de privileg. ubi Abb. c. 1. ubi glo. verb. instituta eod. in 6. glo. c. ut Apostolice verb. videtur & ca. exemptione verb. curam eod. in 6. Archid. ca. Abbates col. fin. 18. quest. 2. Fed. vons 183. Quod ampliat etiam si Abbates exempti habeant alios sibi superiores Lapus inter confeder. 89. incip. Reuerende pater. Limitatur autem nisi exempti habeant membra vel populum non exemptum dixi lib. 2. q. 45. casu 23. & 63. alioquin venire debent nisi habeant privilegium non veniendi ad Synodum DD. ubi supra e. quoniam per confessionem de privileg. c. n. mis de excessib. pralat. Host. in summ. de offic. ord. §. qui l. pertinet. vers. capella etiam Monachorum Imol. d. ca. quod super his.

Limitatur secundo iuxta Concil. Tridentinum quod exempti omnes qui alias cessante exemptione interesse deberent nec capitulis generalibus subduntur Synodo interesse debeant sess. 24. c. 2. de refor. Vtrum autem præscribi possit libertas non veniendi ad Synodum longioris est materiae nec huius instituti vide Henricum Bollemum tract. de Synodo par. 2. num. 40. & seqq.

Postremo Abbates exempti qui interesse debent Synodo quo amictu, & ornamentis uti debeant compendij causa peti poterit aliunde, vide Spec. de privileg. par. 4. n. 6. Boer. de autoritate magni Concilij par. 1. n. 13. Franc. c. ut Apostolicè de privileg. in 6.



## QVÆSTIO XX.

Prælati exempti qualem habeant in subditos iurisdictionem.

## S V M M A R I V M.

1. Prælati exempti habent iurisdictionem quasi Episcopalem.
2. Excommunicare possunt subditos.
3. In alienationibus interponunt auctoritatem.
4. Vota tollunt. Indulgentias non concedunt.
5. 7. Differentia inter inferiores Prælatos & Episcopos.
6. Dicitio quasi est nota improprietatis.
8. Habent iurisdictionem etiam foris interioris.

**R**espondeo quasi Episcopalem glo. sing. Clem. 1. verb. proprii de rebus Eccl. non alienand. Navar. conf. 23. de priuileg. Hieron. a Sorbo. Caput. in addit. ad Alphons. a Casarubios in compend. priuileg. frat. minor. verb. prælati. Vnde subditos excommunicare possunt Sayrus in Theſauro Theologie moralis lib. 1. cap. 6. nu. 13. par. 1. in alienationibus suam interponunt auctoritatem dixi supra lib. eod. q. 1. nu. 42. Vota suorum irritant commutant dispensant Navar. in Manuali c. 12. n. 76. verser. tio Silvester verbo votum 4. q. 3. adde supra lib. 1. c. 20. n. 6. Navar. in Manuali c. 27. n. 254. Ceteraque ad iurisdictionem Episcopalem sp. Etantia expediunt paucis quibusdam casibus exceptis inter quos comprehendendo indulgentiarum concessionem quas inferiores Episcopi concedere non potest dixi infra lib. eod. q. 58. n. 1. Inferiores enim prælati præsentant tantum viri velut familiae seu conditioni hominum sicuti Abbates Monachis qui proinde iurisdictionem quasi Episcopalem habere perhibentur adiecta dictione quasi quæ est nota improprietatis quemadmodum late probatur apud Albertum de Pergamo tract. de præpositionibus nu. 92. §. quasi Anton. de Rosellis tract. de Concilijs Rubr. sententia quæ potius attendendo an Papa an Concilij n. 16. in fin. At vero Episcopi rectores integri populi & quasi reges in paruo regno præsentantes hominibus omnium ordinum statuum sexuum conditionum propriè & absolute prælati esse perhibentur Bellarminus tract. de indulgentijs li. 1. c. 11. q. 3. S. Thom. in 4. dist. 10. qu. 1. art. 4. q. 1. ad quos proinde indulgentiarum elargitio spectat Bellar. d. q. 3. insuper vendicant sibi eiusmodi Prælati iurisdictionem in suos non modo foris exterioris sed etiam interioris qualem Episcopi habent in animas Parochianorum Parochiarum sibi subiectarum Navar. conf. 15. nu. 2. de præbend. par. 1. quæ per negligentiam prælatorum ne in Episcopum transferatur aduigilari debet. Navar. d. conf. 15. numer. 6.

conf. 15. numer. 6.

QVÆ.

## QVÆSTIO XXI.

Qualiter intelligenda sit clausula quatenus sint in vsu &amp; sacris Canonibus &amp; decretis Concilij Tridentini non aduersentur.

**S**olutionem huius quæstionis nobis præbet Hieronimus a Sorbo in annotationibus ad Alphonsum a Casarubios de priuilegijs minorum ordinum ad Bullam Clement. 7. editam anno 1526 Maij 30. & ad verb. p. in legia Fratrum. Cuius verba hic referre non pigebit, Aduertendum est (inquit) quod dum in hac clausula dicitur sacris Canonibus & decretis non est intelligendum vt aliqui male sentiunt de sacris Canonibus summorum Pontificum in decretis & decretalibus contentis sed de sacris Canonibus & decretis Concilij Tridentini cum clare pateat ipsorum Concilium & Canonibus & decretis constare & illud operetur illa clausula, & coniungendo Canones cum decretis Concilij Tridentini ideo male sentire mihi videntur qui aiunt sub illa particula Canonibus intelligi de reata & decretalia summorum Pontificum & sub illa alia decretis Concilij Tridentini ea quæ sunt in Concilio Tridentino & quod proinde nulla aut paucissima remaneant priuilegia & ita esse æquidem si hæc illorum valeret opinio, sed quum sit absurdum & à mente & verbi Pontificum alienum nem. si nã mentis non videt dixissent enim si intelligi voluissent de decretis & decretalibus, Quatenus sunt in vsu & sacris Canonibus summorum Pontificum & decretis Concilij Tridentini, ita ille.

## QVÆSTIO XXII.

Exemptio an extendatur ad Ecclesias futuras seu postea ædificatas?

**D**iscutiunt hunc nodum varijs in locis Doctores late Iason l. si stipulatus fuerim §. cum stipula. num. 9. fol. 108. ff. de verb. oblig. 1. l. si ex toto num. 11. fol. 22. de leg. 1. l. qui filius numer. 15. fol. 42. ff. eod. Abb. cap. cum cavella. num. 5. de priuileg. Guid. quæst. 489. num. 1. & 3. Castr. l. si cognatis num. 3. ff. de reb. dubijs Faber in Rubr. C. de sacros. Eccles. & in l. si quis C. que resp. gn. Castr. l. iubeatis numer. 8. C. de sacros. Eccles. Cuneo Auth. omnia priuilegia C. eod. lo. dilect. de arte testandi lib. 6. cautel. 10. Qua de re alibi satis scripsi nolens eadem tardiosa prolixitate repetere v. supra lib. 1. c. 37. & 38.

Q9

QVÆ



## QVAESTIO XXIII.

Visitare an possit Episcopus loca exempta.

## SUMMARIUM.

1. A potestate Pontificis nemo eximi potest. delegatus.
2. Episcopus visitat exemptos immediatè Pape subiectos tanquam sanctæ Sedis
3. Alteri vero Prælati subiectos non visitat.
4. Visitatio & procuratio an & quando præscribatur.

**P**rinces & Reges quantumcunque exemptos & visitari & ex causa à Pontifice deponi posse ex historijs & sacris Canonibus est plus satis manifestum *ca. alius 15. quest. 6. c. in apibus 7. qu. 1. c. venerabilem de elect. c. licet de v. to lase. Restaurus tract. de Imperatore q. 81 per tot. doct. suo more Nauarrus in repet. ca. novit not. 3. nu. 5. de iudic. tom. 3. fol. 64. A deo ut Pontifex ab hac sua potestate neminem vt supra aliquoties diximus consueverit aut possit eximere v. l. b. 1. qu. 3. sub finem lib. 4. qu. 13. c. cum instantia ubi text. & Abb. in terminis de censib. Restaur. d. q. 81.*

2. An autem à visitatione Episcopi exempti liberentur supra quædam attigimus li. 2. q. 45. casu 7. quibus addo Episcopi esse visitare loca exempta immediatè subiecta Summo Pontifici tanquam Sedis Apostolicæ delegati Cardinal. Clem. attendentis
3. q. 6. & 7. de statu Monach. Concil. Trid. sess. 7. ca. 7. de refer. Si vero sint exempta quidè à sua iurisdictione sed subiecta alteri alicui prælati Episcopus non visitabit nec de iure delegato nec ordinario sed Prælati cui immediatè subiecta sunt quem supra diximus habere iura quasi Episcopalia lib. 4. qu. 20. glo. Clement. attendentes in verb. aliam Cardin. ibid. quest. 6. 7. 8. & 9. illas numer. 2. Insuper ius hoc visitationis adeo est favorabile vt nullo temporis curriculo præscribi possit ne Ecclesiæ visitentur aut ne procuracionem non soluant proprio Prælati visitanti seu vt doctissimè scripsit Molina non possunt subditi præscribere aduersus Prælatum aut Episcopum vt non visitentur & vt visitanti procuracionem non soluant Molina de iustitia & iure tom. 1. tract. 2. disputat. 85. fol. 358. A. item disputat. 79. per ca. cum ex officio de præscrip. c. cum instantia de censib. & dictum est supra lib. 3. q. 27.

Licet alius Prælati præscribere possit aduersus alium Prælatum vt ad ipsum subditi talis Prælati pertineant & vt ab ipso visitentur & vt ipsi procuratio non autem antiquo Prælati debeat ut ita Molina vol. 1. supra per d. cap. cum ex officio ubi D. D.

QVAE

## QVAESTIO XXIV.

Capitulum sede vacante an succedat in visitatione exemptorum.

## SUMMARIUM.

1. Episcopus visitat tanquam sanctæ Sedis delegatus.
2. Quæ iure speciali ad Episcopum spectant non transeunt in capitulum.
3. Defuncto Prælati an Capitulum succedat ei in iurisdictione et a iure delegata.
4. Ratione moræ & necessitatis receditur à regulis iuris.

**Q**uestio hæc valde dubia vt testatur Abbas & Io. Francisci in ca. cum olim col. 3. vers. quinto dubitatur de maiorit. & obed. hic tract. de potest. Capituli sede vacante par. 1. quest. 7. num. 7. & 8. & quest. 10. Feder. consil. 290. Probabilior est sententia quod non possit visitare.

Ratio est quia Episcopus ob tamen huiusmodi visitationis iure speciali tanquam Sedis Apostolicæ delegatus d. Clem. attendentes de statu Monach.

Quæ autem iure speciali ad Episcopum spectant non transeunt in Capitulum sed tantum quæ iure proprio Episcopali Abb. & Io. ubi supra Card. d. Clem. attendentes in pr. num. 6. quest. 4. Quæ tamen conclusio maius exposcit examen pendens ab hoc articulo vtum defuncto Prælati Capitulum succedat in iurisdictione à iure ei delegata quæ in re distinguitur an sit vtile expediri & an mora periculum sit allatura si forte expectaretur successor vt de inquisitione hæreseos in exemptos quod in Capitulum transit & similibus exemplificari solet quæ omnia fuse & doctè perantur ab eodem Io. Francisci d. tract. de potest. capit. sed vac. par. 1. quest. 10.

Cui addo propter moram necessitatemue à communibus iuris regulis recedit solitum quod supra in alienatione rerum Ecclesiasticarum ostendimus *cod. lib. 4. quest. 1. sub finem.* Sunt etiam in argumentum huius questionis quæ antea à nobis in eadem materia allata sent quæ non iurat hic repetere lib. 2. quest. 2. vers. dubium autem.

Q. 2

QVAE



## QVÆSTIO XXV.

Quæ beneficia dicantur exempta?

## SUMMARIUM.

1. Episcopus confert beneficia sua Diocesis.
2. Beneficia exempta qua dicantur.
3. Duplex eorum species.
4. Differentia inter beneficia reservata & exempta.

**P**ramittit quod licet Pontifex habeat ordinariam potestatem omnia totius mundi beneficiis conferendi c. 2. de prebend. in 6. Clem. 1. si licet pend. c. cuncta per mandam. q. 3. latissime 10. de Selua tract. de beneficio part. 2. qu. 1. num. 34. & seqq.

1. Tamen concessione speciali & iure velut proprio Episcopi omnia diocesis suæ beneficia conferunt ex quo ea omnia sub Episcopi potestate constituta esse censentur ac retro de iure presumantur, c. nouerint. c. regenda 10. q. 1. c. omnes Basilica 16. q. 17. Rebuff. in praxi benefic. par. 1. us de unionis reuocatione n. 18. Gaspar de Perusio tract. de reservat. benefic. in pr. n. 1. 2. & seq. 10. de Selua d. par. 2. q. 2. Læe Fel in reper. verb. Ecclesia sita fol. 40. col. 4. & fol. 41. Rom. cons. 4. 29. Ant. de Pratu tract. de iurisd. Episcopi c. 1. n. 1. & 2. Flamin. de resign. benefic. par. 1. li. 7. q. 14. n. 2. Nisi tamen ut alias scripsi de
2. aliqua beneficij exemptione doceatur supra lib. 1. q. 8. post pr. Itaque exempta beneficia non ineptè describi possunt ea esse quæ cum sint in diocesi tamen tamen ab Episcopi seu diocesani collatione erepta seu exempta v. infra q. 27. n. 4. quæ traduntur esse in duplici specie seu differentia quædam scilicet & quidem propriè quæ soli Papæ eiusque collationi sunt subiecta, alia & magis impropriè quæ exempta quidem à proprio Episcopo verum subiecta sunt alteri cuidam proprio Prælato exempto cū suis membris Petr. de Vbaldis de permutat. benefic. p. 2. q. vlt. n. 27. & seq. Petr. Andr. Gammarius in c. 1. n. 148. v. l. Septim. queritur de permut. in 6. Flam. Paris. tract. de resign. benefic. li. 2. quest. 7. num. 5.

4. Porro licet beneficia hæc exempta plurimum symbolisent cum natura beneficiorum reservatorū re tamen & substantia prorsus inter se differunt. Ratio est quia Pontifex confert beneficia reservata tanquam communi iure acta, & spectantia ad collationem alterius. At vero exempta confert tanquam ordinarius & tanquam is ad quem ordinaria illorum collatio spectat Arneas de falconibus tract. de reservat. benefic. q. 2. principali v. secundus casus n. 12. v. l. sexto de beneficijs exemptis per c. fin. d. penult. Præterea reservati sine ordinarius in collatione præueniat in collatione autem beneficiorum exemptorum non est periculum præuentionis ex quo Pontifex si ordinarius collator Arneas d. quest. secunda. num. 9. v. l. primus casus.

QVÆ

## QVÆSTIO XXVI.

Legatus an conferat beneficia exempta.

## SUMMARIUM.

1. Legatus a latere confert beneficia exempta non vero legatus simplex.
2. Legatus a latere dicitur diocesanus exemptorum.
3. Legatus a latere varia auctoritas.

**Q**uod legatus a latere non autem alij ipsius inferiores beneficia exempta conferre possint communiter a doctoribus traditur in c. si Abbatem de elect. in 6. per illum tex. ibi & tamen ab alio Paris. Flamin. tract. de resign. benefic. li. 7. quest. 11. n. vlt. Ratio est quia eiusmodi legatus censetur diocesanus locorum & personarum exemptarum c. venientes in pr. de verb. sig. in 6. c. 1. & c. quod translationem de offic. leg. dixi supra li. 2. a. 2. Hinc transfert Prælatos exemptos ad aliam Ecclesiam confirmatque eorum electiones d. cap. si Abbatem ac concedit licentiam ut in locis exemptis fiat oratoria & capella etiam si Papa dixerit fieri id non licere sine speciali v. nia Sedis Apostolicæ c. auctoritate ubi glo. in verb. Sedis Apostolicæ de pr. uileg. in 6. Paucisque vnt beneficia exempta ut dicitur infra q. 31. n. 4. Quæ indubiè procedunt in priori specie beneficiorum exemptorum de qua in quaestione præcedenti n. 3. de posteriori non est propriè huius tractatus & instituti An autem beneficia reservata conferre possit alterius est disquisitionis alijs aliter atque aliter consentibus vide Gigant. tract. de pensionib. quest. 6. num. 19. & seqq. Corasius de beneficijs par. 3. c. 3. Arneas de Falconibus & Gaspar de Perusio tract. de reservat. benefic.

## QVÆSTIO XXVII.

Exempti an beneficia resignare vel permutare possint.

## SUMMARIUM.

1. Exempti resignant ad manus Pontificis.
2. Papa est ordinarius exemptorum.
3. Solutio quaestionis cum distinctione.
4. Beneficium exemptum est quod soli Papæ subiectum est.

**P**otest si tamen id fiat ad manus Pontificis post multos alios respondit Flamin. Parisius tract. de resign. benefic. li. 2. c. 7. & li. 3. c. 11. par. 1. c. dilecti de renunc.

Q. 9. 3

245



cap. si Abbatem ubi Franc. de elect. Mandos. insignat. gratia tit exemptiones col. 4. vers. exempta beneficia Spec. de legato §. nunc ostendendum num. 12. vers. 22.

2. Ratio est quia Papa est Prælatus & ordinarius exemptorum cap. nulla dist. 63 cap. autoritate de privileg. in 6. Abb. cap. nihil. de elect. ubi exempti magis subij. iuntur quàm aliqui alij ex quo nullum alium habeant iudicem siue superiorem late Sarness. ad reg. Cancell. tit. d. in fir. resignant. q. 4. Flamin. de resig. benef. li. 11. q. 4. Pro cuius clariore explicatione ita videtur distinguendum cum Petro de Perusio & Andrea Gammaro qui sic loquuntur, Tres sunt causæ quando beneficium est exemptum & soli Papæ subiectum tunc Papa censetur istius beneficii ordinarius ideoque Episcopus non autorisabit d. cap. autoritate not. in Clem. 1. de reb. Eccles.

3. Quædam sunt beneficia exempta à potestate diocesani quæ tamen subsunt Prælato exempto cum suis membris ipsa tamen membra subsunt Prælato totius ordinis glo. Clem. 2. de statu Monach. & tunc similiter non potest autorari quia illud beneficium non subest Episcopo nec etiam autorari potest principalis & maior Prælatus ipsius ordinis ex quo caret Episcopali dignitate quæ enim Episcopo competunt non possunt expediri per inferiorem etiam si pleno iure tales. E. clef. ad inferiorem prælatum pertinerent c. si una de reb. Eccles. Clem. ne in agro §. ad hac de statu Monach. Licet eiusmodi aduersus Episcopum privilegio vel prescriptione acquiri possint glo. d. §. ad hac ca. auditis ca. olim de prescript. doct. Feder. de Senis de permut. benef. qu. 23. quo fit ut isto casu Papa vel legatus à latere qui sunt iudices exemptorum autorari debeat d. cap. autoritate d. cap. si Abbat. Pavinus de potest. capit. sed vac. par. 2. q. 2. sub n. 16.

Quandoque Ecclesia est exempta à iurisdictione Episcopi sed populus non est exemptus & tunc Episcopus autorisabit per mutationem. Ratio quia Episcopus habet curam animarum populi subijciturque Ecclesia ratione populi non exempti in omnibus cap. ex ore cap. cum capella de privileg. Innoc. cap. veniens eod. in 6. ita Andreas Gammarus cap. 1. num. 148. de rer. perm. in 6. & Petr. de Perus. eod. tract. par. 2. qu. ult. vers. quid si. Pavinus tamen apertius loquitur in hæc verba d. lib. 2. cap. 7. nu. 5.

4. Beneficium exemptum est quod soli Papæ subiectum est Gammarus cap. 1. n. 132. de rer. permut. in 6. diciturque triplici ratione. Primo quia soli Papæ est subiectum. Secundo quia est exemptum à proprio Episcopo verum subest proprio Prælato & hoc casu si proprius Prælatus habet iurisdictionem Episcopalem aut privilegium ipse poterit recipere renunciationem. Tertio quia Ecclesia est exempta à iurisdictione Episcopi populus vero nequaquam, & hoc casu secundum Petrum de Perusio tract. de permut. benefic. 2. par. quest. ult. & Gammarus poterit Episcopus recipere renunciationem ita Flaminus.

Q. 5. A.

## QUESTIO XXVIII.

Beneficia exempta an veniant in reservatione.

**B**eneficia exempta videntur comprehendi sub reservatione, etiam si reservatio restituitur ad certam circumscriptionem lo. Andr. c. si propter de rescr. in 6. Gaspar de Perusio tract. de reservat. benef. §. qua autem beneficia n. 1. Ratio est quia exempti comprehenduntur sub generali dispositione ut late supra probauimus h. 1. qu. 5. per tot. Flam. de resig. benef. lib. 11. q. 4. n. 17. & ideo sicut ordinarius non habet iurisdictionem in exemptos, ita nec conferendi potestatem beneficia exemptorum ca. fin. de Renunciat. Rota decif. 4. n. 2. Cassad. decif. 8. de prob. nd. Abb. in ca. 2. de concess. prebend. Cæterum Hieronij Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloss. 51. n. 42 scribit nullum iure expressum locum quod exemptorum beneficia sint reservata ex sola causa exemptionis, nec unquam vidisse aut audiuisse tale quid practicari: quibus autem rationibus respondeat argumentis in contrarium allatis illum vide num. 43.

## QUESTIO XXIX.

Appellatione beneficiorum diocesis an veniant exempta.

S V M M A R I V M.

1. Differentia interdictiones in diocesi & de diocesi.  
2. Differentia inter dispositionem odiosam & favorabilem.

**P**ontifex v.g. mandat Episcopo ut alicui provideat in aliqua Ecclesia suæ diocesis an provide potest in exempto, in hoc articulo Doctores intricatè locuti sunt, v. Fel. & Abb. grave de offic. rd. ubi late c. Abbatem de rescript. cap. si propter de rescript. in 6. in cap. pro illorum de prebend. glo. & DD. c. de monialibus de sent. excom. Dupliciter tamen conciliari solent primo ut si dicatur in diocesi comprehendantur exempti ex eo quod sint in diocesi si vero dicatur de diocesi minime, non enim dicuntur exempti esse de diocesi à qua per exemptionem sunt erepti Fel. d. c. grave DD. supra allegati Brix. ens. n. repert. verb. exemptio vers. an per mandatum Gemin. d. c. si propter ubi DD. lo. Copus de fructibus lib. ult. c. 3. n. 14. & 15. Anto. de Rosellus tract. de indi. l. cent. nu. 314. Lapis Clem. 2. de privileg. vide Guzman in pragmat. sanctione tit. de annatis §. item fuit in glo. verb. in diocesi ubi id explicat similitudine & sermone de bonis & in bonis arg. h. rem in bonis ff. de acquir. rer. d. m. Secundo fit d. l. iunctio an sit



an sit dispositio fauorabilis vel odiosa, Priori comprehenduntur exempti posteriori minimè Fel. d. c. graue Petr. Andr. Gammar. in c. 1. n. 109. de permut. benef. in 6. per nos. Fel. in ca. postulasti n. 4. vers. circa glo. 2. de rescr. qua de re etiam supra tractauimus d. 1. quaest. 5. n. 4. 20. 21. & seqq.

### QVÆSTIO XXX.

Exemptis negligentibus ad quem deuoluatur collatio.

#### SUMMARIUM.

1. In causa negligentie aut mora exempti subiacentur ordinario.
2. Deuolutio cur instituta.
3. Regulatur ad instar appellationis.
4. Negligentia quando commissa censetur.
5. In exemptis immediate subiectis Papa deuolutio fit ad Papam.
6. Id non procedit in Francia.
7. In exemptis alteri Prælato subiectis deuolutio fit ad Prælatum immediatum.
8. Ab exemptis regularibus deuolutio fit ad ordinarium fallit tamen ut h. c.
9. Episcopo auctoritate delegata negligente deuolutio fit ad legatum.
10. Facta deuotione quid ordinarius possit in exemptis.
11. Super aliis exemptorum negligentibus se non intromittunt nisi iure expressum sit.
12. Capitulo negligente non fit deuolutio ad Prælatum.
13. Delegato Papæ ad cognoscendum de crimine negligente ordinarius supplebit.
14. Inferior non supplet negligentiam superioris.
15. Nisi vertatur periculum anime.
16. Requiritur interpellatio & monitio.
17. Negligentia non presumitur.
18. Ea probatur per criminam denunciationem.

**P**ramitto primo legislatoribus magnæ fuisse curæ ut res non modo priuata sed etiam publica ea qua par erat diligentia administrarentur unde tot. tit. de supplenda iudicium & Prælatorum negligentia leges & sancita quibus negligentia iudicis Ecclesiastici suppletur per laicum & e contra cap. ex transmissa ca. licet ex suscepto de foro compet. Ausfrer. de potest. Eccles. super laicis nu. 24. 29. 38. & de potest. seculari super Ecclesiasticis personis reg. 4. nu. 48. Menoch. de ret. poss. Rem. 3. q. 52. n. 354. ubi late, & nu. 414. Spec. de compet. iud. adit. §. 1. vers. 23. n. 27. Fel. ap. cum d. lecta nu. 7. in fine de rescript.

Unde recte voluit Ausfrerius exemptos subijci ordinario si Pontifex seu eorum iudex sine mora & notabili periculo adiri non possit. Ausfrerius in reposit. Clem. 1. q. 10. numer. 3. vers. unde in principali de offic. ordin. dixi infra quaest. 50. & 51. Præmitto secundo deuolutionem ideo esse inuentam ne Ecclesiæ diu maneat in suspensio quod

quod valde dispendiosum & damnosum est Ecclesiæ cap. quam sit de elect. in 6. Tum ne iura Ecclesiastica diu maneat in incerto arg. l. 1. ff. de usu ca. Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de deuolut. num. 8.

Præmitto tertio deuolutionem fieri de superiore in superiorem gradatim vsq; ad Papam ad instar appellationis que iure ciuili gradatim fieri debebat idque iure communi & in materia indifferenti cap. 2. ubi Abb. & cap. pen. & ult. de supp. neg. pralat. Cardin. Clem. 1. q. 3. in fine eod. tit. Rebuff. d. tit. de deuolut. n. 7.

Præmitto quarto negligentiam censeri commissam si intra menses sex collatio non fiat idque ipso iure de persona in personam seu de superiore in superiorem gradatim cap. cum nostris cap. dilectus cap. postulasti ubi Abb. de concess. preb. cap. fin. de supp. negl. pralat. In nonnullis autem dignitatibus maioribus breuius est tempus constitutum vt patet ex Rebuffo d. tit. de deuolut. num. 2.

Quibus præmissis formo has conclusiones. Prima in exemptis immediate Papæ subiectis deuolutio fit immediate ad Papam vel legatum de latere per cap. licet c. sicut de suppl. negl. pralat. Rom. cons. 361. in casu Rebuff. in §. si quid vero in verbo ad alium de collat. in Concord. d. tit. de deuolut. num. 36. vers. nono lo. de Selua tract. de beneficio par. 3. quaest. 49. n. 4. Doctè Abb. cap. graue n. 6. & 7. de offic. ord. idem ca. 2. de concess. prebend. & apposto Guymmer. ad pragmat. sanctionem tit. de collationib. §. quod si verb. gradatim. Ratio est, Quia ista deuolutio iuxta determinationem Concilij Lateranensis fit ad immediatum superiorem proximus autem superior exemptorum est Papa cap. nulla dist. 94. cap. auctoritate cum ubi not. de priuileg. in 6. lo. Selua d. n. 4.

Limitandum est iuxta pragmaticam sanctionem in Francia vigentem inter Leonem 10. & Franciscum Regem que ius facit in Francia tantum, aliud est enim de iure teste Rebuffo in Concordatis Rubr. de collat. §. si quis vero in glo. verb. ad alium superiorem vers. in exemptis fol. 628. & 629. & 630.

Secunda in exemptis non subiectis immediate Summo Pontifici sed cuidam alteri Prælato fit deuolutio ad Prælatum istum immediatum Cardin. Clem. 1. q. 3. de suppl. negl. pralat. Ratio est, quia deuolutio fit de superiore ad superiorem gradatim proximus autem immediatus Prælatus huiusmodi exemptorum non est Papa sed alius inferior Prælatus ergo DD. ubi glo. ca. graue de offic. ord. Marcus delph. decis. 123. par. 1. Ausfrerius in reposit. Clem. 1. q. 10. n. 125. de offic. ord. Ideo Prælato inferiore negligente fit deuolutio ad Abbatem qui superior est penes quem sunt iura quasi Episcopalia conferendi Cardin. d. Clem. vna n. 6. q. 3. de suppl. negl.

Tertia ab exemptis regularibus fit deuolutio ad ordinarium qui Apostolica auctoritate conferet cap. cum singula de prebend. in 6. d. Clem. vna ubi Card. & DD. Rebuff. d. tit. de deuolut. n. 32. DD. c. 2. de concess. prebend. Idque nisi Prælatus regularis habeat alium prælatum cui immediate subijciatur tum enim ad illum fiet deuolutio Card. d. Clem. vna q. 3. arg. glof. super verb. alia in Clem. attendentes de statu M. nach.



- 9 Quarta Episcopo qui auctoritate Apostolica conferre debet negligente deuolutio fit ad legatum Prouincię qui auctoritate Apostolica conferre poterit quemadmodum post longam disputationem concludit Ioannes de Selua tract. de beneficio part. 3. qu. 66. n. 5. usque ad finem & par. 2. qu. 3. num. 53. & seqq. cui tamen nominatim aduersatur Rebuff. d. tit. de deuolut. nu. 37.
- 10 Quinta Episcopi & alij quicunque facta deuolutione omnia aduersus exemptos exercere possunt sine quibus collatio effectum sortiri non posset cap. prudentium cap. praterea de offic. deleg. l. 2. ff. de iur. om. iud. preses loci a consequenti ad anteced. pro cuius vberiori disquisitione videri poterunt quę infra tradentur eod. lib. quest. 33.
- 11 Sexta Ordinarij super alijs exemptorum negligentijs se intromiscere non possunt nisi quatenus a iure aliter expressum aut virtualiter concessum reperitur Cardinal. Clem. unica n. 15. in fine de supplenda ne. l. pralat.
- 12 Septima Capitulo exempto negligente non fit deuolutio ad Prælatum siue Episcopum vel e contra Marcus decis. De hmalii 1235. par. 1. Cardin. d. Clem. un. n. 5. q. 2. tunc enim cessat ratio communis quę est fundamentum huiusmodi deuolutionis quemadmodum tradit Guymet. ad pragmat. sanctionem tit. de collation. §. quod si in glo. verb. superiores.
- 13 Octaua, Si delegatus Papę datus ad cognoscendum de crimine alicuius est negligens ita quod criminofus in peccato perseuerat ordinarius debet supplere & punire eiusmodi criminofum non obstante quod delegatus in ceperit cognoscere tex. cap. significauit ubi Abbas de offic. ord. glo. cap. cum venerabilis in verb. paschalis de prescript. non obstat quod ordinarius velut inferior intromiscere se non possit cautus delegatis cap. ad hoc cap. ut nostrum de appellat. cap. studuisti de offic. deleg.
- 14 Quia id non obtinet quando vertitur periculum animę vel peccati cap. Diminus noster 23. q. 2. c. quis sine peccato 3. q. 7. l. si appellatione C. de appellat. glo. c. cum sit generale de foro compet. Secus si causa esset pecuniaria tunc enim etiam si delegatus esset negligens, esset ad Papam recurrendum Host. & Abb. d. cap. significauit.
- 15 Notandum tamen in casu huius conclusionis ordinarium non posse procedere nisi delegato prius antemonito ac ipsa parte vt litem prosequantur quia quando certum tempus non est statutum a iure vel homine ad expediendum aliquem actum requiritur præambula monitio vt probetur negligentia ac præfixio certi termini infra quem actus expediatur Inno. cap. extirpanda §. quia vero de prebend. Card. conf. 50. Bald. auth. hoc amplius col. 4. C. de fideicom. Alex. l. ita st. pulatius col. 5. de verb. oblig. facit tex. ca. si capitulo de concess. preb. in 6. Rota dec. 528. in antiq.
- 16 Quibus congruit doctrina Rotę nouiss. dec. 514. num. 3. & seq. par. 1. negligentia non præsumi sed probandam est. l. 2. §. si ad diem ff. de Re Milit. Afflic. dec. 13. num. 18.
- 17 Grat. conf. 100. num. 1. lib. 2. probarique per trinam interpellationem ad effectum vt possit

possit appellari negotiumque deuolui ad superiorem Io. And. cap. dilecto de appell. Fel. cap. proposuisti in fin. de for. comp. Dec. & Abb. ca. ex parte de appell. qui tamen modus probandi negligentiam alios modos non excludit vt ibidem Rota numer. 5. attestatur per Barbatiam cap. ceterum numer. 11. de iudicij. adde supra lib. 1. quest. 6. numer. 19. & 20.

## QUESTIO XXXI.

Beneficia exempta quis vnire possit.

### S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Vniones regulariter fiunt per ordinarios.   | nit beneficia exempta.  |
| 2. Ordinarij appellatione qui comprehenduntur. | 7. Ordinarius an Ecclesiam sibi subiectam vniat Ecclesia exempta.   |
| 3. Ordinarius non vnit beneficia exempta.      | 8. Quid de legato Sedis Apostolica.   |
| 4. Legatus a latere vnit beneficia exempta.    | 9. An interponat auctoritatem in alienatione rerum Ecclesiarum extra Prouinciam si Ecclesia sita sit in eius Prouincia. |
| 5. Legati a latere varia potestas.             |   |
| 6. Prælatus immediatus exemptorum v-           |   |

**R**egulariter vniones Ecclesiarum fieri debent per locorum ordinarios Clem. 1. §. ad hoc de statu Mona. h. ubi glo. verb. ordinarios cap. sicut vnire de excessib. pralat. Petr. de Perus. de v. ionib. Eccles. c. 4. n. 21. & seq. quorum nomine intelligo Episcopos eorumue superiores Archiepiscopos Patriarchas ad quos de iure comuni hoc pertinet d. cap. sicut Clem. un. dereb. Eccles. non alien. Cacialupus tract. de vnionibus artic. 4. num. 5. vers. tertio quaro dixi lib. 1. c. 1. num. 9. seu alios quoscuque interiores qui Ecclesias sibi pleno iure & quasi Episcopalia præscriperunt aut ex priuilegio obtinent cap. auditis de prescript. cap. accedentibus de excessib. pralat. doct. Cacialup. ubi supra art. 3. num. 21. & seq. Petr. de Perusio d. nu. 21. & 22. vel vt pulchre explicat Flaminius Parisius tract. de resig. benef. li. 3. q. 11. Sub verbo ordinarij (inquit) intelligo omnes habentes iurisdictionem ordinariam vt tradit Geminianus in cap. 2. de constit. in 6. Siluester verb. excommunicatio 8. n. 92. Abb. cap. cum ad Ecclesiarum num. 1. de offi. ord. Bellam. cons. 30. Bero. cons. 24. lib. 1. Dec. cons. 121. Abb. cap. vt fama numer. 6. de sent. excom.

Ideo que quando Concil. Trident. nominatim committit aliquid ordinarijs id non modo commissum censetur Episcopis sed indistincte quibusuis alijs ordinarijs imo



etiam vicario Episcopi qui se quod is habere dicatur iurisdictionem ordinariam ac esse ordinarius Barth. l. 1. §. ab eo n. 1. vers. quod pater ff. quis & que appell. Res. dec. de offic. vicar. in nouis l. son in rubr. de offic. eius n. 2. ubi Alex. n. 15 & est communis iuxta Abbatem cap. si quis contra Clericum n. 29. de foro compet. Flem. n. ubi supra d. qu. 11. aliud certe si committeretur diocesano tum enim quiuis ordinarius non comprehenditur quod a nobis supra ut memini satis notatum est lib. 1. qu. 1. r. n. 9. & seqq.

3 Quibus præmissis dico ordinarium vnire non posse beneficia seu Ecclesias exemptas sed solius Pontificis esse iura & vniones reuocare *Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vnionis reuocatione.* Ratio est quia cum vnire spectat ad ordinarium exempti non habent alium ordinarium quam Papam cui immediate subiiciuntur *c. autoritate de priuileg. in 6. Lopus Card. & DD. Clem. 1. §. cum hoc de statu Monach. Petr. de Perusio d. c. 4. n. 25. c. veniens. de verb. sig. in 6. c. cum nullus in fin. de temp. ord. in 6.*

4 Declaratur primo hæc conclusio quod licet solius Pontificis sit vnire exemptarum tamen Legatus à latere vnire poterit *Petr. de Perusio d. cap. 4. n. 8.* Licet valde dubitet Caccialupus *ubi supra art. 3. n. 2. vsque ad n. 16.* Ratio est quia eiusmodi legatus reputatur diocesano seu ordinarius locorum & personarum exemptarum *c. venientes de verb. sig. in 6. c. 1. de offic. leg. & c. quod translationem.* Hinc est quod transferre possit prælatos exemptos ad aliam Ecclesiam confirmetque electiones eorundem *c. si Abbatem de elect. in 6. dixi eod. lib. 9. §. concedat licentiam vt in locis exemptis fiat oratoria & capellæ licet Papa dixerit fieri id non posse sine licentia speciali Sedis Apostolicæ soli enim legati à latere veniunt sub Appellatione sanctæ Sedis vt supra copiosius à nobis notatum est lib. 2. q. 2. d. s. autoritate ubi glo. in verb. Sedis.*

6 Declaratur secundo prædicta obtinere in immediate subiectis Summo Pontifici in exemptis enim ab Episcopo sed subiectis alteri cuidam Prælato exempto haud dubio is poterit Ecclesias sibi hoc modo pleno iure subiectas vnire. Ratio est quia eiusmodi prælatus habet iurisdictionem ordinariam & quasi Episcopalem *dixi supra eod. lib. 9. 20. late Caccialupus de vnionib. art. 3. n. 21. & 22. ita quod omnia ea exercere possit in suos subditos quæ Episcopi consueuerunt in proprios dixi supra lib. 1. quest. 17. vers. quaritur quinto.*

7 Declaratur tertio secundum Lapum hæc procedere in vnione locorum exemptorum ad inuicem faciendâ & quæ subsunt immediate Papæ secus si alij quia tunc sufficit consensus illius cui subsunt, nec requiritur licentiâ Papæ item secus si verumque non est exemptum vnde (inquit) Episcopus potest Ecclesiam sibi subiectam in qua exemptus habet institutionem & destitutionem rectoris vnire monasterio exempto *Lopus d. Clem. 1. §. ad hoc per c. cum dilectus in fin. quod met causa c. marum in pr. de priuileg. Innoc. & Host. c. inter dilectos de donat. Card. d. §. ad hoc vbi doct. Caccialup. d. art. 4. n. 7* quod tamen dubitatione non caret propter autoritatem Petri de Perusio contra sententiam d. tract. de vnionib. s. 4. n. 10. qui sic loquitur.

Sed

Sed queritur an legatus Sedis Apostolicæ Ecclesiam sibi subiectam iure legationis possit vnire Ecclesiæ immediate Papæ subiectæ videtur quod sic per ea quæ dicit Abbas in Clem. 1. §. ad hoc de statu Monach. ubi dicit quod Episcopus Ecclesiam sibi subiectam potest vnire monasterio exempto etiam si Abbas habeat in illo monasterio institutionem & destitutionem Præterea quoad potestatem vnendi considerandum est an Ecclesia vnita subiecta sit Prælato vnienti *c. sicut vnire de excess. pralat.* Nihilominus dicendum videtur quod legatus vnire non possit Ecclesiam iure legationis sibi subiectam alteri Ecclesiæ immediate Pontifici subiectæ Ratio quia in vnione requiritur causæ cognitio quæ respicit non solum Ecclesiam vnita sed etiam Ecclesiam cui fit vnio an autem subsit causa respectu Ecclesiæ cui fit vnio non potest legatus cognoscere, sed solus Papa non enim potest legatus Ecclesiam sibi subiectam vnire Ecclesiæ sitæ extra suam Prouinciam. Nec similiter Episcopus vnire Ecclesiam sibi subiectam Ecclesiæ exemptæ aut constitutæ extra suam diocesim quandoquidem in vnione autorisanda requiritur vt vtraque Ecclesia autorisanti sit subiecta *d. cap. sicut vnire, ita ille.*

Ex eodem fonte sunt quæ supra notauimus querendo vtrum legatus vel Episcopus autoritatem interponere possit in alienatione rerum Ecclesiæ extra Prouinciam si Ecclesia sit sita in Prouincia id enim plurimum controuertitur ex vtilitate quoque tum ex Bertachino ostendimus *eod. lib. qu. 2.*

## QUESTIO XXXII.

Exemptus delinquens intra Diocesim Episcopi an possit ab eo puniri.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Argumenta opinionis affirmatiue.           | 4. Episcopus punit aliquando exemptos autoritate delegata.                        |
| 2. Rationes opinionis negatiue quæ vera est.  | 5. Opinio affirmatiua sustinetur in exemptione reari, negatiua vero in personali. |
| 3. Consul non cognoscit de causis Fiscalibus. |   |

Pro parte affirmatiua est quod ratione delicti quis sortiatur forum non suum *Auth. qua in prouincia C ubi de crimine Auth. de mandat. Principum §. quod si delinquentes col 3. l. 1. C. ubi senatores late Hostiens. in summo de foro compet. nu. 6.* nullo obstante priuilegio vel exemptione siquidem reatus omnem honorem excludit, *d. l. C. ubi Senatores & frustra legem aut priuilegium inuocat qui spe illius communitatis delinquit ex quo prætextu priuilegiorum crescere non debeat.*

R r 3

flagi-



Magistorum autoritas cap. fin. de immunit. Eccles. c. qui frustra de usuris l. 2. C. de priuileg. s. holar. ib. 11.

Præterea exemptio concessa est propter oppressionem ordinarij dixi supra lib. 1. qu. 1. Ergo si exemptus delinquit do opprimit ordinarij amittere debet priuilegium vt puniatur in quo deliquit text. ca. priuilegium 11. qu. 3. c. reuolentes §. 1. de statu Monachor. . Abbat. in fin. d. verb. sign. cap. 1. ne clerici vet Monachi c. fin. de vita & honest. cleric. Paucis nec consuetudo nec pax nec pactum nec appellatio delinquenti d. b. t. esse præsidio cap. fin. de consuet. cap. fin. de præscript. l. si vnus §. pacto ff. de pact. cap. cum specia. i. §. porro de appellat. c. licet de offic. ordin. cap. tuarum §. 1. in fin. de priuileg.

2 Pro contraria autem opinione quæ & vera est sunt textus expressi c. frater noster 16. q. 1. c. sicut nobis §. fin. de suppl. negl. pralat. ibi nisi à iurisdictione tua excepta sint & c. in singulis §. ordinetur c. & que §. hac eadem de statu Monach. c. cū & plantare §. fin. de priuileg. us. Confirmaturque à simili sicut enim ordinatus à Papa propter excellentiam manus Papæ alibi ordinari non potest ca. cum in distribuendis de tempor. ordin. dixi lib. 1. cap. 21. ita nec immediatè ei subiectus ab alio iudicari potest arg. cap. ad abolendam §. fin. de hæretic. cap. nullus Episcopus de paroch. ad instar proconsulis qui licet maior sit post Principem tamen de causis fiscalibus sese intrmiscere non potest l. ne quicumquam §. ubi ff. de offic. proconsul. Postremo stant pro hac conclusione omnes autoritates quas parte secunda attuli in quæstione quarta & aliquot sequentibus quas non operæ pretium hic repetere.

4 Non autem obstant argumenta contraria quia si Episcopus quandoque exemptos punit id facit autoritate Apostolica d. c. ad abolendam non autem propria ideoque non tam ipse quam Pontifex iudicare & exemptos punire censendus est arg. c. inter corporalia §. sed neque de translat. Episcopi v. supra par. 2. quæst. 14. Quæ omnia Hostientis curiosè & longe lateque persequitur. in summa de priuilegijs numer. 11.

12. vsque ad finem vt dixi succincte lib. 2. quæst. 45. casu 20. & casu 1.

5 Porro opinio affirmatiua sustinetur in exemptione rea-

li, at vero contraria in exemptione personali vt liquet ex notatis alibi à nobis d. casu 20. & lib. 1. quæst. 20.

15. 4. & seqq.

### QVÆSTIO XXXIII.

Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi à iure permissio non obtemperantes.

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Cui conceditur consequens conceditur antecedens.   | 3. Regula cui conceditur consequens, & non procedit in specialiter reseruat. Papa. |
| 2. Lapsi & Card. opinio est quod Episcopus hoc in casu cogere aut punire non possit exemptos. | 4. Distinctio inter exemptiones immediatas, & mediatas.                            |

Videtur quod sic quia cui conceditur consequens conceditur etiam antecedens & cui iurisdictionis data est ea quoque concessa esse videntur sine quibus iurisdictionis explicari non potest velut est punitio coercitio executio t. x. ubi glo. & DD. l. cui iurisdictionis ff. de iurisd. om. iud. latissime Præses in loco à consequenti ad anteced.

Nihilominus tamen lapsus & Cardinalis in Cl. m. Archiepiscopo §. fin. n. 5 de priuileg. v. Card. Clem. 1. nu. de sent. excom. contra censuerunt nempe quod Episcopus agere debeat coram superiore exemptorum vt eos cogat ad parendum, ac non parentes puniat arg. c. nullus de iure patr. Lap. & Card. ubi supra quod etiam alibi videtur voluisse Abbas cap. fin. num. 5. vers. Si vero populus de cleric. peregrin ubi DD. adde supra eod. lib. quæst. 15. num. 7. & infra eod. libro. quæst. 64. Qui punctus cum sit prolixioris disquisitionis breuitatis causa legi poterit Præses citatus aliquot in locis & alibi Doctores d. l. cui iurisdictionis Barth. l. a dno Pio in pr. ff. de re iudic. tetigisse idem supra lib. 4 quæst. 14. numer. 7. Præses d. loco à concessione antecedentis vers. ratio limitatur, ubi dicit d. l. 2. non obtinere in specialiter reseruat. Principi quales esse certæ speciei exemptos nos etiam alibi diximus d. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 5. vers. Secundo & vers. tertio cum seqq. & cap. 29. in fine.

4 Paucis distinguendum videtur inter exemptos immediatè Papæ subiectos & alteri cuidam Prælato inferiori quemadmodum in discursu huius operis frequenter insinuauimus.



## QVÆSTIO XXXIV.

Exempti an teneantur Episcopo ad ius reuerentiale.

## S V M M A R I V M.

1. Exemptiones unde originem sumant.
2. Opinio negativa.
3. Opinio affirmatiua.
4. Iacobus Puteus utramque conciliat.

**D**iximus initio huius tractatus Exemptiones ortas à similitudine iuris emancipationum manumissionum caeterorumque iurium quibus ex potestate superioris aliquis eripitur, lib. 1. quest. 1. late Rebuff. respons. 142. Vnde non sine causa in hac materia dubitatum reperitur an exempti ad instar libertorum Episcopo ad ius reuerentiale teneantur iuxta text. l. fin. in verb. reuerentiam vbi glo. & DD. C. de bonis libert. in quo articulo sunt etiam pugnantes sententia.

Pro negativa est Parisius Flaminius ac ante illum Iacobus Puteus ille de refig. benefic. lib. 3. cap. 11. hic dicitur 115. par. 3.

Atè contra pro affirmatiua Castrens. l. sed si hac lege §. patronum nu. 4. cum Apost. ff. de in ius vocando Oldr. s. cons. 224. Rom. sing. 482. per tex. in l. fin. vbi Bald. & Barth. & Apost. in verb. reuerentiam C. de bonis libert. Balbus tract. de prescript. part. 1. quinta pars q. 12. nu. 6. Felin. in cap. cum inter. num. 4. circa med. de re iudic. cap. cum non liceat num. 2. de prescript. videatur idem Fel. in cap. conquerente in pr. vbi alios allegat. de offic. ordin. Barth. tract. de Episcopo. lib. 4. par. 2. qu. 35. n. 8. Bellen. de charit. subsidio quest. 28. Vtramque Puteus hoc fœdere conciliat nempe vt exempti exemptione data ab Episcopo ad ius reuerentia teneantur si vero Pontifex exemerit ab ordinario tum quoque à reuerentiali iure exemptio concessa esse censetur Puteus d. decis. 115.

## QVÆSTIO XXXV.

Exempti cui confiteantur.

## S V M M A R I V M.

1. Exempti comparantur extraneis.
2. Extranei sortiuntur forum in loco delicti. Et si secus vero forum pœnitentiale.
3. Pœnitentiale forum est improrogabile.
4. Exempti prorogare non possunt pœnitentiale forum Episcopi.
5. Exempti possunt eligere confessorem.
6. Eligere possunt Episcopum qui absolute delegata potestate.
7. Limitanda omnia nisi exempti subsint spirit.

spiritualiter alicui Pralato.

discipline.

8. Per liberam electionem confessoriorum disrumpi dicitur neruus Ecclesiasticæ
9. Ideo eiusmodi libertas restringenda.

**V**idetur quod cõfiteri non teneatur Episcopo seu loci parochio quia si quæter diximus exemptos comparari forisnibus seu extraneis Ang. cons. 337. alias 307 in cap. in causa Card. Clem. Archiepiscopo §. simili in fine de priuileg. Ant. de Rosellis tract. de indulgent. numer. 323. ca. græue vbi Abb. Fel. & DD. de offic. ord.

Quilicet forum sortiuntur in loco delicti forum tamen pœnitentiale ibi non sortiuntur doctè Abb. cap. cum contingas. num. 29. & aduertendum & in repet. cap. si quis contra num. 50. vers. aut queritur de foro compet. cap. 1. vbi DD. de rapt. Rochus de consuet. num. 709. Est enim pœnitentiale forum improrogabile Abb. vbi supra Ideo que exempti pœnitentiale forum sui Episcopi prorogare non possunt, late Abb. c. cum contingat. num. 11. per tot. de foro compet. qui proinde quemuis sibi alium confessorem idoneum eligere possunt tex. cap. fin. de pœnitentijs glossa. cap. si Episcopus in verb. eligere vbi Franc. num. 6. eod. tit. in 6. Card. Clem. dudum vbi late §. & si idem n. 2. & 3. de Sepult. Qua quidem facultate eligere poterunt proprium Episcopum seu loci parochum aut quemuis alium idoneum tamen à quo absoluerent non potestate ordinaria sed autoritate Apostolica Franc. d. cap. si Episcopus n. 6. glo. Clem. fin. de pœnit. & remiss. Clem. penul. de sent. excom. glo. & Card. Clem. si de beneficio de præbendis Feder. cons. 91. incip. super dubitatione col. 2. Nauar. cap. placuit. numer. 29. & seq. de pœnitent. dist. 6.

Quæ omnia limitanda sunt nisi exempti subsint alicui alteri Pralato spiritualiter tali enim casu eidem confiteri tenebuntur, Felin. cap. conquerente in pr. vers. dum dicit Abbas de offic. ord. Angel. in summa verb. confessio 3. nu. 5. maxime quia per eiusmodi liberam confessorum electionem disrumpi dicitur neruus Ecclesiasticæ discipline c. cum inter v. s. de consuetud. Abb. d. cap. conquerente num. 5. Ideoque quantum per se fieri potest istiusmodi licentia est restringenda ne ad familiares exemptorum extendatur Abb. cap. fin. num. 4. & 5. de censib. Hac ratione putauit Abbas priuilegium mendicantibus concessum vt possint audire confessiones quorumcumque valde esse nocuum ideo non modo restringendum sed etiam reuocandum in c. quid sit nouale nu. fin. in fine cum Apost. de verb. significat. quod tamen cum Nauarro non sequimur ex quo eiusmodi gratia nemini est onerosa sed tota fauorabilis & in animæ fauorem concessa, Nauar. in d. cap. placuit vt dicitur numer. 170. sub finem & num. 184. & seqq.

An autem confessarij per exemptos electi absoluerè possint ab excommunicatione aut c. sibus reseruatis videatur apud Angelum de Clauasia verb. confessio. 3. numer. 7.

Quid autem statuendum sit de Regularibus confessarijs quos ordinarius semel approbavit



approbavit extat infrascripta declaratio sacre congregationis Cardinalium negotijs Episcoporum & regularium præpositorum quam a D. Prothonotario Apostolico Ricardo Pauli Stauio qui in eiusdem congregationis Secretaria Sedi Apostolica plurium annorum spatio inseruiuit accepi.

## D E C R E T U M

*Quo Locorum Ordinarijs Regulares à Confessionibus audiendis suspendendi ratio præscribitur.*

**C**um Sacre Congregationi Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum innotuerit, Confessarios Regulares grauiiter conueniri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs ab audiendis confessionibus quauis de causa indiscriminatim suspendantur; & propterea sæpe contingere, vt ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnus Conuentus Confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi eiusdem Sacre Congregationis Patres, rati vix fieri posse, vt hæc sine scâdalo, magnaque Animarum pernicie contingant, re mature perpenſa, ad omnem scândali materiam summouendam, & quo magis spiritali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt, Archiepiscopis, Episcopis, alijsque Locorum Ordinarijs, ad quos Confessarios approbandi ius spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suscipere posse, minime licere, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinarijs positum. Statuunt insuper eisdem Archiepiscopos, Episcopos, Locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnus Conuentus Regularibus Confessarijs, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, vt iisdem Illustrissimis Patres opportunum & necessarium duxerunt, ita inuolubiliter iubent obseruari Romæ 20. Nouembris 1615.

A. MAR. EPISC. HOSTIEN. CARD. GALLVS.

Locus † Sigilli.

V. Theatin. Secret.



QVAE

## Q V Æ S T I O XXXVI.

Instrumento exemptionis amisso an probetur per illius confirmationem.

## S V M M A R I V M.

1. Exemptio an vires sumat à confirmatione. firmatum.  
 2. Hodie priuilegium non valet nisi sit confirmatum. 4. Quid si adiecta sint clausula maiores.

**D**icendum est probari nam exemptio vires suas & robur etiam assumit à confirmatione glo & ibi ad cap si Romanorum in verbo desint. dist. 19. 1a sen Barth. et DD l. priuilegia C. de sacros. Eccles. Fel cap. interdictos col. 6. in fin. de fide instr. late Gaill. lib. 1. obs. 1. per tot. num. 16. Card. conf. 118. Illius scilicet qui autoritatem habet communitates seu exemptionem concedendi Card. d. conf. 118. col. 2. vers. in contrarium dixi supra. Idque maximè hodierna praxi & consuetudine qua priuilegiū prodere non potest nisi prius solemniter fuerit confirmatum Rebuff. ad constit. reg. tit. de appellat. art. 2. glo. vna n. 16. Cremen. sing. 81. Declaratur id verum si de mente & voluntate seria principis constet alioquin enim in generali confirmatione præsumitur actum confirmasse eo modo quo de iure communi solet ita nempe vt confirmatio priuilegiorum veterum nihil noui adferat, cap. cum dilecta cap. quia intentionis de priuileg. Gaill. d. obs. 1. nu. 6. Secus si Pontifex id confirmet mente seria & plenitudine potestatis de qua tamen nisi aliter appareat non præsumitur v. Gaill. d. obs. 1. num. 17. Item si cum clausula ex certa scientia quæ æquipollet plenitudini potestatis v. Gaill. lib. 2. obs. 56. n. 14. VVames. conf. 64. n. 2. tom. 1. adde supra lib. 1. quest. 8. numer. 8.

## Q V Æ S T I O XXXVII.

Ecclesia exempta quinam censeantur exempti.

**D**ico primo quod exempta Ecclesia exemptus censeatur Vicarius perpetuus Prælati Canonici & clerici Ecclesie Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vicariis perpetuis numer. 16. cap. per exemptionem de priuilegijs in 6. ubi late Franc. dec. conf. 152.

Quod tamen limitandum est si Prælati seu vicarius non esset de corpore Ecclesie



clesiaz v.g. si exemptum Hospitale habeat rectorem laicum & alios clericos ibi diuina celebrantes certe rector exemptus dici non poterit, Barth. l. quod constituit m. ff. de militari testa & cons. 96. num. 5. & 6. Clem. 1. de relig. domib. Barbat. Clem. fin. super glo. verb. statuimus de rescript.

Dico 2. Exemptis Canonici neque Ecclesiam neque conuersos vel alios Clericos censeri exemptos c. per exemptionem ubi Franc. de priuileg. vido supra lib. 1. qu. 13.

### QUESTIO XXXVIII.

Coloni exemptorum an censeantur exempti.

#### SUMMARIUM.

1. Priuilegia realia Dominorum transeunt ad Colonos.
2. Familiars accessorie gaudent priuilegio Dominorum.
3. Odium ordinariorum presumitur etiam ferri in familiares.
4. Priuilegia Scholarium trahuntur ad familiares.
5. Exemptiones non egrediuntur personam.
6. Coloni perpetui gaud. ut priuilegio Ecclesiarum.
7. Exempti veniendo ad defensionem Colonorum trahunt causam ad suum forum.
8. Priuilegium expresse eximens mercenarios obseruandum est.
9. Coloni Ecclesie seu loci cuius iurisdic. temporalis pertinet ad Ecclesiam censentur exempti.
10. Liberti Ecclesie censentur exempti.
11. Coloni conuenti coram laico ratione rerum Ecclesie retrahere possunt causam ad iudicem Ecclesiasticum.
12. Mercenarij in dubio non sunt exempti.
13. Quid si religiosi sint exempti a solutione decimarum an eorum coloni partiarj exempti censentur.

**P**RO affirmatiua adferri solet quod coloni priuilegiatorum gaudeant priuilegio suorum Dominorum adhibito praefertim distinctione inter priuilegia realia & personalia ut illis coloni gaudeant his minime Parisius cons. 25. n. 10. & cons. 69. n. 6. col. 1. Borquin. de usufruct. mulieris num. 163. Boer. decis. 213. numer. 18. Alciat. c. 14. Cephalus cons. 451. n. 184. v. 4. Bursat. cons. 25. lib. 1. Vincent. Carocius tract. de locato par. 2. tit. de collectis num. 8. & tit. de Coloni priuilegiatorum.

Idque adnotat don clericorum & familiarium qui accessorie foro & priuilegio suorum Dominorum potiuntur per tex. l. 1. vers. verum etiam hominibus eorum. m. ubi Castrens. m. 8. c. de Episcop. & clericis l. praesenti §. pen. C. de his qui ad Eccles. confugiunt Capic. dec. 1. 2. Bonacossa tract. de famulo q. 15. per tot. d. l. c. cons. 114. num. 10. & consi

constit. num. 8. vol. 4. dixi supra lib. 1. quaest. 30. Cum enim exemptiones ortas esse dixerimus lib. 1. q. 1. n. 13. ratione praesumpti odij ordinariorum idem odium quoque gesturi videntur in colonos quemadmodum latius prodidit Iason in l. uer. quadam puella ff. de iudic. arg. l. unica in verbis vniuersa eius domus C. si qua praedictus potestate DD. cap. cum sit generale de foro compet. repugnante tamen ei Innocentio in ca. insinuante ubi dec. de officio deleg. Quae cum in materia fori clericalis differantur eadem analogia ad hanc exemptionum materiam duci possunt dixi supra lib. 1. quaest. 45. n. 5.

Secundo priuilegia immunitates & exemptiones Scholarium extenduntur ad eorum famulos Iase Rebuff. de priuileg. schol. priuileg. 166. per tot. ergo à proportionem & analogia idem dicendum est in exemptis dixi d. quaest. 45. num. 50.

Tertio idem stabiliri videtur apertis textibus per varias glossas confirmatis cap. continuum 11. quaest. 1. cap. fin. de officio Archid. glo. cap. eos dist. 32. glo. 1. & c. clericum 11. quaest. 1. glo. cap. generaliter §. nouarum 19. quaest. 1. & ca. Ecclesiarum. seruis 12. quaest. 2. à quibus non dissentit Archidiaconus in d. cap. clericum Abb. cons. 53. lib. 1. Castrens. l. si quis C. ubi cause fiscales Gemin. d. cap. eos Rom. Ias. & DD. d. l. cum quadam Neufan. in Sylua nupt. par. 5. n. 25.

Pro negatiua non desunt etiam rationes ac authores Fed. de senis cons. 3. n. 9. Spec. de 5 compet. iud. addit. §. 1. nu. 27. Abb. Fel. & DD. cap. 2. de foro compet. Praepos. d. cap. eos Aufrer. de potest. seculari super Eccles. reg. 2. nu. 36. Didacus praet. q. c. 35. numer. 2. vers. quinto non video Capic. dec. 12. num. 2. dicens esse communem Osajus ped. dec. 32. Iason l. serui electione §. Labeo de leg. 1. Lucas de Penna & Ioannes de Platea l. senatorum C. de dignitat. lib. 10.

Ratio est quia communi Doctorum Calculo teste Antonino Tessauro ped. dec. 6. 116. & Thoma Grammatico Ciuil. cons. 162. num. 10. & per tot. exemptio ita adhuc ret perlonge priuilegiata ut ad eius colonos extendi non possit.

Vtraque opinio conciliari poterit sequentibus conclusionibus. Prima conclusio 7. Coloni perpetui gaudent priuilegio Ecclesiarum secus autem si sint temporales Abbas d. cap. 1. Ripa de peste tit. de praeserv. at. remedijs §. denenio num. 128. Gram. d. nu. 15. & 16. Hoc sensu exaudienda est opinio affirmatiua.

Secunda exempti interueniendo & veniendo ad defensionem suorum colonorum declinare possunt tribunal ordinarj Ripa cap. decernimus num. 2. & 4. de iudic. praepos. cap. clericum 11. qu. 1. dixi supra lib. 2. qu. 37.

Tertiali priuilegium esset tale quo famuli & mercenarij exemptorum etiam eximuntur ei esset standum Abb. d. cap. 2. Bursat. d. cons. 25. nu. 9. & seqq. Tessauro. d. dec. 32. num. 7.

Quarta Coloni Ecclesiae seu loci cuius iurisdic. temporalis pertinet ad Ecclesiam censentur esse exempti praepos. d. cap. clericum col. penult. Tessauro. d. nu. 7. vers. sexto.



- 11 Quinta liberti Ecclesiarum gaudent priuilegio Ecclesie glo. d. ca. iudicatum & d. cap. Ecclesiarum seruos.
- 12 Sexta coloni qui conueniuntur coram laico ratione rerum quas ab Ecclesia tenent retrahere possunt per inhibitoriales causam ad iudicem Ecclesie Spec. d. n. 27. de quo articulo distinctum videri poterit Cacheranus ped. dec. 32. DD. cap. si clericius laicum de foro compet.
- 13 Septima Mercenarij exemptorum non sunt exempti glo. cap. pen. de priuil. & in Clem. 1. de relig. & ven. sanct. l. f. l. scriniarios num. 1. C. de testa. militari.
- 14 Quid si religiosi exempti sint a solutione decimarum an eorum partiarj coloni vel censuales exempti censentur. Quidam id decidendum asserunt ex verbis priuilegij scilicet an eximat terras a decimis an vero personas religiosorum priori specie exemptos censeri posteriori minime glo. Clem. 1. verb. excedas ubi Card. q. 23. de de. imis Abb. cap. ex parte 1. eod. tit. Soc. conf. 268. fed. onf. 111. At vero alij indiscriminatim contra censuerunt Remizius Gauni in suo tract. an Ecclesia vel clerici sint exempti ab exact. laicorum fol. 233. glo. 1. mol. Card. & DD. Clem. presentis de censib. Repa de peste in parte 3. partis qu. 15. v. Paris. d. conf. 25. Nicolaus festasius tract. de estimo & collectis fol. 97. numer. 43. & seq. Abb. cap. veniens col. 2. vers. nosa hoc vltimum de transact.

## Q V A E S T I O XXXIX.

Episcopo Inuocante contra exemptos brachium seculare an parendum sit si exempti dicant se appellasse.

## S V M M A R I V M.

1. Ancharani hac est questio. inuocanti eorum auxilium.
2. Exempti an obedire debeant Episcopo

Questio hæc proponitur ab Ancharano in Reg. ea qua quest. 10. col. 21. de reg. iur. in 6. Cui respodit negatiue hac ratione quod secularis iudex parere nõ debeat iniusto præcepto ordinarij cap. 1. de offic. ord. vide laicum supra lib. 2. q. 44. aicenta præcipue appellatione quæ ligat manus Episcopi qua de re secularis cuius brachium Inuocatur cognoscere potest ne præmatura sua executione exemptis iniuriam inferat quod ipsum in ipsissima hac exemptionum specie late docet Abbas cap. 1. num. 12. vers. & per hoc & nu. 13. cum Apost. de offic. ord. vide laicum infra quest. 82.

Quid autem è contra an exempti teneantur obedire Episcopo eorum auxilium inuocanti: tradit Alciatus resoluitque negatiue arg. Clem. pastoralis ubi Card. Imola.

Bal-

Baldus & DD. de Re iudic. Alciat. cap. perniciosam num. 126. de officio ord. Poterit tamen (inquit alciat) d. num. 26. Episcopus supplicare Papæ vt eos compellat qui hoc facere tenebitur arg. cap. sin de except. in 6. vbi DD.

## Q V A E S T I O XL.

Exemptus ab Episcopo excommunicatus an à iudice appellationis possit petere ad cautelam absolutionem.

## S V M M A R I V M.

1. Exemptus petens absolutionem debet antea fidem facere de absolutione.
2. Absolutio ad cautelam quid sit.
3. A quibus censuris concedi possit.
4. Quando concedi possit.
5. Quare concedatur.
6. Concedi non potest nisi vocata parte.
7. Quis absolvere possit.
8. Delegatus an absolvere possit.
9. Pars aut index an impedire possit absolutionem.
10. Absolutio ad cautelam non presumitur.
11. Petens absolutionem ad cautelam non præsupponit excommunicationem.
12. Confessa ij an absolvant ad cautelam.

Potest idque vel per viam reuocationis a tenentorum vel per modum absolutionis antea tamen debet non plene sed aliquantulum de exemptione fidei facere idque quia ius commune resistit exemptionibus quibus facile ordinario illuderetur potestati ac ne per figmenta exemptionum dolis & impunitatibus via aperiat Inno. cap. solet de sent. excom. in 6. Rot. decis. 234 in nouis & decis. 308 licet Io. Andr. in d. cap. solet variavit Rot. decis. 116. in antiquis Milis in repet. verb. excommunicatus si petat Fel. ca. Apost. licet num. 20. vers. & subdit de sent. excom. Rot. dec. 6. de sent. excomm. in nouis & dec. 7. eod. tit. in antiquis de qua absolutione ad cautelam videatur exactissime & latissime Gregorius Saurus Benedictinus in Thesaurio Theologiae moralis par. 1. lib. 2. cap. 17. num. 8. in qua materia paucis formabo quaedam conclusiones quæ summam omnem illius substantiam complectentur.

Prima conclusio absolutio ad cautelam est ab Ecclesiâ ea censura conditionalis absolutio concessa ratione periculi cum de valore censura dubitatur, Io. Andr. in cap. solet ubi DD. de sent. excom. in 6. Hugolin. de Censuris Ecclesie tab. 3. cap. 22. §. 1. numer. 4.

Secunda absolutio ad cautelam concedi potest ab omnibus censuris excommunicationis suspensionis & interdicti excepto interdicto generali loci Anchar. d. ca. solet num. 5. Gemin. ibid. in §. in secunda num. 11. Franc. ibidem vers. 4. Stephan. Cista in rep. num. 49. & ibi omnes cap. presentis de sent. excomm. in 6. vbi DD. & glo. in verb.

crati



generali & in verb. declaramus vbi assignatur ratio quare interdicto generali dari non possit relaxatio ad cautelam. Idque siue censuræ latæ sint ab homine siue à iure si tamen probabile dubium sit facti aut iuris quemadmodum exemptis demonstrat Gregorius Sayrus d. cap. 17. num. 7. Anchar. d. cap. solet. num. 5. Gemin. d. num. 11. Franc. num. 27. Stephan. Costa num. 49. Nauar. in Manuali cap. 27. n. 277. & 278. Hugol. de cens. Eccl. tab. 3. cap. 22 § 1. num. 9.

4 Tertia absolutio ad cautelam peti & concedi potest quoties sententiæ nullitas allegatur v. g. quia lata fuit à iudice incompetente, contra exemptum dummodo fiat aliqua fides & semiplena saltem probatio de exemptione aut nullitate sententiæ Innoc. cap. venerabilis num. 5 de censib. DD. d. cap. solet Abb. cap. Apostolicè n. 10. vbi Fel nu. 22 de except. Couarr. ca. alma mater par. 1. §. 12. n. 7. Primum de sent. excom. in 6.

5 Ratio est quia hæc species absolutionis concedi solet vt absolutus sine conscientia scrupulo diuinis & humanis se intermiscere possit Sayrus d. c. 17. n. 3. & 8. in fine & nu. 13. quæ ratio indifferenter militat in omni casu nullitatis Sayrus d. num. 8. Diuiditurque à Nauarro d. n. 277. in diu. idiatam quæ ad certum tempus & actum fit & integram quæ dubitatur esse lata & eam quæ scitur esse lata sed dubitatur an valeat DD. d. cap. solet Innoc. in cap. veniens vbi gloss. final. de testib.

6 Quarto concedi non aliter potest, quam vocata parte ad cuius instantiam excommunicatio fuit lata quæ si se opponat ac infra tempus octo dierum iustam excommunicationem non probet condemnandus erit in expensis ea propter tactis DD. vbi supra Sayrus d. cap. 17. num. 9.

7 Quinta à censura iuris ad cautelam absoluere potest qui simpliciter auctoritatem habet absoluendi arg. cap. nuper. de sent. excommunic.

Sexta à censura lata ab homine is absoluere potest ad cautelam qui excommunicauit vel illius superior quando causa ad eum via appellationis est deuoluta glo. d. e. solet verb. per superiorem vbi DD. Hostiens. Io. Andr. & ea per tuas de sent. excom. Couarr. d. §. 12 num. 8. Sayrus vbi supra num. 14.

8 Septima de delegato reperiuntur pugnantis sententiæ placet sententia Couarruie d. §. 12 num. 8. vers. iudex qui eas fœdere distinctionis conciliat dicens delegatos Apostolicos qui delegantur ad cognoscendas causas extra Curiam habere facultatem absoluendi ad cautelam delegatos vero ad cognoscendas causas in Rom. Curia non habere hanc facultatem nisi speciali commissione eis concessa sit & sic vsu & praxi obseruari astitit. Vide Nauarrum in Manuali cap. 27. numer. 278. vers. quarto dico.

9 Octaua absolutionem ad cautelam nec pars nec iudex impedire potest nisi in causa manifesta iniuriæ quæ si negetur probari debebit infra dies octo d. cap. solet & DD. vbi supra Sayrus nu. 10.

Nona absolutio ad cautelam obtenta non præsumitur nisi probetur cap. sicut nobis de

bis de sent. excom. glo. cap. proposuit in verb. de absolutione de cleric. excom. ministrante Nauar. in Manuali cap. 27. num. 278. vers. septimo.

Decima petens absolutionem ad cautelam non præsupponit aut fateretur se excommunicatum secus si simplex absolutio postuletur Stephan. Casta. d. cap. solet. nu. 46. Sayrus l. b. 2. cap. 16. num. 16.

Vnde decima Confessarius cui committitur absolutio ad cautelam non astringitur tur solemnitatibus antedictis Nauarr. d. nu. 278. vers. quinto quid autem si committatur ei in vtroque foro vide apud eundem Sayrum & Nauarrum vbi plura de hac materia.

## QUESTIO XLI.

Monachus exemptus à quo ab excommunicatione absolui possit.

### S V M M A R I V M.

1. Distingendum inter excommunicationem illatam ex violentia manu iniectione & alias.
2. Temperatur nisi accessus ad Papam sit difficilis.

Quod Episcopus proficit absoluere videtur censuisse Federic. de Senis cons. 14 Io. de Lignano Clem. ne in agro de statu Monach. Nauar. cons. 31. de penitent. At vero contrariam sententiam tenuit, Io. Andr. Abb. Fel. cap. significasti de foro compet. ca. pastoralis §. praterca vers. limita hunc primam de offic. ord. glo. fin. in Clem. penult. de sent. exco. in c. graue de offic. ord. Ang. de Clauasio in summa verb. exepius §. 6.

Paucis distinguendum inter excommunicationem illatam ex violentia manu iniectione & alias alterius speciei. Quoad illam Episcopus absoluere potest ne detur religiosis occasio euagandi vti censent. Io. Andr. Dom. Anchar Francus & alij in cap. religioso de sent. excom. in 6. qui extendunt hunc Canonem ad exemptos quo vero ad alios absoluere non potest quia ligare non potest Abb. cap. cum dilectus 2. not. de relig. dom. Bald. in Margarit. verb. excommunicatus arg. l. qui condemnare ff. de reg. iur. nemo autem absoluere potest qui ligare aut condemnare non potest ca. l. nemo qui ff. de reg. iuris.

Quod temperandum videtur si accessus ad Romanam Curiam seu ad Papam esset difficilis & periculosus qua de re abunde satis alijs in locis scripturus supra cod. lib. cap. 1. vers. limita & da autem est & infra quæst. 50 & seqq. Card. Clem. 1. quæst. 3. de offic. ord. Clem. attendentes in fin. de statu Monach.



## QVÆSTIO XLII.

An accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis.

## S V M M A R I V M.

1. Episcopalis ordinis quæ sint.
2. Postulari debent ab Episcopo.
3. Nisi Episcopus conferre renueret.
4. In actibus voluntarijs exempti subsunt

Episcopo.

5. Nisi per actum voluntarium præiudicaretur Episcopo.

**D**iximus supra lib. 1. quæst. 6. in fin. sententia Canonistarum Episcopatum esse ordinem adde Io. Andr. in præmio sexti in verb. Episcopus ubi DD. Albert. Troylus de perfectio clerico lib. 1. cap. 2. num. 4. & seqq. à quo plurima emanant quæ ordinis Episcopalis esse perhibentur ut est Chrisma, oleum sacrum Consecratio altaris Ecclesiæ item reconciliatio Clericorum ordinatio depositio suspensio & alia similis generis allata & probata à Bertachino tract. de Episcopo lib. 4. par. 2. quæst. 19. num. 53. quæ præbuerunt causam huius quæstionis ad quam paucis respondeo omittis eis quæ supra in eadem materia articuli quæst. 11. eod. lib. exemptos hæc debere postulare ab Episcopo ita disponente tum iure cap. veniens §. Chrisma ubi Io. Andr. Abb. & DD. de prescript. Anania cap. per tuas not. 1. de Simonia ubi loquitur de Carthusiensibus Oidra. cons. 244. Clem. 1 §. presentatos ubi Card. de excessib. prælat. cap. cum nullus vers. inferiores de temp. ord. in 6 glo. cap. Abbatibus 18. qu. 2. Calder. cons. 4. de priuileg. tum vniuersali & immemoriali consuetudine ut testatur Cardinalis cons. 112. nisi priuilegio Tum Concilio Trident. sess. 23. cap. 10. Nauar. in Manuali cap. 2. num. 18. vers. tertio qui contrauenit.

3. Quod tamen moderandum est nisi Episcopus nolle ea exhibere Canonice ut oportet puta gratis tum enim poterunt ea petere ab alio Præsule tex. d. ca. venient §. Chrisma ubi DD. Franc. 6. 1. ubi late in verb. instituta de priuileg. in 6. ubi Io. Andr. & Domin. Ex quibus corollariè infertur quod exempti subsint dicecesano in actibus voluntariè iurisdictionis ita censuit Hostiens. quem refert Ioannes Andreæ in cap. Canonica de sent. excom. & in cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Capus d. cap. cum nullus nisi tamen per actum voluntarium fieret præiudicium priuilegio seu sanctæ Sedis tex. cap. cum tempore de arbitr. aut nisi actus voluntarius seu factum iurisdictionis eius non subiacet. Dom. & Franc. d. c. cum nullus in glo. super verb. religioso.

QVÆ

## QVÆSTIO XLIII.

Abbates &amp; alij Prælati exempti an possint subditis dare literas dimissorias ad ordines.

**P**aucis respondendum si ita sint exempti quod Episcopi non habeant in eorum Clericos ordinationem eas concedi posse alias minime cap. fin. ubi DD. de clerico peregrino ad quod Concil. Trid. inhiuit sess. 7. cap. 10. & seq. velut vberius explicauit Nauarrus quem videre poteris cons. 14. de priuileg. dixi lib. 4. quæst. 11.

## QVÆSTIO XLIV.

Abbates vel Prælati exempti an possint extraneum ordinare habentem dimissorias.

**I**D plane pendet à tenore priuilegij qui semper ad amissim sequendus est ut frequenter dixi cap. porro cap. sane de priuileg. Itaque si cuiusmodi sint exempti cum omnibus membris suis familiaribus & capellis populum habentibus id possunt propter exemptionem quam habent plenissimam c. 2 §. fin. de supplen. negl.

Si vero exempti sint sine populo tunc similiter id eis licebit in capellis populum non habentibus secus si habeant populum quia tunc prius recurrendum est ad Episcopum qui dimissorias visitabit & decernet ordinandum id quod si Episcopus recuset recurrendum erit ad superiorem ita Abb. Innoc. & DD. cap. fin. de clerico peregrino hæc forma non obseruata Episcopus punire poterit ordinatum Abb. Host. Io. Andr. ubi supra quæ omnia sacrum Conc. Trid. temperauit ut præcedenti quæstione scriptum est & doctissime post omnes discussit Nauarrus cons. 14. de priuileg.

## QVÆSTIO XLV.

Exemptus habens dimissorias an possit ab Episcopo examinari de Interiura &amp; idonitate.

## S V M M A R I V M.

1. Semel per Principem appretatus non debet iterum approbari.

**P**otest rex pulcherac sanctissima d. st. 1. n. deo v. si repererit eum in idoneum admittere non debeat carab. d. ap. miranar dist. 61. per s. x. ca. venerab. item & ibi Innoc.

Tit 2



Innoc. de elect. Nauarr. cons. 8. de priuileg. Secus v.g. si Papa à se promotum mandauerit per Episcopum benedici quia semel per Principem probatus per inferiorem non debet iterum examinari *sex. l. quidam consulebat & ibi Cast. de re iud. talem enim Episcopus sine alio examine ordinare tenebitur Innocent. cap. pastoralis circa med. de donat. Colloq. cap. meminimus & ibi Fel. de accusat. Cappel. Tholos. decis. 449. in ip. item fuit questum an Episcopus Nauar. in Manuali cap. 27. Miscell. 1. num. 266. Idque in æquali gradu idoneus enim ad vnum officium censetur idoneus ad aliud Abb. ca. accepimus r. u. 6. de etate & qualitat. ord. Ceterum si maior perfectio requiratur in hoc quam alio gradu aliud subeundum esset examen Nauarrus cons. 2. de prebendis. Item nisi notorie foret idoneus, notorie enim dignus examinari non debet cap. nullus distinct. 24. Nauar. cap. cum contingat causa secunda nullitatis nu. 13. de rescript. De hac materia videri etiam poterit Henricus Botteius tract. de Synodo par. 3 art. 1. num. 283. vol. tract. 2 fol. 227. indistincte tenens approbatum reprobari posse & late Fel. cap. cum venerabilis nu. 48. & seqq. de except. ubi Abb. n. 5. & seq. & DD. ibid.*

### Q V Æ S T I O X L V I.

Hæres exemptus an ex persona defuncti non exempti conueniri possit coram ordinario.

#### S V M M A R I V M.

1. Hæres ex priuilegio communi declinare potest secus ex proprio.
2. Priuilegia communia sunt ad instar iuris communis.
3. Hæres eiusdem conditionis qua defunctus.
4. Conclusio fallit si agatur ad legata.
5. Item si priuilegium exemptionis exuberaret.

1. **C**onueniri posse testatur Vlpianus in hæc verba hæres absens ibi defendendus est ubi defunctus debuit & conueniendus est si ibi inueniatur nulloque suo proprio priuilegio excusatur *sex. l. hæres absens in pr. ff. de iudicijs*. Pro explanatione r. fricanda est differentia inter priuilegia communia sic dicta quod inserta sint corpori iuris communis ut est priuilegium clericorum legatorum miserabiliū personarum & propria dixi supra lib. 1. cap. 1. num. 5. Ista per legem conceduntur hæc autem priuata per Principem *glo. d. l. hæres in verb. excusatur* velut priuata leges seu priuata legia *præf. in loco ab Ethymologia & d. xi. d. u. 5. Aluati. lib. 2. nu. 51. de verb. sign. Massagalejus ad form. Camera oblig. ad 2. par. qu. 2. n. 6. fol. 74.* Hæres priuilegio communi utens conueniri non poterit coram iudice defuncti sed coram proprio seu competente v.g. clericus hæres laici conueniendus est non coram iudice laico de iudic. sed coram Ecclesiastico iudice hæredis. At vero hæres proprium

proprium habens priuilegium declinare non poterit iudicem defuncti quem ipse iuris fictione representat *glo. in d. verb. excusatur*. Quod ipsum Cynus Barthol. Castrensi. & DD. fusius tractauerunt *in d. l. Hæres Massagalejus ad form. Cam. oblig. ad secundam particulam quest. 2 per tot. & signanter nu. 4. & seqq. ubi doctè fol. 72. Sebast. m. duos tract. de morte par. 1. n. 91. Caroc. de excuss. bon. par. 2. qu. 57. nu. 20. Fel. cap. quæ V. n. 3. vers. limita dummodo de iudic. Straccha tract. de mercatura tit. quomodo procedendum sit in causis mercat. ubi id exemplifica. in mercatoribus qui habent speciales iudices ut exempti num. 44. fol. 49. & seq. Abbas cap. quia V. n. fin. de iudicijs ubi & clare loquitur Fel. ibidem num. 3. vers. limita dummodo.* Quæ fuit causa ut Cynus referente Castrensi in hæc verba *d. l. hæres n. 4.* Confulerit contra fratres de Carmelo quierant exempti ab Episcopo & suberant immediatè Papæ deinde successerant cuidam laico & agebatur contra ipsos ex persona laici coram Episcopo allegabant priuilegium exemptionis certè quia illud non erat clausum in corpore iuris non poterant allegare sed priuilegium clerici atus quod erat clausum bene poterat allegare ut sic non conueniantur coram iudice seculari sed coram Episcopo, ita ille. Confirmari potest tum quia priuilegiatus succedens in ius privati utitur iure priuati *cum quidam §. fisci ff. de usuris Balbus de præscript. in 1. parte quinta partis quest. 3. per tot.*

Tum quia priuilegia communia non sunt propriè priuilegia ex quo regulantur & sunt ad instar iuris communis *Andreas Gammarus tract. de extensionibus nu. 164.* suntque alijs priuilegijs potentiora *Fel. cap. cum ordinem numer. 20. vers. ultimo de rescript.*

Tum quia hæres ius suum ex propria persona metiri non debet sed ex persona defuncti cuius iure uti debet *l. si ff. de iudic. l. apud Iulian. in fine ff. ex quib. caus. in possess. eatur l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig. glo. in d. verb. excusatur.*

Declaratur primo hæc esse vera nisi hæres conueniatur pro legatis cum enim legata defuncti de beantur adita hære ditate quæ amplius defunctum non representat *l. 1. ff. si familia furto fuisse discatur l. hereditas in multis ff. de acq. dom. l. 1. §. si auola ff. si quis testam. liber esse iussus dixi supra lib. 2. q. 20. nu. 3. Rol. à Valle d. qu. 17. nu. fin. in fin. in part. 2. tract. de inuentario fit ut mutatione personæ mutetur etiam priuilegiū status & conditio rei *l. per procuratorem ubi Barth. & DD. ff. de acq. hered. & d. quest. 20. num. 4. cap. 1. de iure patr. in 6. Rol. à Valle tract. de inuentar. par. 2. quest. 17. nu. 5. & seqq. ac proinde ut eo casu hæres ex proprio capite conuenitus iurisdictionem ordinarij declinare & proprio exemptionis priuilegio se tueri possit *Rox. dec. 572. in art. 19. sufrer. in repet. Cleo. 1. fall. b. regula 2. de officio ordinarij bona enim postquam acquisita sunt per priuilegia. os sunt iuris naturam priuilegiatorum *Abb. cap. porro de priuilegijs.****

Declaratur secundo nisi priuilegium exemptionis effectus completum, & abun-



dus quod etiam hunc casum sua exuberatione includeret quemadmodum hac materia supra notauimus dum de continuatione instantiæ in exemptum quæsiuimus lib. 2. quæst. 19. num. 7. item quæst. 5. nu. 6. 9. 10. & seqq. item quæst. 16. nu. 12. & seqq.

Tota enim exemptionum vis ex verbis & mente Pontificis dependet velut hætenus satis frequenter probauimus lib. 1. cap. 43. nu. 1. & 2. per cap. quanto cap. porro 6. recepimus de priuileg. l. credendum ff. qui petant. tutores.

### QVÆSTIO XLVII.

Ordinarius an procedit contra hæreticos exemptos.

#### SUMMARIUM.

1. Ordinarius procedit contra hæreticos exemptos.
2. Quid verum est in hæresi proprie sumpta.
3. Ab ordinario ad sanctam Sedem appellandum.
4. An procedat contra asserentem fornicationem non esse peccatum.
5. Quid de communicante per hypocrisim.
6. Quid de infordescente.

**O**rdinarius inquirendi ius habet atque iudicandi hæreticos *Abb. cap. cum contingat col. 7. de foro comp. Lap. alleg. 114. circa fin. Iacob. de bellonisu rep. c. Romana §. contrahentis de foro comp. in. 6. oppos. o. fol. 26.* Idque tanquam Apostolica autoritate delegatus, *text. ubi Abb. & DD. cap. ad abolendam de hæreticis glo. c. per hoc ver. delegata eod. in 6. c. irrefragabilis §. excessus de officio ord. Clem. sum. ex eo de sent. excom.*

Quod tamen de hæresi vera & proprie sumpta intelligendum est contra autem **improprie hæreticos exemptos** procedere non posset *Calder. conf. 5. de hæretic. Oldræ. conf. 210. Ros. decif. 875. incip. Accusatus de hæresi in antiq.* verba enim in proprio significato sunt accipienda *c. ad audientiam de decimis l. non aliter de leg. 3.* Vnde infero quod ab eiusmodi ordinario procedente appellari debebit ad sanctam Sedem *c. super quæstionem de offic. deleg. Abb. d. c. ad abolendam n. 16. dixi supra li. 2. ca. 42.*

Ut autem ordinarius procedere possit contra exemptum dicentem v. g. fornicationem non esse peccatum videatur *capell. Tholos. dec. 346.*

Item an cognoscat de exempto per Hypocrisim recipiente hostiam non consecratam *Calder. conf. 4. de hæreticis.*

Contra infordescen em in excommunicatione videtur quod inquirere possit nec minus Ecclesiastica disciplina corrumpatur. *cap. excommunicatorum 23. quæst. 5. cap. cum inter vos de consuet. quando quidem ciuili nodi non caret scrupulo hæreticæ praugatis qui Ecclesiæ censuras & mandata contemnunt* *Abb. cap. 1. ubi late de iudicij*

iudicij glo. cap. excommunicantibus §. qui autem de hæreticis optime Menoch. de arbit. iudic. cent. 5. casu 416. nu. 53. & seqq. et que id dispositione Concilij Trident. proindubitato *sess. 25. cap. 3. de refor.* quod Menoch. explicat non modo in excommunicatione ex causa criminali sed etiam ex debito ciuili *d. casu 416. nu. 54.*

### QVÆSTIO XLVIII.

Exempti an pro solutione decimarum conueniri possint coram ordinario.

#### SUMMARIUM.

1. Exemptus non soluens decimam dicitur delinquere in loco non exempto.

**P**ro affirmatiua pridem respondit Dominianus à S. Geminiano *conf. 72. incip. quia punctus iste* quem refert Rebuffus de decimis *quæst. 15. num. 18.* ubi inquit quod exemptus non soluens decimam delinquit in loco non exempto attento loco in quo debet fieri solutio licet delictum originem sumat in loco exempto quia quando delictum surgit ex facto negatiuo cuius contrarium scilicet factum affirmatiuum debebat fieri in certo loco non exempto tunc locus delicti censetur in quo actus ille affirmatiue explicari debebat negatio enim cognosci non potest nisi per respectum adhibitum cum non habeat terminos possibiles *cap. bona 1. de elect. cap. quoniam contra de probat. not. Barth. l. libellorum de accusat.* Id quod etiam confirmat Philippus Francus adhibita tamen quadam distinctione *in cap. 2. §. dicecesani num. 2. in fin. de decimis in 6.* His verbis Quod si Ecclesiæ sunt exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesijs debitæ tunc dicecesanus se non potest intrin-  
mittere & ita debet intelligi iste text. & supra de negl. prælat. suppl. cap. sicut. Sed si Ecclesiæ non sunt exemptæ tunc dicecesanus se intrinmiscere potest licet decimæ sint exemptæ vel Ecclesiæ sint exemptorum vt hic in 1. parte text. & supra eod. tit. cap. 1. de præbendis, Ita ille. Ne sim fusior inuenio Paponium hanc quæstionem valde copiose disputantem à quo articuli huius examen peti poterit *vide in arrestis*

*lib. 3. tit. 10. des Cheualiers de S. Iean. arresto 5. per tot. ubi late* Ita tamen vt semper considerari debeat priuilegiorum tenor à quibus totus hic tractatus & diuicatio dependet. *cap. porro de priuilegiis.*



## QVÆSTIO XLIX.

Executores testamentorum si sint exempti an cogi possint ab ordinario ad reddendam rationem.

## S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Executores qualiter hic usurpentur.                                    | 5. Executori.   |
| 2. Executio demandari potest regu aribus & secularibus.                   | 6. Seculares exempti rationem non reddunt coram Episcopo.                               |
| 3. Regulares rationem reddere debent coram Episcopo secus in secularibus. | 7. Quando contra privilegium emanat constitutio pœnalis ea non egreditur suos terminos. |
| 4. Laicus exequitur testamenta clericorum.                                | 8. Concil. Trident. subicit executores ordinarijs.                                      |
| 9. Statutum Episcopi afficit eiusmodi executori.                          |   |

**P**ramitto executores latius me hic usurpare quam fecerint aliqui nempe ut cum Felino comprehendam executores non modo actuales sed etiam verbales hoc est quibus à testatore data est facultas v.g. nominandi vel eligendi personas pauperum aut alia eiusmodi generis verbaliter tantum explicandi *Angel. conf. 64. late Fel. ca. si quis contra num. 2. vers. contrarium ubi allegat. alios de foro compet. Præmitto secundo executionis onus demandari aut regularibus aut secularibus. Vnde concludo regulares siue religiosos exemptos gēta executionis rationē reddere debere coram ordinario ac ab eo puniri posse si male gesserint *tex. Clem. 1. de testa. Ang. in summa verb. executor num. 20. Barthol. l. interdum §. 1. ff. de iudic. Fel. c. fin. num. 6. vers. & addo de iudic. collecta cap. Ioannes col. 3. circa fin. vers. sed quia religiosi de testa. Io. Andr. in add. ad spec. tit. de instr. edit. §. nunc aliqua vers. sed an simplex commissarius num. 45. Io. Francisci Pavin. tract. de visitat. quest. 1. secus de partis num. 92. Fumus verb. executor num. 14. Idque exposcit fauor executionis testamentorum qui tantus est ut etiam ipse Prætor imo etiam teste Rebuffo laicus exequatur testamentā clericorum ad pias causas ac sibi executionem usurpet contra clericos personas alioquin privilegiatas *Lucas de Penna l. vna col. pen. C. de expens. l. dorum lib. 11. Rebuffus de sentent. professionalib. in prefat. num. 83. & 84. Canalic. de is. 28. nu. 45. part. 1. Quod ut maiori ratione negligentibus executoribus id onus ad Episcopum deuoluatur ad quem spectat in diocesi munus supplendi negligentiam suorum *devis supra sod. lib. cap. 30.****

Ex quibus inferitur quod cum Episcopus hanc habeat potestatem à iure sibi attributam

tributam quod si quippiam statuat quod concernat eiusmodi executionem v. g. quod post annum executor priuetur potestate exequendi tale statutum afficiet regulares exemptos ratio est quia hoc casu Executores sunt à iure subiecti ordinario quod fit ut eius statutis hoc in articulo ligetur *per c. 2. de maior. & obed. ca. ut animarum de constit. in 6. d. Clem. 1. de testam.*

Concludo secundo Exemptos nō regulares sed v.g. Canonicos aut clericos seculares executores nec reddere rationes coram ordinario nec coram eodē conueniri posse. Ita nominatum sentit glossa & doctores in *Clem. 1. de testamentis glo. ibid. verb. tales Cardinal. num. 12. quest. 6. dixi supra lib. 1. c. 4. b. num. 11. 12. & seqq.*

Ratio est quia quando contra privilegium emanat constitutio pœnalis ea suos non egreditur terminos *Io. Andr. Dom. cap. dispendia de reser. in 6. Card. ubi supra q. 6. Ang. d. num. 20. Fumus d. num. 14.*

Confirmatur quia dispositio Clementis 5. in Concilio Viennensi in d. *Clem. 1. de testam.* est correctoria iuris veteris quæ proinde generaliter intelligi nec extra casum suum extendi debet sed restringi per legem veterem, *Doctē præsens in loco à ratione legis stricto ad restrictionem legis ubi exemplificat. Milis in repert. verb. privilegio speciali fol. 373.*

Adhæc notandum Concilium Trident. indistinctè constituisse Episcopos velut Apostolica autoritate delegatos executores omnium piarum dispositionum *sess. 22. cap. 8. de reser.*

## QVÆSTIO L.

Quid si accessus sit difficilis vel periculosus ad Papam an vigeant adhuc iura exemptionum.

## S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Si accessus sit difficilis ad Papam cessabunt iura exemptionum. | 2. Quo casu unusquisque sibi potest ius dicere. |
|--|---|

**D**iximus in eadem hac materia exemptionum propter absentiam superiorum aut difficilem illorum aditum recedi solere à communibus iuris regulis ibique id copiose satis probauimus *lib. 4. q. 1. vers. Limitanda.* Hoc loci pro conclusione affirmatiua satis sit in autoritatem ad iuxisse Felinum atq; Cardinalem istum *cap. significasti num. 4. de foro compet. hunc in Clem. 1. q. 3. de offi. ord.* Quibus non dissentitur Innocentius in *colim. & in ca. ut fama infra citat.* dum dicit emergente tali casu unicuique licere ius Authoritate propria dicere *l. generali C. de decurionib. lib. 10. & l. aut Prætor §. si quis ff. de his qua in fraud. Barth. l. creditores ubi*



DD. C. de pignor. Colerus de processib. executiuus part. 1. cap. 2. num. 276. in cap. olim 1. de rest. spol. in cap. ut fama de sent. ex com. arg. l. 1. C. quando liceat unicuique sine iudice. Confirmabiturque idem copiosius quaestione subsequente quibus addi poterit doctrina Nauarri tradentis ordinarium cognoscere de causis ad Papam interpositis si ad eum facilis non sit recursus Nauar. in relect. cap. cum contingat. remed. 4. n. 3. de rescriptis tom. 3. § cap. accepta opposit. 8. solutione nu. 31. de rest. spoliat.

### Q V A E S T I O L I.

An ordinarius praesupposito accessu difficili ad Papam conferre possit beneficia exempta aut reseruata.

#### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Quando is ad quem iurisdictionis spectat absens est ea deuoluitur ad inferiorem.    | potest.  |
| 2. Episcopus absolvit in casibus sanctae Sedi reseruatis quando Papa adiri non potest. | 5. Exempti si opprimantur possunt sibi dicere ius.   |
| 3. Necessitas non habet ferius.  | 6. In alienatione quando requiritur necessitas superioris.                                       |
| 4. Ordinarius dispensat in gradibus a iure prohibitis quando Papa adiri non potest.    | 7. Electus ad Ecclesiam remotam a Romana potest statim administrare non expectata confirmatione. |

**O**missis pluribus quae in alteram partem adduci possent sint haec pro tuitione opinionis affirmatiuae In primis regula generalis quoties is ad quem exercitium iurisdictionis spectat absens est nec commode expectari potest fit deuolutio ad Illi. inferiorem alioquin inhabilem *tex. l. ubi absunt ubi DD. ff. de tutorib. datus ad his cap. si Episcopus de suppl. negl. pralat. in 6.*

2. Deinde Episcopus absolvit in casibus specialiter sanctae Sedi reseruatis quando Pontifex commode adiri non potest *cap. de cetero de sent. ex com. cap. eos cod. in 6.* Idque quia interest ne quis in excommunicatione diu perduret *cap. quem sit de elect. in 6.* prout quoque interest ne Ecclesiae diu maneant viduatae unde quo diuturnae vacationis pericula amputentur expedit vt tali casu ad ordinarium recursus habeatur *cap. sanctorum dist. 70* necessitas enim coniuncta utilitati publicae legem non admittit *cap. si quis propter necessitatem de furtis cap. licet de feriis dixi eod. li. q. 4. in fine.*

Præterea est argumentum in iure receptum a matrimonio Carnali ad matrimonium spirituale *cap. inter corporalia de transf. Episcop. Praes. Ioseph a matr. Carn. ad spirituale.* quo arguitur quod quemadmodum ordinarius dispensat in gradibus a iure prohibitis quando Papa commode adiri non potest v. g. propter bella, scisma, vel alia

alia cuiuscunque generis impedimenta late Anchor. *cons. 409.* ex eo quod tali dispensatione derogetur tantum iuri positiuo ita & hoc in casu status enim beneficiorum exemptionumque sunt a iure positiuo, Abb. *cap. postulasti de Rescriptis cap. Episcopus de prabend. tot. tit. de privilegijs.* Accedit glossa finalis *Clem. 2. de elect.* quae dicit obligatos ad adeundum Papam pro confirmatione absolui si interueniant impedimenta adhaec eadem confirmat Autrerius *in rep. Clem. 1. q. 10. vers. unde in principali puncto & vers. si nge enim difficilem de offic. ordin.* post multa dicens quod si clerus opprimat exemptos quod autoritate propria sibi ius dicere possint *Calderin. cons. 20. circa med. de regular. arg. l. 1. C. quando liceat unicuique.*

Similiter in alienatione per exemptos facienda diximus supra *lib. 4. cap. 1. sub fine* quod licet regulariter autoritas superioris interuenire debeat si tamen superioris vel Pontificis accessus sit difficilis alienatio omnia auctoritate subsistet.

Postremo est quod notat Barth. *in lex eo tempore nu. 6. ff. de milit. test.* quod in Ecclesijs valde remotis ab Ecclesia Romana electus statim potest administrare non expectata confirmatione *cap. ne pro defectu de elect. Abb. cap. nihil per tot. ubi videtur. 8. qui dicantur esse remoti a Papa de electione.* De qua materia late & fuse Redoanus *tract. de Rebus Eccles. non alienand. quaest. 51. per tot. Nauar. cap. accepta opposit. 8. solut. n. 31. de rest. spol.*

### Q V A E S T I O L I I.

An exempti si sit periculum fugae possint ab ordinario capi.

#### S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Reipub. interest puniri delicta.         | 3. Temperatur si iudex exemptorum adiri possit. |
| 2. Creditor potest arrestare suum debitore. |   |

**P**osse diximus obiter supra *lib. 2. quaest. 45. casu sexto num. 10.* quod paucis hic confirmo alijs auctoritatibus *Auth. de defensorib. Civitatum §. audient. col. 3. Aufver. Clem. 1. quaest. 20. fol. 60 de offic. ord.* Ratio est quia cum Reipublicae interfit maleficia non remanere impunita *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. si longius §. ff. de iudic. magna impunitati fenestra aperiretur si eam potestatem ordinario abnueremus.*

Quandoquidem priuatim id videtur etiam concessum vt debitor fugitiuus a suo creditore arrestari sicutue possit *glo. not. l. nullus C. de Iudeis Anchor. cons. 439. l. auptator §. si debitorem ff. que in fraude creditorum glo. §. 1. inst. de act. verb. in iudicio laudata per Bald. & Ang. ibidem glo. §. necessitatem verb. detinere Auth. vt indices sine quoquo suffrag. collat. 2. cap. unico in pr. ubi glo. verb. potestatem de pace iuram. firm. Abb.*



Abb. cap. cum non ab homine de iudic. lafon d. s. i. instit. de act. Barth. l. si quis in seruitute ff. de furtis Bal. l. si qua per calumniam C. de Episcop. & Clericis Anchar. reg. ca. que q. 20. de reg. iur. in 6. & DD. quos supra allegavi d. quaest. 45. num. 10. Vnde non immerito traditum est exemptum si sit periculum fugæ ab ordinario ad instantiam creditoris decineri sicut posse fugitius enim amittit priuilegia legalia late Peck. l. de iure sistendi ca. 8. nu. 7. An autem incompetentiam iudicis allegare possit vide apud eundem Peckium cap. 10. num. 11. Paucis arrestatio hæc non aliter permessa est quam ut debitor caveat de stando iuri in foro suo velut apud Caualeanum probatum est, decis. 1. num. 13. par. 1. Peck. ubi supra q. 45. nu. 7. & seqq.

Limitanda autem est prædicta conclusio in casu quo non possit haberi copia iudicis exemptionum aut saltem non commode quin interea daretur causa elabendi nam cum captio exemptorum sit nominatim ordinario interdicta Clem. 1. §. 1. & ibi Card. de censib. Paul. de Leazar. c. si clericos de sent. excom. in 6. Guido sing. 492.

3 Si commode ac citra periculum haberi aut expectari posset autoritas iudicis exemptorum ordinarius tali captura iniuriam faceret & exemptio capto & iudici illi iustex. l. generali ubi si præsidis copia desit C. de decurionib. l. 6. 10. Ita declarant Barth. & Baldus post Afonem l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat. Alioquin de spolio agi posset v. infra quaest. 65. num. 12. Quæ quidem apud Præsidentem Euerardi etiam tractata sunt in locus loco à surrogatis vers. 24. quippe sicut iudex extra suum territorium sententiam suam executioni non mandat l. extra ff. de iurisd. om. iud. Ita nec pars suum debitorem extra prouinciam propria autoritate sistere potest ne plus liceat parti quam iudici Præsis loco iam allegato ibi tradit quid si creditores debitorem suum in alienam vsque prouinciam persequantur, Porro diximus frequenter exemptos extraneis & loca exempta locis extra territorium comparari lib. 1. qu. 45. num. 5. & infra qu. 54. nu. 2.

### QVÆSTIO LIII.

Ordinarius à iure potestatem habens visitandi monasteria monialium an poterit Abbatissas destituere.

#### SVMMARIVM.

1. Ordinarius tanquam delegatus visitat moniales.
2. Non potest destituere.
3. Delegatus destituere non potest.
4. A visitatione ad destitutionem argui non potest.

1 **M**oniales licet immediatè subiectæ sint Pontifici tamen ab ordinario autoritate Apostolica visitari possunt estque id conforme Concilio Tridentino Clem. attendentes de statu Monach. ubi DD. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. nõ ideo

ideo tamen destituere poterit glo. d. Clem. verb. compelli ubi Card. Leazar. & alij.

Quia hoc in casu ordinarius procedit tanquam delegatus qui potestatem nõn habet priuandi nisi ei specialiter & expresse committatur cap. penult. de offic. vicarij in 6. Innoc. & Hofst. cap. quaris de etate & qualitate ordin. cap. dilectus de rescript. nec enim à facultate visitandi arguere licet ad destituendi autoritatem per nos. infra q. 67.

Quod dixi ordinarios auctoritate delegata posse Moniales exemptas visitare, id restringi debet ad visitationem dumtaxat clausuræ, à quibus sigillatim disquiri poterunt; ea omnia quæ clausuram concernunt; non vero alia quæ earum personas concernunt: illudque examen fieri non debet intra Monasterij septa, sed aut in collocutorio, aut ad crates, vel fenestram, per quam porrigitur Monialibus Eucharistia, vti tota Italia obseruari mihi nuper scripsit Dominus Prototarius Ricardus Pauli Stravius S. Congregationis Illustriss. Cardinalium negotijs Episcoporum & Regularium præpositorum à Secretis. vir de S. Sede & Congregatione prædicta optimè meritus.

### QVÆSTIO LIV.

Subditus ordinarij delinquens in loco exempto an ligetur statutis ordinarij.

#### SVMMARIVM.

1. Effectus statuti non porrigitur extra territorium.
2. Locus exemptus & extra territorium equiparantur.
3. Statutum non extenditur ad loca exempta.
4. Quando in iure duo equiparantur dispositum in uno habet etiam locum in alio.
5. Intra diocesim Episcopus potest facere statuta penalisa.
6. Ius terij allegari non potest.
7. Conclusio quaestionis cum distinctione.
8. Differentia statuti de ingresso aut ingrediente monasterium.

**Q**uæstio hæc à plerisque vocatur in disputationem Io. Andr. cap. ut animarum de onst. in 6. Calder. conf. 13. de foro compet. Fel. cap. fin. ubi Abb. eod. tit. And. Barba. conf. 4. incip. scribitur primo col. 4. vol. 1. Butrio cap. fin. charta pen. de consuet. Barth. & Alex. l. si conuenerit §. si nuda. ff. de pig. act. Sayrus in Thesaur. Theologiae moralis par. 1. lib. 1. cap. 7. num. 9. & 10. ac in prius pro negatiua adter ur quod effectus statuti non extendatur extra territorium statuentis sicut nec sententia l. cum vnus §. 16. qui ff. de bonis autor. iud. poss. l. relocatorum ff. de interd. Loc. autem exemptus non censetur esse de territorio seu de diocesi Episcopi cap. luminoso 18. quaest. 2. Clem. Archiepiscopo de priuileg. tex. cap. graue ubi Abb. & Fel. de offic. ora. Imo



comparari solet loco extra territorium *Card. d. Clem. Archiepiscopo §. simili in fine Anz. cons. 337. Anton. de Res. sellis tract. de indulgent. nu. 323. lo. And. Clem. 1. ubi glo. verb. quia r. omne de foro compet. adeo vt statutum extendi non possit ad loca exēpra vel personas exemptas quippe quod inter se æquiparentur Socyn. cons. 74. col. 4. vol. 1. de reg. in 6. §. d. cap. graue.*

4 Quando autem duo à iure æquiparantur dispositum in vno habere etiam debet locum in alio glo. cap. si postquam de elect. in 6. late Nauar. cap. pœna num. 6. 13. 14. de pœnit. dist. 1. Troilus Maluetius tract. de oblat. imagin. factus par. 4. num. 4. dixi supra lib. 1. cap. 45. num. 7. Præterea statuere est iurisdictionis contentiosæ l. 1. ubi DD. ff. de iurisd. om. iud. l. omnes populi ff. de iust. §. iure quam Episcopus explicare non potest in loco exempto cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. cap. ut animarum de const. in 6. not. supra lib. 2. cap. 1. non secus quam iudicalem suam sententiam legis enim & hominis sententia æquipollent l. seruus hac lege ff. de manum.

6 Pro affirmatiua autem militat Dominicus & sequaces c. 1. §. fin. de statu regular. Feder. c. 2. §. 99. Ratio quia Episcopus pœnalia statuta facere cōtra suam diœcesim potest cap. si quis de maior. §. obed. cap. cum contingat de foro compet. quin autem locus exemptus sit in diœcesi licet non sit de diœcesi nemo vnquam negauit d. cap. graue d. cap. cum Episcopus.

7 Deinde si subditus qui in alieno territorio deliquit exemptionem allegaret, ius tertij allegaret quod non permit titur l. cum seruus C. de seruis fugit Compost. c. mandatum de rescript. Barth. l. qui cum herede ff. de execut. rer. iudic. late Sazius in l. qui cū num. 8. 9. 10. explicatur clare quando liceat allegare ius tertij ff. de except. rei iudic. Pro concordia videtur cum Petro de Ancharano vtraque opinio conciliari posse distinctiuncula in cap. postulasti quest. 4. de foro compet. ubi late nempe quod aut prælatus exemptus habet iurisdictionem quasi Episcopalem in loco exempto & tunc vera est opinio negatiua Ioannis Andreæ & sequacium aut non habet ibi talem iurisdictionem & tunc procedit opinio affirmatiua Federici, Vel succinctius dicendū attendenda esse verba statuti quæ si v. g. dixerint quod euntes ad monasteria monialium luent certam pœnam erit locus opinioni affirmatiuæ quia delictum nempe actus eundi ad locum vetitum committitur in diœcesi si vero statutum afficeret actum gestum in ipso loco exempto illud non ligaret subditum Barthol. & Bald. l. fin. C. de part. Petr. de Anchar. rep. c. Canonum statuta quest. 11. de constit.

9 Simile ad feruor si statuto disponatur quod monasterium ingressus non succedat, non valet utpote dispositiones de persona exempta & dicata Deo si autem disponeret quod ingrediens monasterium non succedat subsisteret quia eo casu non disponit de clerico, sed de laico ingrediente Bald. l. Deo nobis circa finem C. de Epis. & cler. arg. l. Stichus seruus meus ff. de manum. testa. Innoc. cap. præterea requisisti de testam. l. Arethus ff. de statu hom. Ma-thef. sing. 145. Barth. cons. 37. Quæ distinctio

con-

congruit doctrinæ Gregorij Sayri d. lib. 1. cap. 6. num. 39. 40. 41. 42. & seq. & ca. 7. nu. 10. apud quem hæc plurifariam vario exemptorum genere explicantur.

### QUESTIO LV.

Locus exemptus sitne in diœcesi vel de diœcesi.

#### SUMMARIUM.

1. Differentia inter particulas in & de. de percipiendis fructibus beneficiorum
2. Locus exemptus est in diœcesi sed non de diœcesi. primi anni vacaturorum in sua diœcesi.
3. Quid si concedatur Episcopo priuilegium
4. In generali sermone non comprehenduntur beneficia exempta.

**H**Ac de re variæ sunt ortę disceptationes propter differentiam quam Doctores videntur constituisse inter particulas in & de. Latissime felin. ca. graue ubi DD. de offic. ord. Feder. de sent. late cons. 2 per tot. Cosmas Guimier. in pragmat. tit. de annatis §. item quod ratione vers. in diœcesi glo. in Clem. 1. verb. aut earum de foro compet. Milis in repert. verb. diœcesis Bald. cons. 426. par. 1. Collectareus ca. si proponente de rescript. Abb. c. Apostoli a not. 3 de donat. Castr. cons. 187. vol. 2. Ang. cons. 133. l. a sen. l. extra territorium num. 5 ff. de iur. d. om. iud.

Paucis, generalis sermo diœcesis adiecta particula In comprehendit quicquid est inter illius fines ita quod nullus locus excipitur Bald. d. cons. 420. idque suadet communis loquendi vsus arg. ca. ex literis de sponsalib. nam communiter dici non potest nullius esse diœcesis cap. nulla dist. 93. Quod vero locus exemptus non fit de diœcesi plurimi voluerunt ut est videre apud Felinum d. ca. graue & notauimus supra lib. 4. q. 29. Vnde interunt doctores quod concessio priuilegio Episcopo de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum vacaturorum in sua diœcesi comprehenduntur beneficia spectantia ad exemptos modo tamen beneficia nō sint exempta Archid. ca. si propter tua debita de rescript. in 6. Ro. dec. 269. in ant. q. In generali enim sermone non comprehenduntur beneficia exempta Bald. l. 1. col. pen. C. de finit. arg. i. legato- rum §. qui plures ff. de leg. 2. Castr. cons. 187. vol. 2. Guimier loco allegato c. Selua de beneficiis par. 1. quest. 3. n. 21. tex. ca. quamuis de prebend. in 6. de cuius veritate videri poterunt quæ supra notauimus lib. 1. cap. 5. num. 4. 20. 21. 22. & seq.

### QUESTIO LVI.

Regulares exempti an possint in confessione absoluere, in casibus quos specialiter Episcopus sibi reseruauit.

**N**on posse vrget hæc ratio, quod Papa concedendo potestatem audiendi confessiones, & absoluendi subditos Episcoporum non dederit eis ampliorē facultatem, quam Curatis tex. Clem. dudum §. statumus de sepulch. Vnde cum Episcopus specifica reseruatione possit detrahere de ordinariis potestate

itate



itate curatorum cap. si Episcopus de pœnit. lib. 6. ubi DD. & glo. verb. *reseruantur* dicendum est quod eiusmodi reseruatio afficiat etiam & liget manus eiusmodi exemptorum idque nisi habeant alia propria atque vberiora priuilegia iuxta glossam solemnem d. Clem. dudum § per huiusmodi in verb. concessa ubi late Cuius tamen vberiolem discussionem referuo in alium locum infra eod. lib. qu. 76. Quid autem in hac materia inualuerit in Italia constabit tam ex declaratione S. Congregationis Illustriss. Cardinalium negotijs Episcoporum & Regularium præpositorum edita anno 1601. Ianuarij die 9. & 1602. Nouembris die 26. quam ex constitutione Pauli V. de anno 1617. Ianuarij 7. quarum constitutionum mihi nuper communicatarum à Reuerendo Domino Protonotario Apostolico Ricardo Pauli Strauio eiusdem S. Congregationis Secretario tenor sequitur.

### DECRETA ET DECLARATIO

#### *Super absolute à censuris, seu à casibus reseruatis.*

**E**DITVM fuit aliàs à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum super absolute à casibus reseruatis eius, qui sequitur tenoris.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, iustis & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. CLEMENS PP. VIII. speciali mandato, viux vocis oraculo defuper habito, Sacerdotibus omnibus tam sæcularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Urbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis IESV, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viux vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu aliàs quomodocumq; sub quibusuis tenoribus, formis, & clausulis etiam derogatorijs, ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicuiusuis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vlllo ex Casibus clarè vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem Suam, eiusvè Successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à Casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruauerunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatibus, vel

ris, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu in noua, & speciali Sanctitatis Sux, aut Successorum fuorum, vel Ordinariorum, quo ad casus ab ipsis tantum reseruatos, respectiue, impetrata in scriptis licentia, Ordinarij locorum exhibenda, absolute nis beneficium de cætero impendere audeat, vel prælumat: sed cum opus fuerit pœnitentes ad Superiores, legitimis que iudices suos accedere consulant; sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quam sæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, inso fact absque vlla alia declaratione incurrendas Super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri: Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult non obstantibus quibuscumque.

Præterea nouerint pœnitentes, absolute nis, si quàm obtinebunt contra huiusmodi prohibitionem, esse nullam nulliusque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij quibusus hoc reseruandorum casuum comperit, plurium, quàm opus sit, reseruatione, subditis, aut Confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes, vt paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, pro cuiusuis Dice etis statu, & qualitate necessarid reseruandos esse iudicauerint reseruent. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ die nona Mensis Ianuarij Anni M. DCI.

Cum autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem atque obseruationem emerfissent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat in quibus casibus vigore eiusdem Decreti reseruatis, intelligatur prohibita absolute nis, speciali mandato eiusdem S. D. N. CLEMENS PP. VIII. similiter viux vocis oraculo super ea re habito ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet Sub eiusdem prohibitionem illos tantum in posterum comprehendendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea: Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis sel. rec. Gregorij XIII. quæ incipit: Cum aliàs nonnulli, Violationis clausuræ Monialium ad malum finem. Promocantium & pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem sel. rec. Gregorij Papæ XIII. incipientem. Ad tollendum. In iumentium violentas manus in clericos, iuxta Canonem: Si quis suadente, &c. xvij. q. 4. ac iuris dispositionem Simonæ realis scienter contractæ atque etiam confidente beneficiis. Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruauerunt, vel in posterum reseruabunt, in quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiã



pœna inhabilitatis audiendi confessiones eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in sua firmitate & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam sæculares, quàm Regulares, qui aliquo ex privilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse iuxta eorum privilegia, indulta, & facultates, vsu ante idẽ Decretum, receptas, & quæ sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absoluerẽ a casibus in præfenti declaratione non comprehensis, alijs verò Sacerdotibus huiusmodi privilegia non habentibus, nihil de nouo concedi. Sed ne locorũ Ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reseruent casus in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reseruatos, Facultatem verò & licentiam absoluedi a casibus reseruatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat. Ceterũ ne quis Sacerdotũ secularium, aut Regulariũ sub prætextu, quod per primo dictũ decretũ non fuerit sufficienter eorũ specialibus, privilegijs derogatũ, eidẽ decreto, sic vt præfertur declarato, cõtrauenire audeat, Sãctitas Sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus, in fauorũ quorumcunq; Ordinum seu institutorũ Regulariũ aut Sacerdotum tã seculariũ, quàm Regularium editis, necnõ eorundem Ordinum, seu institutorũ, ac etiã Ecclesiarum, & Monasteriorũ, & aliorum secularium, seu Regularium locorum quorumcunq; etiam iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis eisdem Ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesijs, & Monasterijs, & secularibus, seu Regularibus locis, aut personis sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque effi. acioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per via cõmunicationis, seu extensiõnis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innatis, etiam si pro illorũ sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, nõ autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquilita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil

penitus

penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, contrarijs quibuscunq; nõ obstantibus. Romæ die xxvj. Nouemb. 1602. Alex. Card. Floren. Episc. Præfatin.

Hier. Agucchius Secret.

*Aliud Decretum eiusdem Sacra Congregationis de S. D. N.*

*PAVLI PP. V. mandato editum.*

**Q**uoniam sacra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporum, ac Regularium præpositorum, nuper accepit, quàm plures Regulares tantum facultatis, seu privilegij ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, vt etiã a casibus locorum Ordinarijs in eorum Dioccesibus reseruatis, abque alia ipsorum Ordinariorũ licentia, pœnitentes absoluerẽ minimẽ dabitent, nonnullofq; alios in decreto prohibitionis absolutionis a casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinarijs reseruatis die 9. Ianuarij 1601. fel. recor. Clementis Papæ VIII. iussu edito, necnon in declaratione illius eodem Clemente Pontifice iubente die xxvj. Nouẽbris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinarijs prædictis reseruatas, minimẽ compræhensas asserere; vnde fit, vt metus, quo homines a peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. Idẽ sacra eadem Congregatio de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ Quinti speciali mandato, viua vocis oraculo desuper habito, decretum huiusmodi, illiusque declarationem, necnon censuras, & pœnas, in eis que contenta omnia, confirmanda, atque innouanda opere præcium duxit, pro it per præfentes confirmat, atque innouat, ab omnibusque sacerdotibus tam secularibus, quàm regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum Congregationum, aut cuiusuis alterius instituti, etiã necessariõ exprimẽdi, quouis nomine nuncupetur, inuiolabiliter obseruari, ac insuper vt nulli ex sacerdotibus prædictis, quibuscunq; privilegijs, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel a casibus eisdem Ordinarijs, vel Sedi Apostolicæ reseruatis, tam ad forum contentiosum eorundẽ Ordinariorũ deductis, quàm nõ deductis, præterquam in mortis articulo, absoluerẽ audeant, vel præsumant, vel eorũ aliquis audeat, vel præsumat, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque alia declaratione in currendis, mandat ac præcipit. Non obstantibus omnibus, quæ idẽ Clemens viij. in decreto, & declaratione huiusmodi voluit nõ obstare. Datũ Romæ 7. Ianuarij Anni 1617.

Antonius Card. Saulius.

V. Theatinus Secret.

*Extat & Decretum infrascriptum Sacra Congreg. super decreto Clementis VII. quoad reseruat. casuum personar. religiosarum.*

**C**um a nonnullis Regularibus dubitaretur an in decreto fel. rec. Clementis Papæ VIII. anno 1593. 26. May super qualitate casuum ab eorundem Regularium



larium superioribus referuandorum edito censura etiam comprehenderentur, ita ut istem superioribus absque capituli generalis aut provincialis consensu, aliquibus peccatis in Decreto huiusmodi non contentis excommunicationem annectere, eiusdemque absolutionem sibi referuare liceat sacra Congreg. Cardinalium uegetis Regularium præpositorum Illustriss. Bandino referente, censuras in supra. Decreto comprehendi censuit. Romæ 7. Julij 1617.

A. MAR. EPISC. HOSTIEN. CARD. GALLVS.

V. Theatin. Secret.

QVÆSTIO LVII.

An liceat exemptis ædificare Hospitale in diœcesi Episcopi hac lege ne ei subijciatur.

SVMMARIVM.

1. Distinguendum est inter hospitale religiosum & prophanum & qualiter discernatur.

**P**AUCIS respondendum distinctione loci religiosi & prophanum Religiosum hospitale iudicatur esse si eidem præficiatur sacerdos appendantur campanæ erigatur altare aliaque eiusmodi plurima fiant ex quibus signa & notu religiosa domus colliguntur late Calderin cons. 1. & 4. de relig. domib. Fel. cap. de quarta de præscript. Illud nolente etiam fundatore cedet subijciaturque iurisdictioni Episcopi Calder. d. l. co. ca. de Xbenodochijs de religiof. dom. b. dixi supra l. 1. q. 30. ubi probauimus non enim fieri potest quin leges in dispositione fundatoris vires obtineant l. nemo potest ff. de leg. 1. c. requisisti de testam. vid. q. 36. Si vero Hospitale sit mere sæculare tum testatore nolente Episcopo non subijciatur Lopus alleg. 42. incip. queritur de tribus glo. Clem. quia contingit. de relig. Dom. ubi DD. Fel. cap. um in ier. col. 2. de re iud. Id quod eleganter notauit Cardinalis cons. 11. incip. quedam souseias pro Hospitali Sanctæ Mariæ de Cepopistunij. Allerens quod quando construitur oratorium mere sæculare siue aliqua Ecclesiæ vel loci sacri figura valet factum fundatorum quod Episcopo non subit qua de re per nos aliquid supra annotatum est lib. 1. cap. 31. sub ff. nem. & cap. 36. Ratio est quia eiusmodi locus est mere prophanus ideoque à iurisdictione spiritali immunis id quod à nobis probatum est supra.

d. q. 31. num. 5. & seqq. adiectis quibusdam.

limitationibus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LVIII.

Indulgentiæ quas Episcopi concedunt an prodesse possint exemptis.

SVMMARIVM.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Inferior Episcopo indulgentias concedere non potest.      | 5. Episcopalis indulgentiis fruuntur exempti.      |
| 2. Indulgentia sunt iurisdictionis Episcopalis.              | 6. Inducta in fauorem non conuertuntur in odium.   |
| 4. Peregrinantes non gaudent indulgentiis alterius diœcesis. | 7. Exempti certo respectu subijciuntur ordinariis. |

**N**eminem Episcopo inferiorē indulgentias posse concedere communiter traditum est c. accedentibus de excessib. prælat. c. nostro de pœnitent. Bellar. tract. de indulgent. lib. 1. c. 11. q. 3. Nauar. tract. de indulg. ac iubileo notabili 31. per tot. Sunt enim indulgentiæ iurisdictionis Episcopalis S. Thomas 4. dist. 10. q. 1. art. 4. q. 2. adeo ut non sine ratione videatur à plerisque dubitatum an eas Episcopi exemptis concedere possint cum enim ex parte concedentis requiratur autoritas & iurisdictione videbatur non posse, ex quo iurisdictionis nihil in exemptos vendicent sed Pontifici immediatè subijciantur velut proprio ac immediato diœcesi non Anton. de Rosellus tract. de indulgent. nu. 321. Paul. & Cardinal. in Clem. Archiepiscopo S. si autem n. 4. de privilegijs per cap. autoritate de privileg. in 6. non fecus quam in extraneis qui si peregrinentur alieni Episcopi indulgentiis sine proprii licentia non fruuntur Abb. cap. quod autem de pœnitent. Rosellus ubi supra Ludouic. Bologninus tract. de indulgent. nu. 60. non est autem ignotum quod hactenus frequenter attulimus exemptos haberi instar extraneorum locaque exempta pacificari locis extra territorium cap. luminoso 18. q. 2. c. 1. de statu reg. in 6. Rosellus ubi supra nu. 323. DD. ca. graue de offic. ord. Nihilominus lubentius sequor autoritatem Nauarri tract. de indulgentiis & iubileo notabili 31. num. 12. vers. addo 7. in verb. exceptis 1. exemptus qui censet Episcopales indulgentias prodesse exemptis cumque permulti tibi sequuntur Bellar. tract. de indulgent. d. quæst. 3. vers. quare cum iam Ludouic. Bologninus tract. de indulg. numer. 63. & ante eos P. andanus in 4. dist. 20. quæst. 4. col. pen. artic. 3. conclus. 1.

Ratio est quia inducta in fauorem exemptorum non debent conuerti in eorum laesionem inductaque in augmentum non debent parere diminutionem l. quod fauore C. de legib. cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. legata in iudicet ff. de leg. 1. Bolo-

X 3

gmin. d.



quod d. num. 63. Nec est plane verum quod exempti in omnibus habeantur pro extraneis siquidem ipsi certo modo subiiciuntur ordinariis vt breuiter notauit Belarminus d. quest. 3. vers. quare cum tam Abbates ac nos alibi late id ipsum variis articulis deduximus supra l. b. 2. quest. 45. per tot. & notat post P. Andr. Gambarum d. de officio leg. lib. 8. ut de potest. leg. in reg. atque exemptos num. 1. & seqq. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glo. 43. num. 190.

### QVÆSTIO LIX.

Quid si in aliqua vniuersitate aliqui sint exempti coram quo ea conuenietur.

**A**rticulum hunc remissiuè satis erit attingere itaque videri poterit Apostilla ad Bartholum vna cum autoritatibus ibidem allegatis in l. sicut nu. 1. in verb. conueniri in fine ff. quod cuiusque vniuersitatis & in l. cum senatus n. 4. vbi Apostilla videtur tenere quod vniuersitas sit corpus factum & proinde quod conueniri possit coram ordinario ex quo tali casu non conueniuntur singuli ff. de rebus dubiis qua de re solius supra vbi docuimus exemptis Canonicis non ceneri capitulum exemptum nec è contra lib. 1. quest. 23.

### QVÆSTIO LX.

Negligentia vel delictum Prælati exempti an præiudicet subditis.

#### SUMMARIUM.

##### 1. Confessio Prælati an nocet Ecclesie?

**D**istingui solet an Prælatus sit solus vel cum capitulo: item an sit negligentia implementi conditionis, vel modi item de quæsitis, & quærendis vt articulum patet ex iis quæ doctores hoc in puncto late notauerunt. v. Fel. c. verum num. 6. & seq. vbi Abb. nu. 26. & seq. de foro compet. Abb. cap. Abbate nu. 19. cum add. de verb. signif. Rom. cons. 184. Menoch. lib. 6. præsumpt. 4. n. 9. vbi dicit quod confessio Prælati de recepto Canone non nocet Ecclesie, nec prodest emphitenta.

QVÆ-

### QVÆSTIO LXI.

Quid si in vno priuilegio exemptionis fiat mentio alterius exemptionis an ea debeat exhiberi.

**I**nnocentius quæstionem hanc versat in vtramque partem ac fatagit eam conciliare aliquot modis sed tandem concludit pro exhibitione v. in ca. Abbate nu. 4. de verb. signif. quod ipsum clare & distinctim discussum videbis apud Iasonem Auth. si quis in aliquo num. 8. C. de edend. & de hoc ipso quædam etiam supra insinuauius lib. 1. qu. 9. num. 20. & seq. & infra quest. 70.

### QVÆSTIO LXII.

Quid importet clausula alioquin indignationem B. B. Petri & Pauli se nouerint incurfuros.

#### SUMMARIUM.

1. Importat. comminationem priuationis dignationem beneficiorum.
2. Quid importet clausula sous nostre in-
3. Quid clausula ipso facto.
4. Opusne sit sententia declaratoria.

**V**im huius clausulæ quæ teste laudensi tract. de priuilegiis qu. 18. consuevit apponi in priuilegiis Apostolicis plerique examinant. Et quidem Baldus in §. porro n. 6. qua fuit prima causa beneficij amittendi vbi Apostilla. putauit importare comminationem priuationis beneficiorum at vero Bartholomeus Bellencinus tract. de subsidio charit. at. 9. 4. 4. per tot. qui late energiam huius clausulæ discutit. ei non essentitur sed existimat pœnam fore arbitriam Laud. d. quest. 18. adde Menoch. h. de arbitr. iudic. casu 365. num. 5. cent. 4. Alia videtur esse ratio clausulæ sous nostre indignation in Principum diplomatibus vlitata vt notauit idem Bellencinus n. 11. & seq. de qua nihil attinet hic dicere.

Quid autem importet clausula ipso facto, incurrat? Respondeo breuiter quod importet Canonem late sententiæ seu quod per contrauentionem pœnæ ipsi iure incurratur Bald. l. iubemus 2. §. sine circa medium C. de sacros. Eccles. Card. Clem. 1. q. 11. in fin. de sequ. pos. & fruct. Fel. ca. Rodolph. vbi fusiſſime eiusmodi clausularum vim examinat n. 33. in fin. & 34. de rescript. Licet autem clausula hæc & similes sint late sententiæ opusq; vt iudex antequam sit pœnæ locus ferat sententiã declaratoriam commissi delicti non vt puniat sed tantum vt declarat contrauentum seu delictum fuisse commissum quemadmodum fufe docet & probat Fel. in d. c. cum Rodolphus num. 35. & seqq.



idem in cap. 1. num. 45. de constit. qui clare etiam limitat nisi delictum sit notorium tum non esse opus declaratione *Fumus verb. pœna.* id tamen non obtinere in censuris & aliis spiritualibus pœnis communiter traditum est qui eum contra sententiam à Canon latam facit sine alia declaratione comminatas ipso iure censuras incurrit v. *Fumus d. verb. pœna num. 1. sub med. Nauarr. in Manuali cap. 24. numer. 67.* Quia Pontifex tunc velle censetur vt pars contra seipsam sit executrix *Nauarr. d. 2. 67. late Gregor. Sayrus in Thesaur. Theolog. moralis par. 1. lib. 1. cap. 11 per tot. vbi tra. it. form. is quibus cognoscatur an sint lata sententia an ferenda.*

### QVÆSTIO LXIII.

Quæ sit vis clausulæ irritantis.

#### SVMMARIVM.

1. Usurpata à Principe affi. it ignorantes.      sententiam.
2. Est penetrabilior omni g. adto.      4. Quid de clausula irritante usurpata à legato.
3. Ex rescripto ius non quaritur arte pra-

**D**E clausula hac irritante decernimus irritum & inane, &c. varii varia scriperunt *Fel. cap. ceterum nu. 19. de rescr. Card. Clem. 1. num. 3 cum Apost. de elect. Clem. 1. num. 6. & 7 de concess. vrb. Rebuff. ad const. res. tit. de euo. et. in prefat. quest. 4. num. 22 late Gondis. a. 4. tract. de legato quest. 9. num. 63 & seqq. 2. Hen. de Falcon tract. de rescr. benef. quest. 4. princip. num. 3. & seqq. dixi aliquid supra lib. 3. qu. 12. in fine.*

1. Paucis usurpata à Principe siue Pontifice affi. it non modo scientes sed & ignorantes ita quod in contrarium gesta sint ipso iure nulla *Fel. 1. cap. Ceterum Rebuff. vbi supra Vant. de nullit. sent. tit. quot & quib. mod. nullitas proponi possit numer. 48. & seqq. Henoch. de arbit. iudic. casu 185. num. 24.*
2. Ac vt refert Nauarrus ex Sarnensi decretum irritans est penetrabilis omni gladio accipi omnia interiora & occultissima afficiens & adstringens est tam malignitatis naturæ quod quicquid inuenit destruit, & in oppositum ducit *Nauarr. in comment. de solis clericor. §. 14. nu. 2. tom. 1.*
3. Quam materia videri etiam poterit alio in loco idem Nauarr. *conf. 6. num. 1. de Reu. par. 1. tradens rescripta vires non sortiti iurisdictionemque ex eis non acquirit ante illorum præsentationem Rot. dec. 14. de concess. p. ab. in nouis cap. super eo 2. de appellat. late Flaminius de resignat. benef. iur. par. 1. lib. 7. quest. 21. num. 16.*
4. In legato aut in iocione à Principe maxima est difficultas quod cum scientes liget

get omnes conueniunt at vero an ignorantes in eo omnes valde dissentiunt vt patet ex Gondis. de Villadiego Aenea de falconibus & alijs hic allegatis Paucis Quintilianus Mandosius late censuit & probauit *tract. de inhibitionib. quest. 36* solius Papæ aut Principis decretum afficere ignorantes quod tamen limitat ne quidem ignorantes liget aut afficiat respectu pœnæ *cap. beneficia vbi Anchor. num. 2. not. de prabend. in 6. glo. Clem. nolentes vers. eo tunc de hæretic. Io. Andr. cap. tibi qui circa fin. vbi Gem. col. ult. vers. veldic. num. 18. de rescr. in 6. Anto. de Butr. cap. cognoscere col. 4. fall. 2. vbi Imol. & Fel. col. 9. limit. 4. de constit. Mandos. de Monitorijs quest. 60. num. 47.* Qua de re videri etiam poterit Gregorius Sayrus in Thesaur. Theolog. moralis *par. 1. lib. 1. cap. 18. per tot. vbi tractat de varijs effectibus ignorantia & causis quæ excusant ab excommunicatione ad quem compendij gratia recurri poterit.*

### QVÆSTIO LXIV.

Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos.

#### SVMMARIVM.

1. Non procedunt contra exemptos nisi exemptionis facta mentione.
2. Executores non tenentur exequi nisi Bulla executionis contineat tenorem sententiæ.

**Q**VÆSTIO hæc proponitur à Cardinali in *Clem. dudum §. nos etenim num. 4. de sepult. vbi videtur inclinare in affirmatiuam ex quo eiusmodi executores ingerant vices Papæ cui exempti subiiciuntur alijs tamen ibidem magis placet opinio Laudensis qua de re non nihil supra *eod. lib. quest. 33.* Diximus enim hætenus varijs in locis exemptos nemini alteri subiici quam sanctæ Sedi aut eius legato à latere nisi tamen Pontificiæ delegationes aliud importent id enim totum pendet à facultate legatorum *per cap. si Abbate §. fin. de elect. in 6. dixi late supra lib. 2. quest. 2. adeo quod commissiones & rescripta non facta mentione exemptionis stylo Rom. Curia non subsistant qua de re abunde satis diximus supra lib. 2. c. 3. per tot. signanter n. 8. 9. 10. 11. 12.**

Illud autem obiter hoc loci dictum sit quod executores nō tenentur ad executiones procedere nisi Bulla executionis contineat totum tenorem sententiæ exequendæ licet enim sententiæ faciat mentionem eidem tamen credendum non est nisi aut sententia reproducat aut tenor sententiæ rescripto executorio inferatur qua de re Romanus & DD. *Rom. conf. 336. incip. circa propositam consultationem in qua primo quaritur nunquid dicitur executor. Iason. Auth. si quis in aliquo n. 8. C. de edendo.*



## QVÆSTIO LXV.

Confugientes ad loca exempta an immunitate gaudeant ita vt extrahi non possint.

## S V M M A R I V M.

1. Nomine loci sacri quid significetur.
2. Immunitate gaudere possunt Christiani, serui, excommunicati suspensi, effractores sacri legi, exules, & lapsi.
3. Quid si extra Ecclesiam captus per eam ducatur.
4. Heretici non gaudent. Enorme crimen committentes excommunicati secundum quosdam.
5. Qui delinquit spe immunitatis.
6. Qui existens in Ecclesia ab eam extra Ecclesiam cadit, idem sponte egressus.
7. Enorme crimen quale.
6. Quis sit quem insequitur ad Ecclesiam confugiat.
9. Sortilegi & venefici an in loco exempto capi possint.
10. Cuius sit iudicari num quis exemptione gaudere debeat laici vel Ecclesiastici iudeis.
11. Extrahens non liberatur quamdiu extractum non restituit suo iudici.
17. Violenter extractus & Ecclesia unde quis extractus est agere possunt de spolio.
13. Bulla Gregoriana.

**I**mprimis immunitatem Ecclesiasticam deinde exemptionem Canonicam paucis attingamus.

**D**ico itaque primo nomine loci sacri hac in materia intelligi Ecclesiam, Capellam, Basilicam, Eremitorium, Sacellum aut quoduis Hospitale Episcopi auctoritate constructum late Remigius a Sogni tract. de immunitate Ecclesiarum Card. c. n. f. 11. Abb. cap. penult. col. 2. de immunit. Ecclesiarum Nauar. in Manuali cap. 25. num. 17. Item cœmeterium siue adhæreat siue separatum sit ab Ecclesia cap. quisquis 17. q. 4. dormitorium Clericorum aut Religiosorum arg. ca. cum pro causa de sentent. excommunicat. Ianua & porticus Ecclesie aut cœmeterio annexa cap. si quis contumax 17. q. 4. Abb. c. penult. de immunit. Eccles. Palatiū seu domus Episcopalis licet sit ab Ecclesia separata cap. id. institutum 17. q. 4. Innoc. & DD. cap. cum inter de immunit. Eccles. Ca. d. Clem. 1. de pœnit. ut remiss. 10. Viscus tract. de immunit. Eccles. nu. 51. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuilegio 102. num. 2. intra tamen 40. passus ab Ecclesia ædificatum P. Piascius in praxi Episcop. par. 2. cap. 4. de immunit. Eccles. Couarrun. 2. Var. cap. 20. num. 4. Domus Ecclesie ad habitationem clericorum intra 30. aut 40. passus constructa alias non nisi alicui capellæ annexa essent d. ca. quisquis ubi DD. Spatium item 40. passuum in circuitu Ecclesie maioris & 30. in circuitu Ecclesiarum minorum.

minorum cap. sicut antiquitus cap. quisquis 17. q. 4. Oldra. conf. 35. Felin. d. cap. cum pro causa de sent. excom. præterea claustrum & pavementum licet spatium plus quàm 30. passus contineat Remigius d. tract. ampliat. s. vsque ad 15. Rebuff. ad ord. reg. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glof. 1. num. 8. par. 1. Presbyter deferens sacram Eucharistiam Host. & DD. cap. sane de celebr. missar. ubi DD. Cardinales Remigius ubi supra ampl. 18. & 21. Barbatia de Cardinalium præstantia par. 1. q. 6. Imperatores Reges Principes eorumque palatia Remigius ubi supra Nauarr. d. cap. 25. num. 18. Licet Nauarrus asserat Ecclesias Romæ hac immunitate non gaudere sed bene domos Cardinaliū cum certo ambitu. Peck. de iuro sistendi ca. 6.

Dico secundo hac immunitate gaudere omnes Christianos siue ex delicto siue ex debito confugiant. DD. cap. inter alia de immunit. Eccles. Remigius & 10. de Viscibus in d. tract. Rebuff. ubi supra n. 13.

Item serui salutem Dominorum timentes qui non sunt aliter Dominis restituendi quam præstita cautione iuratoria de non salutendo DD. d. ca. inter alia.

Præterea excommunicati suspensi interdicti 1 mol. & DD. Clem. 1. de pœnit. & remiss. dixi supra lib. 3. q. 32. licet contra censuerit Guymmer ad pragmat. sanctionem tit. de interdictis indifferenter non ponend. s. sta. ut in glo. verb. inde.

Effractores carcerum Auferer ad Capell. Tholos. q. 22. Boer. dec. 100. estque cõmunis contra Archidiaconum in ca. sicut. 1. 17. q. 4.

Percutens aut occidens clericum & omnis sacrilegus dummodo delictum in Ecclesia non committatur licet contra censuerit Remigius d. tract. fall. 32. & seq. 34. Nauar. d. c. 25. nu. 19. ver. tertiam.

De capto extra Ecclesiam qui per Ecclesiam ducitur gaudere affirmavit Nauarrus d. num. 19. Remig. ubi supra fall. 31. Idque etiam si iam damnatus ad supplicium duceretur. At vero non gaudere censuerunt alij Marsil. in pract. crim. s. vltimus nu. 4. Archid. cap. sicut 17. q. 4. vide Præsident. loco à virtute finis post med. 10. de Viscibus ubi supra nu. 52. Cœpolla l. quis sit fugitiuus s. idem celsus numer. 15. ff. de edictio. edicto fol. 6y.

Exules, banniti, obligati ad ratiocinia, decoctores, trã-fugimodo tamen non cõmiserint in Ecclesia crimen aliquod referuatum seu exceptum ita tenet Nauarrus contra Remigium & sequaces d. n. 18. in fine.

Iudei, Pagani, infideles, & hæretici confugientes ad Ecclesiam vt fideles & Catholici efficiantur Boer. d. dec. 100. l. 1. cum glo. C. de his qui ad Ecclesiam confug. Nauar. ubi supra n. 20. Anania c. iudei 1. nu. 4. de iudeis. Blasphemum gaudere immunitate censuit Nauarrus d. n. 20. at vero Boer. d. dec. 100. & Remigius ubi supra e contra, pro cõciliatione distingui potest inter Blasphemiam simplicem & blasphemiam hæreticalem Doct. Ignarius Lopes in pract. crim. tit. de blasphemia simplex Blasphemus quatenus talis nõ censetur hæreticus at vero si per Blasphemiam cõmittatur hæresis seu



si verba inferant hæresim immunitate non gaudebit non qua parte blasphemus est sed qua parte hæreticus præsumitur idque est de mente Nauarri d. n. 20. ad cuius explanationem confert doctrina insignis ignatii lopes iam citati *Rebuffus dicto loco nu. 22. Boer. decis. 110.* Religiosi disciplinæ causa extrahi possunt *Reb. n. 24.* Apostata à religione gaudet à fide neutiquam *Reb. d. nu. 24.*

Dico tertio. infideles & hæreticos hac immunitate non gaudere *Nauar. d. nu. 20. & d. l. 1. Rebuff. d. n. 22. Anania cap. Iudei i num. 4. de iudeis.*

Item committentes enorme crimen *cap. 1. de homic. in 6. in verb. toto Christiano populo diffidatus d. cap. inter alia cap. fœdici §. penult. de pœnis in 6. fa. it. ex l. 3. §. transfugus verb. ubicunque ff. de Sicarijs l. i. ius Marsil. l. unica nu. 100. C. de raptu virginum.*

Multa enim ratione enormitatis criminis singulariter sunt inducta nimirum iudicem pati nõ debere aliquem aduocare seu patrocinari pro furibus insignibus seu criminibus in omnibus *Rom l. si vero §. de viro fall. 47 ff. solut. matr. Paris de Syndicatu charta 31. col. 1. vers. & ideo dico assassinus à quocunque offendi potest per d. ca. 1. de homicid. in 6. Marsil. d. num. 100. Apost. ad 10. de Anania in c. si aduersus n. 4. in verb. aduocationis de hæreticis, & procedi posse de facto iuris ordine non seruato Barth. l. non solum §. si mandato ff. de iniurijs Paris de Syndic. charta 51. col. 2. ci. ca. sinem Marsil. vbi supra Gaill. de pace public. lib. 2. cap. 3. n. 16. & seqq.* Qualiter autem enorme crimen & maius à minori discernatur late tradit *Farinaceus in pract. Crim. li. 1. tit. 3. q. 18. per tot.* Paucis ex qualitate pœnæ discernetur maius delictum à minori quia pœnæ commensurari debent delictis ex mensura enim cognoscitur mensuratum *Barbatia cons. 48. incip. praclare scribitur primo regum par. 2. Autor incertus tract. 10. fa. 25. Ludovic. Montallus tract. de reprob. sentent. Pilati art. 4. numer. 14. vol. tract. 8. glo. l. 1. C. si aduersus delict. & l. auxilium §. in delictis ff. de Minoribus vbi dicit crimina alia esse atrociora atrocissimæ leuia vide Gaill. referentem atrociora crimina per varia exempla, lib. 1. de pace publ. cap. 14. n. 20. & seq. Menoc de arbitrarijs iudic. casu 266. per tot. latissime Farinaceus in pract. criminali lib. 1. tit. 3. q. 18. per tot.*

Sub qua specie statuimus publicos latrones viarum grassatores qui itinera frequentata vel publicas stratas obsident ac viatores ex infidijs aggrediuntur depopulatores agrorum, assassini rei læse maiestatis diuinæ aut humanæ sunt verba Bullæ Gregorii 14. editæ hac de re anno 1591. nono Kal. Iunii anno eius primo *Nauarr. d. num. 20. Remig. fall. 11. d. cap. cum inter d. cap. fin. de immunit. Eccles. 10. Viscus d. tract. n. 19. Reb. vbi supra n. 14. & seq. secus vero si ex infidijs tantum vulnus inferretur Reb. ibid. num. 16.* Quid autem si negetur esse publicus latro vel enorme crimen an interea temporis dum disceptatur extrahi poterit? vide *10. Viscus vbi supra num. 22.*

Neque immunitate gaudet qui in Ecclesia delinquit *d. cap. fin. de immunit. Eccles. cap. frater cap. ad Episcopos 17. quest. 4. Remig. vbi supra Ludovic. Montall. tract. de reprob. sentent. Pilati dubio 1. num. 40.* frustra enim legis auxilium iuuocat qui in le-

gem

gem committit *l. auxilium ff. de minorib. cap. quia de usuris.* Neque refert an delinquat cum spe immunitatis an sine illa *Abb. d. cap. fin. Abb. d. num. 20. & 22.* quod quamuis sit contra communem in Theoria sententiã quia teste *Quidio 2. de Pont. Conuolat interdum templi violator ad aram.*

*Nec petere offensi numinis horret opem:*

Est tamen in praxi receptum, teste *Aufrerio ad Capell. Tholos. qu. 422. Nauar. vbi supra.* Item excommunicati & Banniti secundum quosdam *Rebuff. vbi supra nu. 24. Co. mas in prag. sanct. tit. de interd. indifferent. non pon. §. statuit. in glo. verb. inde.* Quid autem in exemptione Canonica vide *supra lib. 3. q. 32. per tot.*

Sed dubium est, an qui à iustitiæ ministris fugatus ad Ecclesiam confugit possit si eum prosequantur extrahi? Possit censuit *Cynus Authent. si quis ei C. de adulter. dicens si quis deliquerit extra Ecclesiam, & officiali eum prosequente confugiat ad Ecclesiam quod extrahi poterit per Auth. de mand. princip. §. sed neque Alex. cons. 24. col. 10. vol. 2. ferrar. in pract. form. inquisitio verb. hæc est quadam inquisitio col. 7. vers. ex his potest late Nellus tract. de Bannis 2. parte 2. temporis quest. 29. Marsilius in practica criminali §. ulterius num. 4. Archid. cap. antiquitas 17. quest. 4. Præs. loco à virtute finis 10. Viscus d. tract. num. 52.* Quia in delictis attendi dicitur initium & non finis *Marsil. d. l. unica num. 112.* Hinc licet pro debito ciuili capi quis non possit in domo, si tamen repertus fuerit per officialem extra domum & aufugerit in domum extrahi poterit *Marsil. vbi supra nu. 113. & sing. 225.* Licereque captiuum ad sunt carceres ducere per iurisdictionem alterius arelto franciæ definitum refert *Ioannes Gallus ad arrest. parlam. quest. 224. & confirmat hoc ipsum ibidem glossa Molinei Verum in præmissa specie nõ posse voluit, Chassaneus ad cons. Bur. Rub. 1. des iustices §. 5. n. 14. Farinac. in prac. crim. part. 1. quest. 28. Nauarrus d. nu. 19. in hæc verba. Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur etiam si iam damnatus ad supplicium ducatur quia iam est intra eam receptus & à fortiori qui à iustitiæ ministris fugiens in eam est ingressus *Remig. fall. 31. Capell. Tholos. quest. 422.* Refertque *Nauarres* hanc communem esse sententiam uti & *Boertius dec. 100. ac Farinaceus par. 1. quest. 28. nu. 41.* quamuis *Ioannes VVamesius præceptor quondam meus cons. 516. de immunit. Eccles. tom. 2. post longam disputationem quætionem hanc reddat dubiam & perplexam suadeat que eam amica transactione sopiendam.**

Præterea immunitate non gaudet secundum quosdam qui prope Ecclesiam delinquit animo ad eam confugiendi *Abb. d. c. fin. Nauar. vbi supra n. 22. vide Alciatum reg. 3. pref. 33. vbi aicit id non præsumi Rebuff. num. 20.* affectans enim priuilegium priuilegio gaudere non potest quemadmodum multis exemplis infra docuimus *li. 4. quest. 71. per tot. vbi late. Quod an verum sit videatur infra d. q. 71. in fine.*

Item qui animo occidendi aliquem percutit. *d. cap. 1. de homicid. Nauar. vbi supra numer. 21.*

Y y 3

Nec



3 Nec qui ex ipsa Ecclesia alterum extra Ecclesiam existentem percutit, aut è contra, tunc enim delictum videtur in Ecclesia *Abb. d. cap. fin. Nauarr. d. num. 21.* Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri quoad delictum quod iubendo committit quia in Ecclesia patratum fuit quamuis sic quoad delictum patratum ex iussu suo *Remig. vbi supra Nauarrus d. nn. 21.*

Neque qui cum extrahit per vim qui in Ecclesia erat saltem per vestes extrahendo quia in Ecclesia delinquit neque etiam qui extrahi eum iussit quo ad delictum in hoc commisit quamuis sic quoad delictum quod interficiendo aut percutiendo post eum extractum committeret *Remig. vbi supra à fol. 4. vsque ad fol. 11. Nauarr. d. num. 21.* quia hoc extra, illud vero intra Ecclesiam commissum censetur.

Sed nec qui sponte egreditur gaudet immunitate *Host. & D.D. d. cap. fin. Nauarr. d. n. 21. in fine & 22.* etiam si blanditijs educatur *Nauarr. d. n. 2. in fin. c. vxor. felix 16. quest. 4. Nauarr. d. num. 21. in fine.*

Neque qui ex ipsa Ecclesia se iniuste defendens pugnat quia intra Ecclesiam delinquit. Neq; qui cõburit aut deijcit Ecclesiam quia is etiam in ea delinquit *d. c. fin. Nauarr. d. n. 22. in fine* quicquid dicant relati (inquit Nauarr.) à Remigio in d. tract. Neque personarum Ecclesiasticarum iuxta Abbatem vsu receptum *in d. cap. fin. Nauarr. d. num. 21. & 22* Quod videtur limitandum quoad iudicem Ecclesiasticum non autè quoad iudicem sæcularem quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia clericum in minoribus constitutum etiam ob delictum licet quo ad illud Conc. Trid. sess. 23 c. 6. habeat in eum iurisdictionem ita Nauarr. Item immunitate non gaudet frangens saluagardiam Armatus confugiens ad Ecclesiam, fur cum re turtiua ad Ecclesiam confugiens sacrilegi adulteri iure ciuili, non autem iure Canonico, decoctores seu falliti; secundum quosdam, de quibus videatur *Rob. num. 18. & seqq. passim.*

9 Quibus summam præmissis (vberior enim cognitio hauriri poterit ex d. Remigio de Sogni & Io. de Vischis) Transeo ad Gregorianam Bullam præscribentem formam extrahendi confugientem ad loca sacra aut exempta quam ad longum subnectam vbi pauca hæc recensuero ex P. Martino delrio qui in disquisitionibus magicis non multum ab re nostra sic loquitur *lib. 5. sect. 7.*

„ Capi fortiores seu maleficos etiam in Ecclesia posse puto ex duplici capite  
 „ quia crimen est atrocissimum tum quia sacrilegi blasphemii homicidæ delibe-  
 „ rati & proditorij hæretici apostatæ nam nullis istorum suffragatur immunitas loci  
 „ sacri ne ibi quidem vbi viget late Farinaceus qu. 28. & in casu quo non valet im-  
 „ munitas volunt multi & etiam non requisito Episcopo reum extrahi per iudicem  
 „ sæcularem posse alij tamen volunt ab Episcopo veniam peti prior opinio de iure  
 „ verior & receptior erat ante Bullam Greg. 14. optimi, laudatissimi Pontificis qua  
 „ expresse cautum ne liceat sæcularibus iudicibus sine Episcopi licentia aliquem ex  
 „ Ecclesia extrahere etiam in casu alias permissio nisi si forte Episcopus talem licen-  
 „ tiam

etiam dare recusauerit & tunc reos sic extractos debere ad carceres Ecclesiasticos  
 „ conduci vt illic detineantur donec per Episcopum vel ab eo deputatum cognitum  
 „ fuerit an crimen sit tale vt gaudere non debeat immunitate Ecclesiastica vbi autem  
 „ hæc Bulla nõ obligat et ibi posset extrahi casu dicto sed modeste & cauendo tumultum  
 „ & offensionem personarum Ecclesiasticarum & dummodo postea comperto quod  
 „ non debuerit extrahi statim Ecclesiæ restituantur *Concurr. lib. 1. par. resol. cap. 20.*  
 „ Clarus quest. 30. nu. 27. & in iisdem locis valebit ius præuentionis in eo vt si Reus  
 „ nondum sit extractus ad sæcularem pertineat iudicare num immunitate gaudere  
 „ debet nec ne *Vulpell. resp. 130 n. 6. Farinac. supra num. 76.* Ita ille, Indistinctè ta-  
 „ men putauit *Rebuffus vbi supra num. 34.* hanc cognitionem spectare ad Ecclesia-  
 „ sticum non vero ad laicum, nisi eo respectu quo immunitate non gauderet ad effe-  
 „ ctum eum extrahendi, idque ideo quia Ecclesiasticus iudex dignior est *v. Caua-*  
 „ *can. decis. 2. num. 38. par. 2. Couarr. præb. quest. cap. 33. num. 1.* Magis enim dignum tra-  
 „ hit ad se minus dignum *v. supra lib. 1. qu. 21. num. 8.*

Porro illud etiam breuiter non est mittendū ex Nauarro quod iudex extrahens  
 „ hominem ab Ecclesia exempta & iustus ab Ecclesiæ Prælato vt captum restituat nõ  
 „ fatiscit si captum liberum abire permittat vel se subijciat obedientiæ Episcopi nõ  
 „ habentis in illa Ecclesia iurisdictionem *Nauarr. conf. 1. de immunit. Ecclesiarum par. 1.*  
 „ sed pœnis monitorij conseruatoris manebit adstrictus. Cum enim violenter ab-  
 „ stractus ab Ecclesia per violentiam sit de facto spoliatus & exemptione priuatus  
 „ possitque non modo ipse restitutorum iudicium intenta e *Siculus cap. inter alia*  
 „ *de immunit. Eccles. Barth. l. presenti n. 5. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt late Bar-*  
 „ *thol. disputat. 6. incip. Lapsus* sed etiam Ecclesia quæ sua libertate & exemptione pri-  
 „ uata est *cap. miror. 17. quest. 4.* Ideo fit vt extrahens absolui non debeat quamdiu  
 „ *Ang. in summa verb. immunitas vers. 20. Aufrer. ad Capell. Thol. san. quest. 423. num.*  
 „ omnia in pristinum statum non reposuit *2. Oldra. conf. 53.* Multa alia hoc in articu-  
 „ lo adferri possent quæ ad amissim persequi non est otium sit satis attigisse sum-  
 „ mas capitum. Porro Gregorij XIV. Bullæ tenor est eiusmodi.

Cum alias nonnulli prædecessores nostri & præsertim felix recorda-  
 „ tionis sextus Papa V. necnon Pius etiam V. & c. & infra. Hac itaque nostra perpetuo  
 „ valitura constitutione omnia & quæcunque priuilegia indulta & gratias tam per  
 „ prædictum Sixtum ac Pium quintum quam alios quoscunque nostros prædecesso-  
 „ res aut nosmet ipsos Sedemque Apostolicam eiuus legatos super abducendis vel  
 „ extrahendis ab Ecclesijs Monasterijs Sacellis domibus regularibus & sæcularibus  
 „ locisue sacris aut religiosis alijsue in casibus à iure permissis hominibus certorum  
 „ tunc expressorum vel non expressorum criminum Reis aut fraudulentis decocto-  
 „ ribus etiam in odium certorum delictorum & pro honore & quiete publica &  
 „ ex causis vrgentissimis ac necessarijs & æquipollentibus casibus in iure expressis at-  
 „ que



que ex paritate identitate aut maioritate rationis extensæ perpetuo vel ad certum nondum elapsum tempus seu ad vitam alicuius Principis aut beneplacitum seu alias quomolibet concessa etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata & in nouata ac vsu recepta iterasque Apostolicas sub plumbo aut in forma breuis seu alias quomodocunque desuper confectas quarum tenores hic haberi volumus pro expressis ac ad verbum insertis sublata penitus omni differentia ita ad vnam tantum formam reducimus & moderamur vt laicis ad Ecclesias locaque sacra & religiosa prædicta confugientibus si fuerint publici latrones viarumque grassatores qui itinera frequentata vel publicas stratas obsident ac viatores ex insidijs aggrediuntur aut depopulatores agrorum quiue homicidia aut mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs earumve cæmeterijs committere non verentur aut qui proditoriè proximum suum occiderint aut assassini vel hæresis aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei immunitas Ecclesiastica non suffragatur sed vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Episcopis cæterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatiis tam sæcularibus quam cuiusvis ordinis regularibus districtè præcipiendo mandamus & præcipimus vt laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias monasteria domos & alia loca supradicta sacra seu religiosa respectiue confugientes & in eis se recipientes atque morantes qui prædicta delicta eorumve aliquo iudicio suo commisisse videbuntur quando à Curia sæculari fuerint requisiti & quilibet eorum fuerit requisitus ministris & officialibus Curie sæcularis absque irregularitatis nota aut alicuius censuræ Ecclesiasticæ incurfu tradi & consignari curent & faciant & quilibet eorum curet & faciat ne autem Curie sæcularis ministri prædicta facultate illos perse & propria autoritate extrahendi & abducendi sibi olim vt præfertur attributa & per præsentem reuocata abutantur Volumus dictaque autoritate decernimus & declaramus vt Curia sæcularis eiusque iudices & officiales ab Ecclesijs monasterijs locisque sacris prædictis laicum aliquem vt præfertur delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi vel eius officialis & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentes ad quos solos & non alios Episcopis inferiores etiam si alias ordinarij sint aut nullius diocesis aut conseruatores ab hac sede specialiter vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat Occurren te autem casu in loco exempto in nullius diocesis tunc ad Episcopum viciniorum deuoluatur hæc cognitio & non ad alios qui capere extrahere aut incarcerare nõ possunt nisi eo casu quo ipse Episcopus & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisiti illos in delictis superius expressis culpabiles tradere aut capturæ & carcerationi interuenire & assistere recusarint tuncque reuerentiæ Ecclesie & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit cum scandalo & tumultu extrahere curent.

Quodque

Quodque delinquentes laici prædicti postquam vt præfertur ab Ecclesijs locisque sacris extracti & capti fuerint ad carceres Curie Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto & firmo carcere ac oportuna custodia data illis si opus fuerit per Curiam sæcularem detineri debeant nec inde extrahi Curieque sæculari prædictæ consignari nec tradi possint nisi cognito prius per Episcopum seu ab eo deputatum an ipsi verè crimina superius expressa commiserint tuncque demum de mandato Episcopi per iudicem Ecclesiasticum Curie sæculari quacunque appellatione postposita consignentur, de crimine vero hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat neque in ea Curia sæcularis se quoquo modo intromittat Sicuri etiam prohibemus ne contra Ecclesiasticas personas sæculares aut cuiusvis ordinis vel militiæ etiam sancti Ioannis Hierosolimitani regulares quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegiorum indultorum aut concessionum (quæ omnia ad terminos iuris per præsentem reducimus) procedant aut se intromittant illosue ab Ecclesijs monasterijs domibus locisque sacris aut religiosis etiam in casibus in hac constitutione expressis extrahere abducere capere carcerare aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus alias quam de iure & per privilegia eisdem ordinibus aut militijs concessa permittatur quomodolibet præsumant, quod si quis quacunque dignitate præditus præmissorum quicquam attentare contra hanc constitutionem præsumpserit ipso facto censuras quæ contra libertatis Ecclesiasticæ violatores sunt promulgatæ incurrat, non obstantibus præmissis etiam Sixti & Pij V. quam aliorum quorumcunque prædecessorum nostrorum liberis Apostolicis privilegijs indultis Datum Romæ in monte Quirinali anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo nono Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno primo. Ita Gregor. 14. anno 1591. 9. kal. Iunij referente Alfonso à Casarubios in compendio privilegiorum fratrum mendicantium tit. de immunit. Ecclesiarum & Piasio in d. praxip 2. c. 4. Quæ pœna autem teneantur violatores immunitatum distingui solet inter ius ciuile & Canonicum compendij causa videri poterit Rebuffus loco cit. glos. 1. nu. 32. iure ciuili pœna legis Iulie Maiestatis vltimi supplicii afficiebantur l. 2. l. 1. presentis C. de his qui ad Eccles. confug. l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler. Chassan. ad conf. Burg. Rubr. des iustices ver. Et dicit d'icelle & hoc quando iniuria inferebatur clericis cap. qui autem 17. quæst. 4. cum deuotissimum 12. q. 2. At vero de iure Canonico excommunicantur cap. frater cap. omnes Basilica cap. sicut 17. quæst. 4. cap. illi qui 24. quæst. 2. Præstantur feudis & iuribus quæ ab Ecclesia habent Turrcermata d. cap. frater cap. 1. in fine de Treug. & pace Rebuffus d. glo. 1. nu. 32. Mulctantur pœna pecuniaria nonagendorum solidorum cap. si quis contumax 17. quæst. 4. Item triginta librarum auri purissimi cap. quisquis 17. quæst. 4. item alijs arbitrarijs pœnis coercentur cap. non minus ca. aduersus de immunit. Eccles.

L 2

QVÆ-



## QVÆSTIO LXVI.

Constitutiones Papales an in dubio vsu receptæ præsumantur.

## S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Non præsumuntur receptæ.   | 4. Idque si alius protestationi consentiat.                 |
| 5. Nisi sint diuini iuris declaratorie.   | 6. Constitutiones promulgatae an cognitae præsumantur.      |
| 2. Praesertim si in promulgatione accedat protestatio subditorum.               | 7. Constitutiones an efficiant Dominia temporalia laicorum. |
| 3. Reditus cum protestatione solutus liberat soluentem ab illius continuatione. |   |

**R**ecetas præsumi censuit Bennitend. Bonon. conclus. 13. num. 10. & latissimè id probat Flaminium adducens inter cæteros Felinum cap. 1. num. 13. de treuga & pace v. Flaminium de resignat. benef. lib. 3. quest. 7. num. 25. ubi late idem late tenuit Canalicus adferens difficillimam esse contrarij probationem de tutore & vsu fructu mulieri relicto n. 41. & 42. ubi id probat in materia statutorum. At vero contrarium pluribus probauit Menochius lib. 2. præsumpt. 2. per tot. dictum est supra lib. 1. qu. 50. numer. 12.

Ratio est quia vsu recipi est quid facti quod non præsumitur, Soc. Iun. cons. 32. n. 47. lib. 3. per l. in Bello s. facta ff. de captiuis & postl. Hinc Guilielmus Redoanus tract. de alienatione rerum Ecclesiast. quest. 58. num. 25. putauit non satis esse allegare Paulinam seu extranagantem ambitiose de rebus Eccles. non alienand. qua inhihetur locatio rerum Ecclesiasticarum ultra triennium sed opus esse probari vsu receptæ & moribus approbatam per gloss. & DD in cap. 1. de Treuga Bald. l. rem non nouam C. de iudic. Boer. dec. 224. nec aduersatur sententiæ Menochii & Socyni Decius cum quibusdam aliis cons. 549. num. 10. Curt. Iun. cons. 129. num. 12. Gozad. cons. 16. num. 16. qui visi sunt vna cum Bennitendo affirmare leges editas & debitè promulgatas præsumi receptas, Siquidè ipsi nulla lege nulla auctoritate id probarunt erubescimus autem sine lege loqui l. si feruum s. non dixit prator ff. de acq. hered. Praes in loco à lege cessante in pr. non est autem ad rem quod Gozadin. d. num. 16. adfert legem semper conseruati esse in viridi obseruantia l. Arriani s. conuictis C. de hæreticis Barth. & Socin. l. famih. & tibi s. in legatis col. 2. de legat. 1. Barth. l. certa forma num. 11. C. de iure fisci lib. 10. Nam præter id quod respondet Socin. Iun. d. cons. 32. num. 47. licet et responde- re legem semper esse in viridi obseruantia præsuppositi initio obseruationis. Si enim semel recepta est obseruati, præsumitur adhuc in præsentiarum obseruari, quia mutatio non præsumitur Alciat. de præsumpt. reg. 2. per tot. præsumptione orta

de

de tempore ad tempus Praes in locis loco à tempore ad tempus id quod olim fuit id hodie adhuc esse præsumitur quod supra fufius ex Nauarro probauimus lib. 1. q. 30.

Quæ indubitanter procedunt si publicationi constitutionis protestatio à sub- ditis apponatur cuius quam varii sint effectus ex iure fit satis perspicuum hinc exem- pli causa Exemptus à collectis soluens adhibita protestatione. Quod immuni- tati suæ nolit præiudicare exemptionem suam illam sam conseruabit Abb. cap. cum accessissent num. 7. cum add. de constit. Petr. Antiboli tract. de muneribus par. 3. num. 37. cum seq. Gigas de pensionibus quest. 71. num. 2.

Item reperitæ solutiones annui redditus cum protestatione quod soluens nolit induci in quasi possessionem solutionis proficit vt contra soluentem non possit agi possessorio Alciat. l. sicertis annis in verb. nisi C. de pact. Gigas de pension. quest. 61. & 73. in fine Clarus de emphiteusi quest. 10. num. 1. Bellencinus de charitat. subsidi. qu. 61. Abb. cap. cum Ecclesia num. 24. in fin. de causa propr. & possess. late Menoch. de præsumpt. lib. 1. pres. 75. Alexand. de moneta tract. de decimis cap. 9. num. 105. vide supra lib. 3. quest. 27. num. 4. prout quoque si per vim seu coactè solutio extorta sit licet non accesserit protestatio Bellenc. d. quest. 61. Alex. d. cap. 9. num. 107. Rom. cons. 153. per tex l. cura extruendi ff. de munerib. & honor. Faber l. voluntarie ubi id utronque distri- gat. C. de excusat. tut.

Porro quod dixi de protestatione id verum est si superior illi consentiat quo- niam protestatio in dependentibus à consensu duorum non valet non accedente consensu alterius Abb. & DD. c. cum M. de constit. l. non solum s. morte C. de noui ope- ris nunt. per text. l. fin. s. cum si prædixerit ubi DD. ff. naua, caupones. stabularij Latius Laurentius Siluanus tract. de feudi. recognit. qu. 81. per tot. Cum itaque virtus legis nõ tam dependeat à voluntate subditorum eam non recipientium quam Principis eam promulgantis & legem obseruari cupientis subditorum protestatio non proderit nisi consensus & acquietio Principis intercedat arg. not. per Syluanum d. quest. 81. Ita in non abfamili traditum est si Vasallus Iurans fidelitatè alicui Domino prote- stetur quod non facit animo recognoscendi eum in Dominum quod talis prote- statio contradicente Domino eum non iuuabit Socyn. cons. 4. col. 6. li. 3. arg. c. 1. quali- ter Domin. propr. feudi. priuetur cap. 1. in fine de forma fidelitatis Syluanus d. quest. 81. post numer. 1.

Quod verum putarem in ea specie protestationis quæ est contraria actui v. g. si subditi obediant legi cum protestatione eam non recipiendi cæterum si protesta- tio sit simplex & tantum declaratoria voluntatis & conseruatoria iuris protesta- tis poterit ea interponi Domino absente & ignorante neque alia intimatio ei fieri oportebit Barth. l. Põmp. scribit si negotium ff. de neg. gest. Petrus antiboli tract. de mune- ribus in 3. parte principali nu. 38. & in d. s. morte in materia protestationis declaratorie DD. de aliment. C. de neg. gest. Syluanus d. qu. 81. nu. 1.

Z z 2

Porro



Porro quod dixi de constitutione usu non recepta id disputari potest in constitutionibus seu declarationibus legum humanarum, ceterum constitutiones seu declarationes legum diuinarum non eo minus vera esse definiunt aut obligare quod usu non recepta asserantur quemadmodum doctē & subtiliter contra Caietanum Nauarrus annotauit tract. de usuris n. 6. vers. Secundo Tom. 1.

Vtrum vero constitutiones promulgatae cognita praesumantur videatur Menochius lib. 2. pres. 3. per tot. Item an constitutiones Pontificiae afficiant Dominia temporalia laicorum notatum est supra lib. 1. q. 50. n. 39.

### QVÆSTIO LXVII.

Vtrum coram Abbatibus fieri possit resignatio beneficiorum.

#### S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Distingendum inter Abbates exemptos & non exemptos. | pleno iure subiectas.                               |
| 2. Ab institutione ad destitutionem argui non potest.  | 4. Abbates homini ordinarij Monachorū.              |
| 3. Abbates exempti habent Ecclesias sibi               | 5. Pleno iure possidere quid sit.                   |
|  | 6. Abbates renunciare debent in manibus superioris. |

**I**N hac quaestione liberis laudo Flaminium Parisiū de resign. benef. par. 1. li. 7. q. 15 per tot. qui in hæc prope verba resoluit distinguendum esse inter Abbates non exemptos & exemptos quod abbates qui exempti non sunt placuit non licere corā eis facere resignationes aut beneficiorum permutationes quippe quod istis actib. ius interponendæ autoritatis non habeant collect. quem sequitur Bellamera de permutation. benef. 1. par. qu. 9. Card. Clem. 1. n. 18. de renunt. Tum quod hæc autoritas proprie sit iuris Episcopalis 10. Anar. 10. Monac. Geminian. Franc. in c. 1. de ver. perm. in 6. Flaminium d. lib. 7. qu. 14. n. 16. 17. 18.

**T**um quod à facultate instituendi non liceat arguere ad destituendi autoritatem Flamin. d. q. 14. n. 15. & seq. adeo vt licet Abbates instituere possint in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis instituti tamen non administrant nisi prius habita licentiā diocesani cui subiectus est Durandus de modo congregandi Concilium generale Rubr. 4. n. 25 & Rubr. 23. n. 1. & 3. Card. d. n. 18.

Quo vero ad Abbates exemptos qui ius conferendi habent ij autoritatē habent resignationes, & permutationes admittendi Abbas ca. quæsitum n. 4. de ver. perm. Franc. c. 1. n. 8. eod. in 6. estque communis opinio teste Flaminio d. q. 15. n. 3.

**R**atio est quia Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno iure subiectas ideoque ius Episcopale seu iurisdictionem quasi Episcopalem Innoc. c. 2. vers. de Abbatibus de trans.

de trans. cap. Abbates in fine de privileg. in 6. glo. Clem. 1. verb. proprij de reb. Eccles. non alien. scripti supra eodem lib. quæst. 20. In iurisdictione enim Abbatia exempta & Episcopatus æquiparantur ca. ne pro defectu s. statuius ubi glo. in ver. regularis cap. dilectus filius ubi glo. ult. in fine de concess. preb. Mandos. reg. Cancell. 25. quæst. 3. n. 8. cap. 1. ca. in singulis de statu Monach. Aret. cons. 63. num. 4. Flaminium d. quæst. 15. num. 6. & lib. 2. quæst. 1. n. 66. Dicitur enim Abbatia caput omnium Ecclesiarum regularium & omnium monasteriorum potestas ab ea dependere ca. nullam prestatem 18. quæst. 2. cap. cum ad monasterium de statu Monach. 10. Selua tract. de beneficio per. 1. qu. 2. n. 49. Flam. d. q. 15. n. 7. Confirmatur qui possunt destituere possunt recipere resignationes Flam. d. q. 14. Abbates autē exempti possunt destituere Paris. cons. 22. n. 14. vol. 4. Gigas de crimine lese. Maiest. q. 19. n. 9. Ergo quippe quod habeant ius visitandi ex quo oritur & descendit potestas puniendi castigandi priuandi destituendi Feder. de Senis cons. 55. Fel. cap. dilect. & 1. co. 2. de reser. cap. olim de accusat. cap. nemo dist. 85. Flam. d. q. 15. n. 18. & seq.

Accedit quod Abbates verē dicuntur prelati & ordinarij Monachorum c. nullus Monachus c. nullam potestatem 18. quæst. 2. cap. quanto & ibi Innoc. & DD. de offi. ord. in quos maiorem & pleniorē dicuntur habere potestatem quam Episcopus habeat in Clericos suæ diocesis Abb. c. ad nostram n. 2. c. reprehensibilis & vtrubiq. Fac. de appell. Fel. c. super literis n. 12. de reser. Mandos. reg. Cancell. 24. q. 2. n. 4. in fine.

Insuper eiusmodi Abbates habent Ecclesias sibi pleno iure subiectas quod importat visitationem correctionem institutionem destitutionem Paris. d. cons. 22. n. 14. vol. 4. cons. 35. n. 9. eod. lib. dixi late supra lib. 1. q. 9. n. 6. & seq. Hinc ipsi possunt prestatere autoritatem alienationi rerum Ecclesiasticarum Abb. d. cap. quæsitum n. 2. glo. d. Clem. 1. in verb. proprij Redoanus de alienat. rerum Ecclesiasticarum Rubr. 26. n. 8. Rubr. 30. cap. 1. n. 6. dixi supra eod. lib. q. 1. & seq.

Quo vero ad Abbates renunciare debent in manibus superioris non vero in manibus subditorum Abb. c. ult. not. 2. de renunt. ubi Burion 3. Flam. d. q. 15. in fine.

### QVÆSTIO LXVIII.

Quid si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Episcopum coram vtro eorum erit expedienda resignatio.

**R**espōdeo corā Episcopo Innoc. c. ult. in fine de renunt. Card. Clem. unica n. 17 de renunt. Abb. d. c. ult. n. 3. vers. quaro de presbytero Flam. de resign. benef. par. 1. li. 7. q. 15. n. 18. Ratio est quia resignationes expediri debent coram superiore Ecclesiastico habente spiritualia Es. tract. de visitatione li. 2. c. 28. n. 12. Ruffinacii tract. de beneficio c. 14. n. 41. Flam. d. q. 15. n. 18. quorū semper potissima est ratio & vniuersalis digna.



digna attrahunt ad se minus digna cap. si quis obiecerit. 1. quest. 3. cap. quanto de iudicij  
l. cam queritur ff. de statu hom.

### QVÆSTIO LXIX.

Quæ sit vis clausulæ re à quibusvis censuris ad effectum præsen-  
tium absolventes.

#### SVMMARIVM.

1. Tollit impedimentum proueniens ex cen-  
suris. mens.
2. Hac clausula per obliuionem præsumitur  
præterita. extenditur ad censuras, Papa reserua-  
tas.
3. Non prodest infordeſcentibus per quatuor  
mens.
4. Hac clausula à legato usurpata non  
extenditur ad censuras, Papa reserua-  
tas.
5. Non tollit irregularitatem.

**P**AUCIS respondeo tollere omne impedimentum proueniens ex censuris *Re-  
buff. in praxi benef. 1. par. Rubr. declaratio Bullæ nouæ prouisionis sateque absoluen-  
tes num. 15. Nauar. conf. 28. num. 18. & 21. de sent. excom. Concesso enim aliquo  
omne id concessum videtur sine quo illud expediri nequit D. VVamesius in termi-  
nis huius quæstionis conf. 139. nu. 7. & 8. idque etiam si eiusmodi clausula non inue-  
niretur adiecta quia enim adijci solet præsumitur per obliuionem præterita. certi  
5. numeros in fin. ff. de reb. creditis VVames. d. n. 7. & 8.*

Restringitur tamen vt non proſit infordeſcenti per annum equiparatur enim  
infordeſcens hæretico *Mench de arbitr. iud. casu 4. 16. per tot. signanter num. 60. Conc.  
Trid. c. 3. sess. 25. de refor. Peolom. dec. 94.*

Restringitur 2. vt non proſit ijs qui sustinuerunt excommunicationem per qua-  
tuor menses idque per regulam Cancell. 61. latam per Sixtum 5. Rubr. de inforde-  
ſcentibus idque secundum Flaminium *de resig. benef. par. 1. lib. 4. quest. 3. num. 57. cu-  
ius vtr. verbis. Statutum est ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, &  
infordeſcendi in illis & ne generales absolutiones appositæ in literis suffragentur  
his qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerunt  
ex qua regula satis colligitur quod excommunicato ita demum suffragatur illa ab-  
ſolutio quæ consuevit in literis Apostolicis de stylo apponi si non sustinuit excō-  
municationem ultra quatuor menses nam illis elapsis huiusmodi absolutio non  
prodest & literæ sunt nullæ iuxta communem & vulgarem stylum. Item tradit Na-  
uarrus id ipsum extendens ad alias quasdam excommunicationes quem vide in ca.  
ita quærendum nota 11. n. 14. idque cum à Papa scribitur secus vero si à legato quia tū  
non extenderetur ad censuras Papæ reseruatæ Nauarrus not. vndecimo num. 18.*

Restrin-

Restringitur 3. per hanc clausulam non censetur snblata irregularitas quemad-  
modum contra Sotum concludit & probat latè Gregorius Sayrus. in suo *Theſauro  
Theol. moralis lib. 1. ca. 1. nu. 18. tom. 1.*

### QVÆSTIO LXX.

Quid iuris si vnum priuilegium referat se ad aliud.

#### SVMMARIVM.

1. Distinctio an verba stent conditionaliter  
an causaliter.
2. Ex subiecta materia diuidendum.
3. Libellus statutum, lex priuilegium refe-  
rens certitudinaliter aliam dispositionē  
non requirit illius apparentiam.
4. Conſitens prout in tali instrumento de  
quo non constat. nihil videtur conſiteri.
5. Conſeſſio ad instar priuilegij de quo non  
constat. nihil valet.
6. Nisi fiat specifica relatio vel ex certa  
scientia.

**F**REQUENS est vt multa in priuilegijs exemptionum decernantur iuxta tenorē  
aliarum literarum seu prout aut quemadmodum in alio priuilegio concessum  
est vnde hic non immerito dubitatur de vi, & energia eiusmodi verborum &  
priuilegiorum relatiuorum qua in re vt in iure assolet repugnantes videntur esse  
sententiæ Innocentius in cap. Abbate nu. 4. de verb. signif. censuit eiusmodi priuile-  
gia & verba relatiua stare conditionaliter scilicet si ita est prout in tali priuilegio  
continetur volens id circo cum in vno priuilegio fit mentio alterius priuilegij ne-  
cesse esse illud exhiberi de quo fit mentio.

At vero Ludouic. Rom. vt refert Felinus in cap. ex parte & 1. num. 10. cum Apost. 1  
de rescript. fol. 68. Rom. conf. 336. distinxit inter priuilegia & rescripta vt in illis sicut  
causaliter dispositiue & de per se sicut cum quis condemnatur ad vnum par capo-  
num prout ius antecessores consueuerunt *Fel. d. num. 10. & DD. ibi citati qui arti-  
culus pendet ex ijs quæ supra plenius scripsimus lib. 1. quest. 9. num. 10. In his vero cō-  
ditionaliter Rom. d. conf. 336. gl. fin. in cap. quoniam Abbas de offic. delegati. Mihi in  
hac materia plus placet opinio Felini d. num. 10. sic distinguentis indifferenter tam  
in priuilegijs quam rescriptis aut contra libus. Aliquando dictiones relatiuæ iuxta  
secundum, prout præferuntur in materia quæ de nouo aliquid disponedo concedit  
aliquid certū, referēdo se ad aliud, eo casu nō stant conditionaliter quia natura prin-  
cipalis dispositionis continētis clarè certū quid, non est referre se quasi conditiona-  
liter ad aliud, vnde etiam si illud non appareat ista falsa demonstratio non vitiat di-  
ſpositionem *Barth. l. cum qui s. Iulianus ff. de constit. pec. glo. d. cap. quoniam Barth. in  
extrauag. ad reprimendum in verb. prout vers. ad cuius intelligentiam Arc. conf. 86. col. 3**

Hinc



Hinc libellus statutum, lex privilegium referens certitudinaliter aliam dispositionem non requirit illius apparentiam *Fel. d. nu. 10. ubi allegat. Bald. Barth. & alia exempla textus ad litteram cap. Abbate §. contra de verb. signif. ubi DD. Aliquando vero fit relatio super eo de quo in privilegio aut dispositione per se aut clare non constat & tunc privilegium non valet nisi illa relatio declaratur per illud ad quod fit relatio. *l. §. 1. ubi Barth. Dyn. & DD. ff. de leg. 1. l. legavit ff. de liber. legat. ubi dicitur si concedo quicquid iuris habeo in tali loco si non apparet quid iuris ibi habeam nihil videri concessum. Hinc confitens prout in tali instrumento de quo non apparet nihil videtur confiteri *Fel. d. numer. 10. & 13. & ut inquit Abbas in cap. inter dilectos col. 3. de fide instr. ubi DD. & Fel. d. num. 13. & 14. & concessio facta ad instar alterius privilegij non subsistit eo non apparente vel data invaliditate eius ad quod fit relatio Secus autem si fieret specifica & certa mentio eius ad quod fit relatio ab habente potestatem de nouo concedendi *Abb. c. examinata de confirmat. utili vel inutili Fel. d. ex part. n. 14. vers. secus si sit DD. Auth. si quis in aliquo C. de edendo. Item nisi relatio fieret ex certa scientia Principis bene informati tunc enim dictiones relatiuæ interpretationem non admittunt conditionalem sed causalem d. cap. examinato ubi Abb. & DD. & d. cap. quoniam Abbas ubi Imola col. 2. Fel. d. nu. 10. tex. cap. Abbate §. contra de verb. sig. ubi DD. cap. penult. ubi Abb. nu. 5. de conu. utili vel inutili Dominus VVemesius conf. 64 n. 2. Inducitque presumptionem clausulæ plenitudinis potestatis & effectum derogationis omnium quæ in contrarium militant *Gall. lib. 2. obs. 30. nu. 14.*****

### QVÆSTIO LXXI.

Affectans privilegium exemptionis an illo gaudere debeat.

#### SVMMARIVM.

1. Stulta est questio quæ caret ratione dubitandi.
2. Affectans privilegium gaudere illo non debet.
3. Presentio iudicij procurata non iuuat.
4. Appellare non licet a facto procurato.
5. Procurans commissionem causa est suspectus.
6. Legatio procurata caret suis privilegijs.
7. Item affectans tres tutelas.
8. Item absentia affectata.
9. Generalis remissio non prodest presententi.
10. Prodicens spe cessionis non iuuabitur.
11. Percutiens clericum ut occasionem peregrinandi habeat pro absolutione frustrabitur sua spe.
12. Inimicitia affectata nihil obsunt.
13. Privilegia officialium non extenduntur ad

- ad affectantes officia.
15. Procurans ne citatio ad eum perueniat habetur pro citato.
  17. Titulus procuratus non prodest.
  18. Electio procurata est nulla.
  19. Vocato delegato ad superiorem negotiij non suspenditur si pars id procurauit.
  20. Procurans euocari non excusatur.
  21. Negligentia procurata non operatur dissolutionem.
  22. Fideiussor pro aufugiente.
  23. Iudicem quem impetrari recusare non possum.
  26. Depositio unius officij ut aliud assequatur non prodest.
  27. Procurans ut in familiarium assumatur non iuuabitur.
  28. Item assumens clericatum in fraudem fori.
  29. Item conueniens ut reconueniatur coram eodem iudice.
  30. Occasione affectati & captati lucri renuncians Societati tenebitur illud lucrum communicare.
  31. Affectans exemptionem gaudet exemptione.
  32. Circumstantia spei immunitatis non excludit affectantem a participatione legis.
  33. Clerici delinquentes spe immunitatis gaudent suo privilegio.
  34. Peccans spe venia consequenda per Bullam concedendam absolutus debet.
  35. Idque nisi expresse nisi privilegio aliter disponatur.

**S**Tulta & inanis est questio (inquit Celsus) *l. domitius ff. de testam* quæ non habet rationem dubitandi.

Itaque ut temeritas propositæ questionis euitetur dubitationem mouet regula generalis affectantem privilegium aut quiduis aliud gaudere non posse privilegio seu beneficio rei quam procurauit seu affectauit quam regulam Iason & plerique alij non paucis exemplis illustrarunt *Iason l. si re off. qui satisd. cogant l. 2. §. fin. ff. Si quis cautionibus Paris de Puteo de syndicato ubi de affectante officium Nicellus in concord. glossarum concordia 6. nume. 104. Fallentis 63. Fel. cap. fin. num. 3. & seq. usque ad finem de testibus Equibus pauca hæc in praxi frequentia delibabimus.*

Delinquens iuuare se non poterit præuentione si procurauerit se præueniri & accusari *Bald. in l. si seruus plurium l. si quos ubi Ang. & DD. ff. de leg. 1. Clem. 2. §. illis ubi glo in verb. procurauerunt de pœnis Farinacius in pract. Crim. lib. 1. q. 7. n. 64.*

Appellare nemo potest ab eo quod ipse fecit aut fieri procurauit *Nicellus d. fallent. 63. Ang. conf. 203. per l. a sententia ff. de appellat.*

Procurans sibi causam committi recusari potest ut suspectus *Archid. cap. si contra. unum de officio deleg. in 6. Fel. d. c. fin. n. 4.*

Legatio procurata nulla habet privilegia legationum seu legatis concessa, *Barth. l. si seruus communis §. quod damno ff. de fariis Barbata conf. 56. Nicell. d. 3. 104. v. infra n. 9.*

Affectans tres tutelas non excusatur *l. si adonem §. fur. ff. de excusat. tut. l. 1. & 2. C. de his*



- 8 de his qui sponte ciuilia munera l. ex sententia ff. de test. tut. l. uxori § 1. ff. de falsis. Absentia affectata non iuuat l. 2. ff. si quis cautionibus.
- 9 Legatio affectata non habet priuilegia legatorum l. & qui data ff. ex quib. causis maiores l. pen. C. quomodo & quando iudex v. supra n. 6.
- 10 Generalis remissio commissorum tempore Belli non prodest eis qui præsciebant futuram remissionem Bald. l. 1. §. h. et actio ff. si quis test. lib. esse iussus ubi Barth.
- 11 Prodigens bona spe cessionis bonorū cedere nō poterit Ang. l. i. quis ff. de cess. bon.
- 12 Percutens clericum vt pro absolutione vadat Romam ire non poterit cap. relatum de sent. excom.
- 13 Percutens testem vt eius testimonium recusare possit prætextu inimicitiz nihil ei proderit Barth. l. 1. §. cum quis ff. de quest. Bald. Auth. si dicatur col. pen. C. de testibus in l. sea & si quis ff. si quis cautionib. l. 2. §. sed si agant ubi bonus tex. ff. de iudic. Rom. l. facere col. 3. ff. sob. matr.
- 14 Priuilegia data officialibus non obtinent in procurantibus officia Barth. l. vniuersi C. de legat. lib. 10. Romanus l. si vero fallent. 36. ff. solut. matr. ubi vide.
- 15 Procurans nescire citationem habetur pro sciente & citato Clem. 1. de iudic.
- 16 Ignorantia enim affectata æquipollet scientiæ glo. 6. 2. in verb. affectata de temporibus ord. in 6. glo. 1. cap. ad falsarios de crim. falsi late Gaill. lib. 6. obs. 48. per tot. signat. n. 18.
- 17 Titulus procuratus seu affectatus non prodest ad finem aliquem expellendi Barth. l. siue autem §. si duobus ff. de publiciana.
- 18 Electio religiosi procurata est nulla cap. si religiosus de elect. in 6.
- 19 Vocato delegato à superiore negotium non suspenditur si pars id procurauit cap. pastoralis §. fin. de offic. deleg.
- 20 Is cui superior scribit vt eum expectaret si procurauit vocari à generali ordinis non excusatur Fed. conf. 3. Abb. ca. proposuisti col. pen. de foro compet.
- 21 Si Episcopus causa sit aut procuret negligentiam Canoniorum potestas non deuoluetur ad eum iure deuoluto Innoc. in c. irrefragabili in media glo. maioris de offic. ord. sex. cap. postulatis de concess. prebend.
- 22 Fideiubens pro eo qui postea fugit si curauerit eum banniri vt excusetur ab eo præsentando non ei proderit Barth. l. si vero in pr. ff. qui satisd. cog. Cui tamen subtiliter aduersatur ibidem Fulgosius.
- 23 Commoditas data Monacho capienti medicinam non habet locum in eo qui volens sine necessitate eam capit lo. Andr. in cap. ad monasterium super verb. medicina de statu Monach.
- 24 Si aliqui habentes priuilegiū non soluendi quartam de legatis factis pro emendis equis & procurant vt relinquuntur ex illa causa tenentur soluere quartam c. in nostro ubi glo. ver. de loco de Sepult.

Iudicem

Iudicem à se vel à procuratore suo impetratum non potest quis recusare c. offera- 25  
tur 3. q. 3. c. cum olim de causa poss. & propr. c. olim & 2. de offic. deleg. nec etiam appella-  
re propter iniquitatem personæ cap. super questionum §. verum de offic. deleg. Nicell.  
d. numer. 104.

Statutum disponens quod Scabinus non possit esse consul, si deponat officium 26  
vt esse possit hæc affectatio & procuratio reddet eum incapacem Barth. l. 2. per illū  
rex. C. de primicerio li. 12. Barth. d. l. vniuersi Rcm. d. fall. 36.

Procurans in fraudem iurisdictionis vt assumatur in familiam exemptorum pri- 27  
uilegio familiaris seu exemptionis gaudere non poterit glo. Marg. in cap. licet de pri-  
uilegijs in 6. dixi supra lib. 1. q. 30.

Assumens clericatum in fraudem fori seu delicti commissi priuilegio clericali 28  
fori gaudere non poterit Bart. l. 1. n. 3. vers. aut fecit se clericum ubi Dyn. ff. de penis.

Conueniens aliquem coram iudice vt coram eodem reconueniri possit detecta 29  
fraude cessabit reconuentio dixi supra lib. 2. q. 29. n. 14.

Qui occasione affectati & captati lucri Societati renunciat Societati lucrum il- 30  
lud affectatum communicare tenebitur Mudeus in l. actione §. diximus num. 3. ff. pro  
socio fol. 57. regulariter enim affectata & captata non ita profunt vt vltro obuenien-  
tia Mudeus d. n. 3.

Et quidem hæc rationes quas exemplatim attulimus occasione dubitandi præ- 31  
buerunt quibuscumque non obstantibus cum Nauarro tract. de iudeo & indulgen-  
tijs notab. 34. num. 6. vers. tertia questio censemus affectantem priuilegium exemp-  
tionis gaudere.

Ratio est quia circumstantia spei immunitatis non excludit affectantem aut de- 32  
linquentem à participatione legis dispositionis aut priuilegij eam concedentis  
Nauarro loco citato.

Hinc clerici & alij exempti à iurisdictione laica committentes crimina spe im- 33  
munitatis integræ aut partialis concessæ per c. si quis suadente 17. q. 4. c. 2. c. si dili-  
genti de foro compet. non amittunt exemptionem sed quot diana experientia eos  
gaudere exemptione animaduertimus quod etiam in regularibus exemptis qui spe  
venix delinquant responsum est Nauarro d. n. 6. vers. tertio.

Et generaliter traditum est peccantem spe venix consequendæ per Bullam con- 34  
cessam vel concedendam posse nihilominus virtute illius absolui nisi in Bulla ex-  
presse contrarium statuatur Nauarro conf. 36. num. 3. de sent. excommu. par. 2.

Quod tamen limitandum est si in priuilegio exemptionis exprimat quod spe 35  
exemptionis peccantes ea gaudere non debeant quemadmodum apud eundem Na-  
uarrum notatum est d. n. 6. vers. tertio quia in fine Martin. Ledesinus n. 2. q. 29. ar. 1.



## QVÆSTIO LXXII.

Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.

## S V M M A R I V M.

1. Arresta exorbitant à iure proinde sunt prohibita.
2. Sunt obliqua citationes quæ resolvuntur per comparationem.
3. Bona exemptorum arrestari non possunt.
4. Per satisfactionem iudicio sisti non prorogatur iudicium.
5. Per iudicium ex necessitate susceptum non oritur litispendentia.

**A**resta hodierna recedunt à communi iure proinde regulariter prohibita sunt nisi iure speciali privilegio aut consuetudine permessa appareant *Molin. ad consuet. Parisiensis tit. 2 §. 52. n. 2.*

**E**a nihil aliud sunt quam obliquæ citationes & in ius tractiones quæ ideo relaxantur per comparationem illius cuius bona sunt arrestata resolvunturque in simplici citationem data cautione de stando seu sistendo se iuri l. fideiussor. §. fin. ff. qui sistant. cog. *Euerard. cons. 102. VVamesius cap. meminimus 9. num. 2. & 3. de appell. Unde cum exemptiones hodiernæ personas exemptorum & eorū bona respiciant quippe quod bona personæ quodammodo cohaereant fit ut eodem privilegio quo persone frui debent atque exemptione gaudere cap. Ecclesiarum feruos 12. quest. 2. glo. c. fin. de vi. tra. & honest. *Cler. Rebuff. ad cons. reg. de literis obligatoris art. 2. glo. 1. nu. 106. Gaill. li. 2. obs. 124. num. 17.**

**I**taque per satisfactionem exemptorum arrestatorum relaxantur arresta bonorum manente aduersus eosdem solo effectu citationis quæ ratione exemptionis nullius est roboris & effectus tum quod per satisfactionem iudicio sisti non auferatur facultas privilegij declinandi iudicem d. l. si fideiussor in fine pr. ff. qui sistant. cogant. *lare Peckius de iure sistendi cap. 15. per tot. & cap. 35. nu. 2. Carocius sing. 173.* Tum quod is qui iudicio se sistit & comparat privilegium suum allegare possit *l. si quis ex aliena ff. de iudiciis Caccialupus tract. de debitore suspecto q. 15. n. 2. & 3.*

**N**on enim inducitur litispendentia (inquit Sangerus) propter iudicium ex necessitate (ut est arrestum aut captura) susceptum *Sang. tract. de exceptionib. ca. 12. de exceptione litispendentia n. 8. Peck. d. ca. 35. nu. 2. & cap. 36. nu. 3. & 4. Cauale. decis. 1. nu. 18. & decis. 11. n. 4. par. 1.*

**T**um quod arrestatus ius habeat reuocandi domum *VVamesius d. num. 2. & 3. per l. bares absens §. vlt. ff. de iudiciis.*

27 AB

## QVÆSTIO LXXIII.

Monachus à suo Prælato male tractatus, aut irrationabiliter à cura cui præfectus fuit ad monasterium reuocatus an, & coram quo agere debeat.

## S V M M A R I V M.

1. Monachus agere potest contra Abbatem & ab eo appellare.
2. Regularis præsentatus ad Ecclesiam parochialem reuocari potest.
3. Monachus præsentatus ad aliquam Ecclesiam non liberatur à votis.
4. In superiore rationabilis causa quando presumatur.

**R**espondeo agere posse non apud quemuis iudicem, sed apud competentem Abbatis, eum scilicet qui Abbatis superior est, & competens, ei enim supplicare, ad eumve appellare potest Monachus à suo Prælato inique tractatus *Io. Andr. & Gemin. in cap. cum singula d. prob. in 6. Io. de Imola Clem. 1. nu. 4. de suppl. negl. pralat. Io. VVamesius cons. 65. nu. 8. to. 1. Nauarr. de Regularib. commentario 2. nu. 27. 61. 63. & com. 3. nu. 51. ubi tradit ff. se an appellare possit à suo superiore, dicitque quod sic quia generales, aut superiores ordinum iurisdictionem habeant in inferiores prælatos, dixi supra lib. 1. quest. 17. num. 22.*

**P**orro parergos dictum sit quod præsentatus à Prælato regulari ad Ecclesiam parochialem possit per eundem siue consensu Episcopi reinoueri *cap. 1. de Capell. Monach. in 6. VVamesius d. cons. 65. numer. 10. Nauarr. d. comment. 2. nu. 65. vers. addo octauo.*

**N**ec enim Monachus sic præsentatus liberatur à iugo, & obedientia sui claustrum quin à superiore suo quocumque ex causa rationabili ad Monasterium reuocari possit *Fed. de Senis cons. 134. cap. cum ad monasterium §. labes cap. 2. §. prioris de statu Monach.*

**D**ixi ex causa rationabili, si enim inuidiæ emulationis, aut vindictæ causa id faceret, iure de suo prælato exoptulare, & aduersus ipsum superiori supplicare possit. *Nauarr. d. com. 2. n. 65. vers. addo octauo, Quod quando præsumatur, compendij causa hauriatur à Nauarro, quem iam citauimus.*

A A A B

27 AB



## QVÆSTIO LXXIV.

Appellatione diœcesis quænam comprehendantur.

**P**AUCIS distinguendum an diœcesis fiat mentio in materia fauorabili aut odiosa, si in fauorabili comprehendatur ciuitas si vero in materia odiosa qualis est hæc exemptionum minimè quam materia Petrus Andreas Gammarus ad cap. unicum num. 106. & seqq. de ver. permut. in 6. vol. tract. 15. Fufius persequitur adde DD. cap. Rodolphus de rescript. Abb. cap. cum contingat. n. 2. cum Apost. de foro compet. Compost. d. ca. Rodolphus. An autem monasterium comprehendatur si v. g. Pontifex mandat Episcopo vt alicui prouideat de beneficio suæ diœcesis, resoluitur apud Compestellam in c. Abbatem cogi verb. diœcesis de reser. Cum distinctione an monasterium cum Ecclesijs sit exemptum, an non; item an Episcopi iurisdictione exciteatur, an non apud quem vide, satis enim est digito illum ostendisse.

## QVÆSTIO LXXV.

Vfurpantes iurisdictionem in exemptos an incidant in aliquas censuras.

## SVMMARIVM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Incidunt in censuras.                         | ni qualiacunque oberudantur priuilegia  |
| 2. Nisi ignorantia excuset.                      | 6. Iudices Gallie an indicare possint clericos  |
| 3. Aduocati vsurpantium an incidant in censuras. | super delatione armorum.  |
| 4. Verbi præsumpserit energia.                   | 7. Patientes se trahi in ius corâ alio quam Pontificio an incidant in Bullam Cœne Domini. |
| 5. Nemo eximitur à Bulla Cœne Domini.            |   |

**I**ncidere in censuras Bullæ Domini apparet ex illius textu *excom. 20.* in hæc verba **V**el iura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia dictæ Ecclesiæ Rom. mediate vel immediate subiecta necnon supremam iurisdictionem in illis nobis & eidem Ro. Ecclesiæ competentem de facto vsurpare perturbare retinere & vexare varijs modis præsumunt, necnon ad hærentes fautores defensores eorum seu illis auxilium consilium vel fauorem quomodolibet præstantes. Diximus autem hætenus frequenter exemptos esse speciales filios Ecclesiæ Rom. *li. 1. q. 1. n. 17.* ac illius iurisdictioni specialiter esse subiectos atq; reseruatos *dixi li. 2. q. 5. n. 12.* Quod non modo verum est si temporalia iura Ecclesiæ Rom. vsurpentur sed etiam si quæcunque spiritualia quemadmodum fufius apud Gregorium Sayrum traditum est in Thesauro Theologiæ moralis

moralis *li. 3. c. 21. & 24. n. 5. par. 1.* Idque nisi ignorantia excuset qua de re lectorem ad eundem Sayrum late disputantem remittimus *d. par. 1. li. 1. c. 18. n. 24. & 31. cum seqq. Nauarr. in Manuali cap. 27. nu. 16.*

Vtrum autem aduocati & defensores vsurpantium hæc iura Rom. Ecclesiæ incidant in eandem censuram dubitatur. Certè si scienter defendant & tueantur nemo dubitauerit *Archid. ca. quicumque de heretic. in 6. Siluester verb. hæresis 1. n. 10. q. 7. Alphons. Vuald. in expositione Bullæ Cœne Domini nu. 7. & ibidem Toletus s. 1. Aduocando enim dicitur quis auxilium & fauorem præstare Anania c. si aduersus n. 2. & s. de hereticis. Dolus autem scientia & intuitus vsurpationis requiritur velut de patronis hæreticorum per DD. iam laudatos proditum est *add. Sayrum d. li. 3. c. 5. n. 9* videtur enim Bulla verbo præsumpserit quare ad instar legis non comprehendet eum qui absque dolo vel contemptu bona fide vel simpliciter contrauenit *Card. Clem. 1. q. 39. de priuileg. Nauar. de alienat. rerum Ecclesiasticarum n. 16. Carocius sing 673.**

Adeo autem verum est vsurpatores prædictos incidere in censuras Bullæ Cœne Domini vt nemo ab illius pœnis etiam si regali fulgeat splendore exumatur *Sayrus d. li. 3. c. 25. nu. 10. & 11. vide tex. Bullæ verb. non obstantibus etiam si Pontificali Imperiali Nauar. in Manuali c. 27. 72. in fine.* Idque etiam si præderentur priuilegia remuneratoria aut per viam contractus potest enim Princeps seu Pontifex iusta ex causa pro suo arbitrio ea reuocare *dixi supra lib. 3. q. 1. n. 9. & 10. Sayrus d. n. 10. & 11. Nauarrus conf. 1. nu. 2. de foro compet.*

Qua ratione censuit Sayrus *d. n. 10.* contra Nauarrum *in Manuali c. 27. n. 71.* Iudices Gallie iudicantes clericos super armorum delatione & quibusdam alijs in casibus incidere in Bullam Cœne Domini ex eo quod verba Bullæ sunt clara nec opus habeant vt pro interpretatione ad Summum Pontificem recurratur quod tamen cum Innocentio *in ca. nouerit de sent. excom. temperauerim* si ea contra Ecclesiæ libertatem tendere ignorentur, ignoras enim inuincibiliter (inquit & probat Sayrus *d. par. 1. li. 1. c. 18. n. 31.*) Canonem Papæ imponentem excommunicationis pœnâ pro delicto lege etiam diuina damnato excommunicationem non incurrit etiam si sciat factum illicitum & damnatum vti supra ex Nauarro probauimus Ratio præmissorum est quia eiusmodi vsurpationes tendunt contra Ecclesiasticam libertatem *Franc. c. 1. in pr. de priuileg. in 6. Franciscus de Platea tract. de excommunicatione. s. 30. Abb. c. sanè n. 3. cum add. de excessib. prelator. Porro, non modo vsurpantes iurisdictionem Romanam incidunt in Bullam Cœne Domini, sed etiam ij, omnes qui eam vsurpari, & se coram alio quam Pontificali iudice in ius trahi patiuntur *Nauarrus conf. 1. n. 81. q. 4. 2. de constit. cum enim non trahantur inuiti, consilium & fauorem præstare videtur quod per Bullam prohibitum est. Nauar. d. n. 81.**



## QVÆSTIO LXXVI.

Utum priuilegia mendicantium quo ad facultates absoluendi in foro conscientia sint sublata per Concilium Tridentinum.

## S V M M A R I V M.

1. Mare magnum non est per Conc. Trid. reuocatum nisi in quantum Concilio repugnat.

**A**liena non est ab hoc tractatu quæstio quam P. Martinus Delrio Societatis IESV omni iuga scientiarum omnium Encyclopaedia illustris inuestigat. Num mendicantibus ordinibus virtute suorum priuilegiorum etiam maris magni quibus eis promittitur quoscunque & vndecunque ad eos venientes absolueret ab omnibus peccatis & censuris etiam Papæ reseruatis, exceptis ijs quæ in Bulla Cenæ Domini continentur, an inquam ijs liceat absolueret à reseruatis Episcopo casibus post Concilium Tridentinum.

Pro negatiua parte sunt præ cæteris Felicianus Episcopus Scalensis in suo tract. de cen. iuris, & Alphonsus Vivaldus in Cand. libro aureo tit. de absolutione num. 52. Nauarr. in Manuali cap. 27. Miscell. l. 1. nu. 366. vers. quintum Card. Clem. dudum de sepult. his potissimum argumentis:

Primo Cardinalis sancti Sixti testatur quibusdam suis Epistolis Gregorium 13. respondisse Borromeo, & Paleotto Cardinalibus regulares hoc amplius non posse virtute suorum priuilegiorum idque ex sententia sacre congregationis ad declarationem Concilij Trident. quod postmodum in Synodo Mediolanensi vsu receptum est Concil. Mediolanen. 3. de pœnit. sacram. pag. 25. Borrom. in instruct. pistor. pag. 153.

Secundo Innocent. 9 & Clem. 8. suis Iubileis concedunt regularibus casus Episcopis reseruatos ergo extra iubileum hi casus eis concessi non videntur.

Tertio obijcitur Clem. dudum de sepult. & Clem. 1. de priuileg. quibus probari videtur non esse maiorem autoritatem regularium quam parochorum.

Veruntamen placet magis affirmatiua sententia pro qua non desunt rationes nixæ granibus autoritatibus Ambrosius Carolus in disputatione de ministro Sacram. art. 16. & 91. Nauarrus Fumus Henriques Medina allegati apud Vivaldum d. tit. de absolutione num. 27. 32. & 35. Delrio de Maoria lib. 6. ca. 1. sect. 3. Idque indistincte verum in foro interiori, in foro vero exteriori nisi Episcopus casum sibi reseruasset addita excommunicatione late sententia Fumus verb. absolutio nu. 21. vsque ad nu. 26. in aurea armilla Delrio disquisit. magic. lib. 6. cap. 1. sect. 3. H.

Probatur hæc conclusio quia casus Episcopales sunt minores casibus Pontificijs cum

cum ergo Pontifex concedat suos qui maiores sunt videtur etiam concedere minores cap. cui conceditur de reg. iur. in 6. Præses in locis legalib. loco à maiore ad minus & è sontra & à concessione concedentis ad concess. anteced. & è contra.

Secundo Pontifex his priuilegijs concedit ac quasi delegat eandem autoritatem atque potestatem quam habet absoluendi à casibus Episcopis reseruatis glo. c. 7. de pœnit. in 6. arg. Clem. super Cathedram de sepulturis.

Tertio facultate eligendi confessorium concessa qui absoluat ab omnibus casibus is absolueret etiam poterit à casibus Episcopalibus Vivaldus ubi supra nu. 37. & 52. Ergo eadem ratione & maiori idem operabuntur priuilegia religiosi immediate à sancta Sede concessa.

Quarto, quia (vtar verbis P. Delrio ubi supra) nec Concil. Trident. nec Greg. 13. priuilegia hæc quoad omnes vbique religiosos aperte reuocarunt quod erat necessarium Vivald. ubi supra n. 37. De Concilio Trid. id fatetur Vivaldus n. 40. illud c. 7. sect. 4. tantum tribuere Episcopis facultatem reseruandi casus quoad suos subditos sed regulares isti non sunt illorum subditi sed immediate subiiciuntur Sedi Apostolicæ quemadmodum late supra notauimus lib. 1. quæst. 17. per tot.

Vnde etiam infert idem Vivald. Bulla Pij IV. quæ Conc. Trid. additur non esse reuocatum hoc priuilegium eo quod mare magnum duntaxat in hac Bulla reuocatur quoad ea in quibus repugnat Conc. Trid. Conciliū vero non inuenitur religiosos quoad hoc ordinarij subijcere nec etiā reuocare hæc eorū priuilegia quare nō repugna hoc quædā priuileg. Concilij decretis nec est a Pio V. reuocatum quoad Gregor. vero 13. idē Vivald. n. 44. optime ostendit idem dicendū nepe nusquā vlla Bulla vel motu proprio dicta priuilegia reuocasse imo illa qua priuilegia concessa per Pij V. religiosi videtur restringere hæc de quibus agimus in suo robore relinquit cum ait eam deinceps atque decisionem pro subiecta materia futuram esse quæ siue ex iure veteri siue ex dictis sacri Concilij decretis siue alias ante dictarum literarum & constitutionū editionē erat & si ipsæ non emanassent futura fuisset ad quā dispositionē & decisionem suumque pristinum statum illa omnia reducimus cum ergo antiquo iure religiosi habeant facultatem ab omnibus his casibus absoluendi Clem. dudum de Sepulturis in quo reuocatur & annullatur extrauag. inter cunctas de priuilegijs (dummodo sint iuxta Concil. Trid. Episcopo præsentati sess. 4. c. 7.) neque hoc illis Concil. Trid. ademerit & Greg. 13. verbis illis omnia sicut erant ante Pij V. constitutionē reliquerit consequens est vt per Episcopos huic priuilegio sine noua Pontificis Max. permissione derogari non posse cum in superiorem suum Episcopum Episcoporum ius non habeant.

Ad argumenta paucis respondeo ad primum Concessionem Borromeo factam personalem & priuilegiatam esse proinde non extendendam de persona in personam nec de loco ad locum cap. quod alicui de reg. iur. in 6.



Ad secundum negamus peculiariter tempore iubilæi concedi regularibus casus referuatos sed indistinctim quibusuis alijs sacerdotibus.

Ad tertium in iuribus ibi allegatis quando Papa negat religiosis maiorem potestatem quam parochis loquitur tantum in alijs rebus non vero in pertinentibus ad sacramentum pœnitentiæ & in Clem. 1. de priuileg. vetat tantum regulares absolueri sine priuilegio ab excommunicatione iuris referuata v. Siluest. verb. excommunicatio 7. casu 14. Tabiena excommunicatio 5. casu 5. Caiet. cod. verb. cap. 64. Nauarr. in Manuali ca. 27. nu. 101.

### QVÆSTIO LXXVII.

An si Episcopus regulares sibi præsentatos admittere nolit, possint non obitante reiectione vacare confessionibus audiendis.

#### S V M M A R I V M.

1. Consensum non sufficit petere nisi impetretur.
2. Aliud in presentatis & quibusdam alijs casibus.
3. Expedi iura iuribus concordare.
4. Posteriores leges declarantur per priores.
5. Ratione mora receditur à communi iure.

**D**ebitandi occasionem præbet textus Concilij Trid. sess. 23. c. 15. de refor. disponens regulares quamuis exemptos præsentandos esse ordinarijs antequàm confessionibus vacare possint nec satis videtur præsentare siue nominare nisi consensus & autoritas ordinarij impetretur glo. Clem. dudum §. ac deinde in verb. presentare de Sepult.

<sup>1</sup> Quia vt late probat Peckius de testam. coniug. li. 3. c. 2. n. 1. cum requiritur alicuius consensus non sufficit petere nisi impetretur paria enim sunt non petere, vel non petere & non impetrare l. 2. C. de in ius voc. glo. cap. quam sit de elect. in 6. Gem. in cap. si religiosus de testam.

<sup>2</sup> Verum omiſſa superfluitate disputationis concludo cum Nauarro in Manuali. 27. miscell. l. n. 264. vers. tertium quod Episcopo nolente sine iusta causa admittere præsentatos eos posse omnia perinde exercere atque si admissi & autorati essent nec videtur obſtare Concil. Trid. d. c. 15. Tum quia huiusmodi præsentatus & sine causa ab Episcopo reiectus habetur pro approbato ad instar regularis petentis licentiam tranſeundi ad strictiorem regulam quæ si sine causa negetur habetur pro donata cap. licet de regularib. qua de re vide supra eod. lib. cap. 12. Et ad instar etiam Abbatis qui si ter petat benedictionem ab Episcopo si Episcopus eam neget Abbas habebitur pro benedicto, seu benedictio habebitur pro concessa c. 1. de suppl. negl. pralat.

pralat. Nauarr. d. n. 264. Tum quia Conc. Trid. non videtur derogauisse iuri communi & conciliari nequit Cõcilio Lateranensi quod opus esse abrogationem iuris aut concilij tradit Fel. c. nonnulli de rescr. & diximus satis supra lib. 1. quæst. 50. num. 33.

Tum quod expediat iura iuribus concordare c. cum expediat. de elect. in 6. possunt autem hæc iura commodè concordari dicendo quod Conc. Trid. limitetur per alia duo prædicta ob rationem specialitatis quæ colligitur ex eis verb. ad frænandam aliquorum Episcoporum duritiem in d. c. 1. de suppl. negl. pralat. Cum & posteriores leges declarentur & limitentur per priores l. sed & posteriores ff. de legib. Tum postremo quia si expectanda esset licentia Episcopi, mora forte esset periculum allatura Abb. cap. cum in veteri col. pen. de elect. Peck. ius d. ca. 2. n. 2. quo casu recedi solere à iuris solemnibus superius in alienatione rerum Ecclesiasticarum tradimus lib. 4. quæst. 1. numer. 8.

### QVÆSTIO LXXVIII.

Ad impetrandam alicui exemptionem an opus sit mandato.

**O**missa disputatione dicendum est opus non esse teste Nauarro à quo amplior huius articuli explanatio peti poterit cons. 2. per tot. & signanter n. 4. de rescriptis. Quid autem in alio genere rescriptorum obtineat apud eundem discutitur d. cons. 2. §. 4. nu. 2. vsque ad finem eod. tit.

### QVÆSTIO LXXIX.

Adiournationes quinquennales, actiones hypothecariæ seu reales an contra exemptos proponi possint coram iudice laico, loci ordinario?

**D**istingendum inter Ecclesiastica bona, & temporalia: & quæstio hæc adeo intricata, vt cum Poeta dixerim:

Doctorum litem hanc fecit discordia longam.  
Asimilemque iugis locis que Gordius olim  
Neruis atque Iouis Phrygi suspendit ad aram.

Ideo in hoc labyrintho Thesei filo opus erit, quod in promptu ex doctissimis Nauarr. i scriptis defumemus Nauarr. in cap. nouit. notab. 3. & 6. de iudic. & in comment. de usuris num. 106. Restaur. tract. de imperat. quæst. 50. per tot. Distinguendo igitur inter Ecclesiastica exemptorum bona & mere temporalia siue patrimonialia



Ecclesiastica erepta sunt ab omni iurisdictione necum laica sed & Episcopali velut toto hoc tractatu satis probatum est; At vero temporalia seu patrimonialia neutiquam nec enim est in potestate Pontificis ea eripere à iurisdictione iudicis secularis paucis quibusdam casibus exceptis quemadmodum supra succinctim probauimus lib. 1. quest. 50. nu. 39. Adde *Nauar. cons. 2. n. 12. & 14. qui filij sunt legitimi D.D. ca. per venerabilem extra eod. sic eadem iuris proportionem definitum est clericos in rebus fori priuilegio non gaudere sed penitus iudici laico subiicere Cuneo, Auth. clericus vers. sed nunquid C. de Epif. & cler. Aufser. de potest. sacul. super Ecclesiast. reg. 2. num. 5. & seq. & numer. 27. quia ratione patrimonij clerici subsunt Principi vide pulchre Petrum à monte in *Monarchia Conciliorum tit. de Imperatoria Maist. origine q. 4. n. 1. & 2. Nauar. cons. 5. num. 1. de immunit. Eccles. Diuisum enim imperium cum Ioue Cæsar habet.**

### QVÆSTIO LXXX.

Ius patronatus si ad exemptos perueniat ad quem spectabit institutio.

**D**ico paucis ius instituendi spectare v.g. ad Abbatem exemptum in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis *cap. in Lateranensi vbi Abb. de præbendis* si tamen ius patronatus ad exemptos transiret puta cum vniner sitate aliqua institutio ad eos non trāsibit sed manebit illius ad quem antea pertinebat quia in eos non potest plus iuris transferri quam habebat transferens *ca. cum saculum de iure patronat. Rochus de curte tract. de iure patr. in verb. competens alicui num. 70. debent quippe patroni exempti ordinandos Episcopo præsentare Paulus de Civitatis tract. de de iure patronat. articulo 3. sexta partis num. 79 quest. 45.*

### QVÆSTIO LXXXI.

Prælati si certis casibus possit subditos subiicere ordinario an possit seipsum.

**S**olutio huius quæstionis pendet ex Theoria quam tradit Io. de lignano *Clem. attendentes de statu regular. in cap. magna de voto Petrus de Palude in 4. dist. Alphonsus à Casarubios in compendio priuilegiorum fratrum minorum verb. accedere ad monasteria vers. tandem quo ad præmissa vbi pulchre corduba distinguit inter actus iudiciariæ potestatis & actus superioritatis apud quem videri poterit.*

QVÆ-

### QVÆSTIO LXXXII.

Implorato contra exemptos brachio seculari pareri debeat.

**S**i à Papa impetratur nemo dubitauerit *Nauarrus in relect. cap. cum contingat. remed. 1. de rescriptis.* Si vero ab ordinario aut alio qui imperium vel iurisdictionem in exemptos non habet pareri non debet *Bartholom. Fumus in aurea ar. milla verb. index nu. 15. dixi supra eod. lib. q. 39.*

Cum enim brachium seculare impartitur cognoscere possit de nullitate sententiæ sicut executor mixtus *Nauarr. d. remed. 1. nu. 8. dixi supra lib. 2. quest. 44.* merito executionem sententiæ nulliter in exemptum late subterfugere potest. Quare tamen valde controuerti refert *Grauius ad vestrium in praxi Rom. lib. 8. cap. ult. num. 40. & 99.*

### QVÆSTIO LXXXIII.

Exemptus coram quo petere potest restitutionem in integrum.

#### SVMMARIVM.

1. Restitutio petenda regulariter coram iudice Rei.
2. Quid in exemptis.
3. Duo specialia non possunt concurrere circa idem.

**R**estitutio in integrum coram iudice Rei regulariter est impetenda *l. 2. C. vbi, & apud quem vbi Barth. Marant. de ord. iudic. par. 6. act. 2. in decis. n. 201* quod restringitur nisi Ecclesia aut clericus restitutionem peteret tunc enim non fortietur forum rei laici, sed Ecclesiastici iudicis, qui restitutionem petentis competens est *Marant. d. n. 201. Franc. cap. 1. num. 3. de restit. in integ. in 6. Abb. cap. ad nostram de reb. Eccles. non alien. per cap. ult. de rest. in integ. Quid autem in exemptis? Idem quod de clericis affirmasse videtur Innocentius *ca. cum sit de foro compet. Rom. sing. 112.* Dum extendi prædictam decisionem ad omnem eum casum quo quis speciali aliquo priuilegio munitur uti retulit *Peckius cap. 1. ampliat. 7. de restit. in integ. in 6.* At verò contrarium fusa disputatione sustinunt *Barbatus in d. ca. 1. hac potissimum ratione quod si id concederemus duo specialia circa idem concurrerent, quod iura non admittunt. l. 1. C. de dotis promiss. l. si quando C. de inoff. testam. fuse hoc axioma explicat & distinguit Menochius lib. 1. præsumpt. 47. num. 8. & seqq.* Siquidem specialis restitutionis priuilegium concurreret cum priuilegio non sequendi forum Rei,*

Bbb 3

Quam



Quam sententiam Peckius *d. ampliat. 7.* tacite videtur amplecti, dum postremo eam recensuit. quippe cum Doctores plures referunt opiniones eam amplecti censerentur, quam ultimo referunt licet hoc aperte non profiteantur *Felc. i. nu. 55. vers. 4. nota. de constit. glo. l. qui filium ff. ad Trebell. Rom. conf. 83. Bald. ca. 1. an apud iudicem vel Dominum Caroc. sing. 306.* Quæ opinio Barbatij etiam si vera esset non procederet in ea specie exemptorum qua neque passivè neque activè alterius iurisdictione prorogare possunt de quibus abunde supra *lib. 2. quest. 5.* qui exemptione gaudere clericum secundarium diœcesis Leodiensis ibidem tradidimus.

### QVÆSTIO LXXXIV.

Exemptiones uniuersales an motu proprio an ad postulationem concessæ præsumantur.

**P**riuilegia præsumi ad postulationem partium concedi regulariter traditum est *DD. ca. si motu proprio de præbend. in 6. l. 1. C. de petit. honorum sublati lib. 10.* quæ regula restringitur in exemptionibus uniuersaliter concessis quemadmodum libro secundo *q. 19. n. 5. in fin.* notauimus eæ enim motu proprio sicut & cum sit mentio meritorum concessæ esse præsumuntur *Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 178.* quod confert ad multa, sunt enim multæ inter priuilegia motu proprio & ad postulationem partium differentia de quibus post *Rebuffum d. priuileg. 178.* affatim per *DD.*

### QVÆSTIO LXXXV.

Princeps an manum iniicere possit seu rationem exigere coram ordinario ab Oeconomo suo qui exemptus est.

#### S V M M A R I V M.

1. Princeps iudex est suorum subditorum. delinquentes.
2. Generali dispositione Papa non comprehenduntur exempti. 4. Clerici ratione administrationis subiiciuntur Principi.
3. In causis feudalibus Princeps est iudex suorum subditorum. 5. Diuerso iure quis censeri non debet.
6. Princeps si imploret brachium seculare an parere debeat.

**P**ro affirmatiua est quod Princeps cum actoris partes sustinet iudex sit suorum subditorum nisi icto fœdere seu priuilegio aliter statutum sit

*Felc.*

*Felc. cum venissent. num. 5. & Abb cap. nouit. num. 6. de iudiciis late Restaur. de imper. num. 4. & num. fin.* Deinde quod sub reservatione aut generali dispositione Papæ non comprehenduntur Principes *cap. fin. ubi DD. de off. deleg. in 6. cap. ne aliqui de priuileg. in 6. Reg. Cancell. Innocentij octauij ubi Gomes. & Iulij 2. parte 9. Spec. de rescript. §. ratione autem cause num. 5.* non enim fieri solet extensio ad maiora expressis *cap. Sedes Apostolica ubi Compost. & DD. de rescript. dixi supra lib. 2. q. 2. nu. 11.* Et ea quæ speciali nota digna sunt nisi specialiter exprimentur censentur omissa *l. item apud labcon. §. editum ff. de iniurijs Compost. ca. Rodolphus de rescript.* Videmusque clericos ratione administrationis rerum sæcularium coram iudice laico conueniri posse *Papon tit. de iurisd. temp. sup. person. Eccles. arest. 9. Maynard. notab. quest. lib. 2. cap. 1. num. 3. tom. 1.*

Præterea Princeps in causis feudalibus iudex est clericorum quialioquin diuino iure exempti sunt *DD. cap. extranmissa cap. verum de foro compet. cap. cæterum de iudicijs Aufrier. de potestat. seculari super Eccles. Reg. 2. limit. 1. num. 2. & seqq. Gaill. lib. 1. obs. 30. num. 5. & seqq.* Ergo ab identitate rationis idem hoc in casu iudicandum cum vasalli & exempti iudicentur a pari *dixi lib. 1. qu. 45. nu. 5.* A Equiparatorum enim idem est iudicium eademque iuris dispositio *dixi lib. 4. quest. 54. numer. 4. Preses in locis legalibus loco a pari.* Postremo sæcularis iudex punire potest clericos exemptos in officio quod ab eis habent delinquentes *Auf. er. de potest. secula. super Ecclesiast. reg. 1. limit. 2. v. supra lib. 2. qu. 45. nu. 47. & 107.* ergo & oconomum qui deliquit in sua oeconomia potissimum attendenda hac exemptionum materia quæ est iuris odiosissimi & restringenda ac contra quam in dubio semper est iudicandum veluti superius satis traditum est *lib. 1. qu. 4. per tot. & ita in Capellanis ducis Burgundiæ Innocent. 3. rescripsisse comperimus cap. cum cappella ducis Burgundiæ de priuilegijs quod Bartholus eodem sensu alibi quoque explicauit l. beneficium num. 5. ff. de constitut. At vero negatiuam probare videtur Bertachinus *tract. de Episcopo lib. 4. part. 1. numer. 21.**

Clerici enim ratione administrationis & oeconomia quam sub Principe gesserunt ab eo puniri aut inquietari coram iudice non suo non possunt *gloss. & DD. ca. dilectus de appellat. Bertachinus d. nu. 21.* ergo ab Analogia nec exempti *d. q. 45. nu. 5.* quippe quod ipsi magis Papæ subiiciuntur quam clerici aut alij suis iudicibus *dixi supra lib. 1. quest. 5. num. 9. & lib. 4. quest. 27. num. 2.* Si id autem de quo minus inesse videtur inest, & id de quo magis, *Preses loco à minori.* Accedit quod respectiua illa qualitas per quam uti oconomus alteri subiicitur (de quo abunde preses in locis legalibus loco à tanquam) locum sibi non vendicet in exemptionibus personalibus *DD. d. cap. cum capell. editum est supra lib. 2. quest. 45. numer. 1. & seqq.* ne quis diuerso iure censeatur *l. cum qui ades ff. de usucap. Rochus tract. de consuet. numer. 203.* Id quod in exemptionibus Cleri secundarij diœcesis Leodiensis Iuliana constitutione



tutione supra probauimus *lib. d. quaest. 4. s. num. 117.* Vtrum autem si princeps contra exemptum imploret brachium saeculare, pareri debeat, supra succinctum notauimus *ead. lib. quaest. 82.*

### Q V A E S T I O L X X X V I.

Ecclesiarum appellatione an monasteria comprehendantur.

**N**on comprehenditur testatur & probat collectarius *in cap. quid per noualem n. 7. cum add. de verb. signif. per not. in cap. 2. de supp. end. negl. pralat. Archid. cap. 2. de Biganus Io. And. cap. clericis de immunit. Eccles.*

Id quod verum est in materia odiosa qualis est subiecta uti abunde alibi probatum est *lib. 1. quaest. 4. per tot.* At vero in fauorabilibus secus est *Hugo diffusus in add. ad collect. d. n. 77. Abb. c. 2. n. 1. cum add. de consuet. Io. And. c. 2. ubi D. D. de rest. in integ. in 6. Card. Clem. 2. q. 3. de iudicis qua de re ne sim fusior videatur Abbas d. n. 1.*

### Q V A E S T I O L X X X V I I.

Vtrum in re modica impetrari possit à Pontifice rescriptum contra exemptum.

#### S V M M A R I V M.

1. Minima & maxima causa aequiparantur.
2. Excommunicari quis potest pro summa modica.
3. Rescriptorum definitio.
4. Actoris est eligere iudicem rei quod vult.
5. Modica summa qua sit.
6. Recurrendum non est ad superiorem si plus expensandum esset quam valeat causa.
7. Impensa facienda non est quam res non patitur.
8. Minimus in causis maiores adiri iudices non debent.
9. Circuitus evitandus.
10. Expensa profusa non sunt restituenda.
11. Frustra sit per plura quod potest fieri per pauciora.
12. Rescripta ad lites surreptitia ope exceptionis eliduntur.
13. Ipso iure nulla sunt si calliditate & astutia verborum impetrentur.
14. Damnum proximi impediendum.
15. Expensa delicata non sunt reddenda.
16. Necessarium triplex est.

Exor-

**E**xordiente hoc anno 1607. M. Ioannes Hennin. Curiae Leodiensis procurator in re forensi & literaria versatissimus mihi proposuit num pro debito sex Ernestorum recta via possit adiri Pontifex impetrarique ab eo rescriptum ad lites contra exemptum qui huius summulae debitor est, examinari hanc quaestionem multa vtriusque occurrerunt quae mihi eam dubiam atque controuersam reddiderunt si quidem pro affirmatiua parte stare videtur.

Alexandri 3. constitutio *cap. de appellationibus de appell.* per quam minima & maxime causa eadem pensantur trutinam in illis enim non secus quam in his iuramentum calumniarum *Abb. ca. 1. nu. 4. de iur. am. calumniarum* appellationesque interponi permissum est quippe quod omnis actio fundatur non super praecisa quadam quantitate laesione sed duntaxat super iniquitate & iniustitia ius suum alteri non reddentis *Abb. Franc. Collect. & nouissime Io. VVamesius d. c. de appellat. ut non immerito traditum sit etiam pro gallina iudicium posse interponi §. Gallinarum ubi DD. inst. de rer. diuis. Nauarr. in Manuali c. 17. nu. 4. vers. secundo & in cap. fin. 16. quaest. 6. & censuras excommunicationum pro summula duorum regalium fulminari *Nauarr. d. cap. 17. nu. 3. vers. quartum in fine Gregorius Saurus in Thesoro Theologiae moralis lib. 1. cap. 9. nu. 8. & seqq. tom. 1. ac consequenter rescripto iudicem posse impetrari. Cui enim conceditur consequens conceditur etiam antecedens l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Praeses loco a consequenti ad antecedens Aequiparatorum enim idem esse iudicium traditum est supra l. b. 4. qu. 54. nu. 4. Accedit quod per rescripti impetrationem ne latum quidem vnguem recedatur à iure communi nihil enim illud aliud est quam id quod secundum ius commune supplicanti de iure suo respondetur *Barth. & DD. l. benefic. de constit. principum glo. c. 1. verb. noscitur de constit. in 6. pertinetque ad iustitiae executionem siue administrationem l. 2. C. si contra ius VVesemb. in parat. Cod. tit. de diuersis rescriptis num. 1. & 2. Aut secundum alios Abb. in Rubr. de rescript. n. 3. est iussus principis ut secundum obseruantiam iuris communis de debitione seu obligatione cognoscatur.***

Postremo cum Reus plures habet iudices pro arbitrio & electione est actoris coram quo suam instituat actionem. *Abb. cap. cum sit generaie nu. 2. & glo. cap. delecti de foro compet. & in l. fin. C. ubi in rem actio,* & cum plures sunt agendi via electio est actoris *Faber §. sui ubi DD. inst. si quadrupis pauperiem etiam si vna via sit reo altera incommodior & actori non fructuosior vel vtilior, quia alteri benefacere alteriusue vtilitati providere nemo compellitur glo. cap. ad reprimendam de officio ordinarij Decius l. culpa caret. n. 8. ff. de reg. iur. Io. Francisci pauinus tract. de visitatione par. 1. qu. 10. num. 77. & nemo male facit qui id quod facit lege permittente facit l. nullus videtur l. nemo damnum l. non videtur ff. de reg. iur.* Itaque cum Papa sit diocelanus totius orbis dixi supra lib. 1. quaest. 4. numer. 6. & praesertim exemptorum qui ne sint Acephali ei immediate subiecti sunt, videtur quod iure in eorum causis

Ccc

adiri



adiri possit his alijsque rationibus quas sparsim hactenus attulimus.

At vero pro negatiua stant alię non paruo agmine rationes & quidem in primis quod hac in Hypothesi sit exigua modica & minuta summa utpote quę nedum ad sumptus iudiciales sed ad rescripti Impetrationē non sufficiat, *cap. anteriorum §. illud 2. quest. 6. DD. d. cap. de appellat. Corsetus tract. de minimis par. 1. num. 1. & seq. & §. anteriorum ubi etiam DD. Auth. de appellat. Menoch. de arbitr. iud. Cas. 145. n. 2.*

Porro iure traditum est si per recursum ad superiorem plus expendatur quā sit valor causę quod recursus haberi non debeat *Barth. l. mediterranei. num. 6. C. de annonis & tributis lib. 10. Corset. d. tract. de minimis parte 1. numer. 10. vers. decimo sexio.*

Tum quia nunquam facienda est impensa quam res non patitur *l. si seruos ff. de pig. act. franc. d. cap. de appellationibus in fine late & eleg. Corset. Sing. incip. Expensa tum ne propter modicam rem aliquis cogatur sustinere magnam & damnosam actionem §. ut autem Auth. de fide instr. Spec. de feudis §. quoniam vers. 22. Corsetus d. par. 1. vers. 23. Peckius de iure sistendi cap. 5. num. 20.*

Insuper dispositione non modo iuris ciuiliis d. anteriorum & Auth. nisi breuiores C. de sent. ex peric. reat. sed & Canonici d. cap. anteriorum §. illud 2. quest. 6. ubi Card. nu. 10. traditum est minimis in causis maiores iudices adiri non posse nec etiam in eis iuramentum calumnię prestari *DD. cap. literas de iuram. calum. Peck. ca. l. in pr. vers. limita 4. eod. tit. nec appellationem ad Papam interponi. Ausfres. in repet. Clem. 1. nu. 5 4. vers. ad quartum de offic. ord. fol. 59. d. cap. anteriorum ubi Card. nu. 10.*

Deinde frustra aditur Pontifex cum capitulum cui exemptus subest iustitiam administrare paratum est velut non admodum aliene ab hac materia per Clemēt. pridem rescriptum est. *Clem. auditor. de rescript. Idque ut circuitus omnis euitetur l. Dominus testamento ff. de cond. indeb. glo. d. Clem. auditor verb. circuitus late mass. Galefius ad formulam cam. oblig. tit. de preambulis processus quest. 4. per tot. fol. 181.*

Proinde si creditor postposito capitulo & via compendiosiore quęsiuit ambages est quod suę temeritati expensum ferat, expensę enim profuse & immoderate nõ veniunt etiam victori refundendę *l. properandum §. siquidem verb. consueto modo C. de iudiciis cap. cum dilecti in fine de dolo & contum. Abb. cap. fin. num. 28. eod. tit. Iacob de Arena tract. de expensis num. 21. & Federic. Schenck. nu. 16. diligenterque dispiciendum est à iudice (inquit vlp.) ne creditor nimium onerosus audiatur *d. l. si seruos in fin.* Adhęc partes creditoris in eo primum versari debuerunt vt à capitulo cui debitor immediatē subest iudicis dationem iustitię que administrationem postularet *v. supra lib. 2. quest. 8. num. 10. & 11. & lib. 2. qu. 45. nu. 63.* quo prætermisso nõ potuit præpropere ad Pontificem in negotio tam leui conuolare *d. cap. anteriorum §. illud ubi Card. nu. 10.* est enim circuitus euitandus *d. Clem. auditor* cum frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora *l. 1. ff. quod Metus causa l. ampliore §. in re-**

futatoris

futatoris C. de appellat. Vnde consecrarium est quod creditor expensas rescripti suo debitori imputare non possit, seu agere vt ad earum refusionem condemnentur tum quod rescripta ad lites surreptitię obtenta ope exceptionis eneruentur *Fel. c. 1 2 ad audientiam & 2. nu. 17. & seqq. de rescript. ca. ceterum cap. super literis eod. tit. Menoch. de arbitr. iudic. casu 201. & 202. Vantius de nullitate sentent. ex defectu iurisdic. delegata nu. 58. & 60. Nauarr. cap. si quando prelud. 1. num. 1. de rescript. tum quod licet exceptio surreptionis regulariter adinstar declinatorię ante litis contestationem proponi debeat *Abb. cap. super eo num. 10. ubi glo. & Franc. de appellat. ex quo validum sit rescriptum si exceptio non opponatur d. xi. supra lib. 1. quest. 50. nu. 29.* attamen cum rescripta calliditate & inuolucro verborum impetrantur tunc non modo exceptionis ope sed etiam ipso iure non subsistunt ita vt de hoc defectu & vitio semper opponi possit *Fel. d. cap. ad audientiam num. 18. Abb. d. num. 10. & in cap. licet num. 21. & seqq. de probat. compos. cap. super literis de rescr. DD. l. 1. C. si ex falsis instrumentis iudicatum sit.* eiusmodi enim Impetrans est in dolo *l. ea que §. dolum ff. de contrah. emp.* Quare non debet præstare impedimentum quod de iure non fortitur effectum *c. non prestat. de reg. iur. in 6.**

Accedit quod creditor rescriptum Impetrando à Pontifice nulla necessitate adductus causa fuit profularum harum expensarum quas suę culpę aut prodigalitati imputare debet ex quo supplicando capitulo aut Nuntio Apostolico qui hanc facultatem habet eas sine suo incommodo euitare potuisset cum itaque Cicerone teste *lib. 1. offic. quantum fieri citra iacturam nostram potest studere debeamus alienę vit. tari aut damno propulsando Menoch. lib. 1. pres. 4. num. 97. ubi dicit eum esse in dolo qui id facit quod sibi non prodest & alteri nocet.* seu (vt inquit Nauarrus in *Manuali cap. 17. num. 133. vers. secundo & cap. 24. num. 22. & 23.*) teneamur damnum proximi etiam mediocre impedire, nisi nos reddere velimus illius succedaneos & restitutioni obnoxios *per tex. l. scientiam in pr. ubi glo. ff. ad l. aquil. ex quo alteri facere non debeamus quod nobis non vellemus Menoch. d. num. 97.* non est quod creditor id condicat ad quod restituendum si ei solutum esset obligaretur *cap. dolo de reg. iur. in 6. l. in condemnatione §. dolo ff. de reg. iuris l. ex his omnibus ff. de cond. in-*

debit.

Postremo expensę huius rescripti referendę sunt inter voluntarias & delicatas quarum rationem iudex habere non debet *tex. notabilis l. inter ques §. fin. cum l. seq. ff. de damno infecto d. l. si seruos in fine Gaill. li. 1. obs. 151. n. 1.* honestus enim modus (inquit Vlpianus) seruandus est non immoderata cuiusque luxurię subsequenda *l. ex damni in pr. ff. de dam. infecto l. de Arena & Schenck supra citati.*

Pro coronide dico non fuisse necessarium Pontifici supplicare pro rescripto sed plane superfluum. Quippe apud iuriconsultos necessarium tripliciter sumitur vt copiosius apud Nauarrum explicatur *in cap. ita quorundam not. 10. numer. 2. de indeis*



Primo sine quo aliquid fieri non potest seu ad optatum finem perueniri. Secundo sine quo res quidem fieri potest sed non ut oportet. Tertio quod utile est & conueniens potuisse creditorem eque commodè & conuenienter debitum consequi actionem instituendo coram capitulo debitoris cui iurisdicção competit *not. supra lib. 2. quest. 47.* aut Nuntio Apostolico cui expresse potestas data est in exemptos *per not. supra lib. 2. quest. 2. per tot.* est satis in comperto ita quod hic bono melius aut utilius vtili non inueniatur.

Ex quibus elucet satis responsiones ad argumenta opinionis affirmatiuæ si quidem qui sine suo incommodo non bene facit, malefacit, semper enim faciendum est quod alteri prodest & nobis non nocet. *Menoch. d. lib. 5. præsumpt. 4. nu. 97. Carocius sing. 405.*

### QVÆSTIO LXXXVIII.

Monachorum correctio seu iurisdicção, ad quem spectet.

#### SVMMA RIVM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Monasteria diuntur esse in diocesi.                            | 5. Prælati iurisdictionem habent accumulatiue cum Episcopo. |
| 2. Iurisdicção alia cognitionis iudicialis, alia extrajudicialis. | 6. Irreparabilis monachus puniri ab Episcopo potest.        |
| 3. Delicta alia grauius alia leuius.                              | 7. Item quando viget consuetudo.                            |
| 4. Argumentum a seruis filijs familias ad Monachos validum.       |   |

**D**E ijs hic est sermo qui ab ordinaria iurisdictione non sunt priuilegio aliquo Apostolico exempti de exemptis enim satis tractatum est *supra lib. 1. c. 17.* In qua specie itum est in varias sententias nonnullis visum fuit omnimodam iurisdictionem spectare ad Episcopum utpote quod illius iurisdicção extendatur per totam diocesim quæ monasteria etiam & Monachos complectitur. *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. cap. monasteria 18. quest. 2. cap. quanto de offic. ord. dixi supra lib. 1. quest. 4. num. 6.* Alij id derulerunt Abbati seu prælato *cap. ult. de statu Monachorum cap. Abbates 18. qu. 2. Nauarr. de regular. comment. 2. n. 63* quem iurisdictionem quasi Episcopalem habere in suos supra notauimus *lib. 4. q. 20.* adeo ut Episcopus in eorum causis se intromiscere non possit nisi in subsidium ut suppleat dumtaxat negligentiam prælati *d. ca. ult. ubi glo. & d. cap. quanto supra lib. 2. q. 45. n. 63. & 76. & lib. 1. q. 17. n. 25. lib. 4. q. 30. 50. 51.*

**S**unt qui distinxerunt inter iudicalem iurisdictionem & extrajudicalem cognitionem iurisdictionem iudicalem Episcopo competere voluerunt at vero extrajudicalem quæ concernit monasticas regulas Abbati seu prælato *Innoc. d. c. quanto*  
Insuper

Insuper quidam separant grauius delicta à leuioribus illa inquam iure communi prohibita & habentia pœnam legitimam vindicanda sint per Episcopum hæc autem aduersus particulares regulas vitæ monasticæ commissa coercionem Abbatis subijciuntur *D. D. d. cap. quanto & cap. licet de offic. ord.*

Plerique in Monachis idem per omnia statuunt quod in seruis aut filijs familias modo tamen militet eadem ratio & ea illis adaptari possit quemadmodum doctè Nauarrus explicauit *Comment. 2. num. 30. & seqq. de regular. Innocent. cap. cum olim 2. de priuileg. ut quemadmodum domestica delicta intra parietes domesticos emendantur atque corriguntur l. respiciendum §. furta domestica ff. de pœnis l. 1. C. de emendat. seruorum & l. 1. C. de emendat. propinq.* ita etiam monastica delicta cognitione & correctione regulari atque monastica à prælatis corrigantur atque emendantur non modo in leuibus sed etiam si delictum foret atrocius *cap. Ioannes de Regularibus* maiorem enim habet prælatus in Monachos potestatem quàm Episcopus in suos clericos dixi *supra lib. 4. quest. 67. nu. 4.* latiusque patere prælati quam patris familias aut Domini hac in re potestatem censuit Ioannes VVameus *cap. reprehensibilis n. 3. sub finem de appellat. ex eo quod prælati immediatam & particularem habeant iurisdictionem in subditos quæ generali iurisdictioni Episcopi derogat. l. ult. C. de iurisd. om. iud.* licuti generi per speciem derogatur *c. generi de reg. iur. in 6.*

Quæ quidem opinio controuersa redditur ex eo quod iurisdicção prælatis competat non priuatiue ad Episcopum sed cumulatiue *Nauarr. comment. 2. n. 63. de regular. doctè in conf. 9. nu. 3. de priuileg. de qua re oria satis à nobis scriptum est supra lib. 1. q. 17. n. 22. & seqq.* Porro illud apud omnes expeditum est quod Episcopus suppleto negligentiam prælati iurisdictionem in Monachum exercere possit *d. ca. quanto Concil. Trident. sess. 11. c. 8. sess. 25. c. 4. v. supra d. q. 30.* Quia tum timetur delicti impunitas *v. supra lib. 2. q. 45. n. 43.*

Item cessante negligentia si Monachus sit incorrigibilis, aut vagetur *d. c. glo. Nauarr. de regul. comment. 2. n. 24.* vel si delictum Monachi tale sit cuius pœna modum iurisdictionis prælati excederet ut esse degradationem verbalem, vel actualem traditum est *cap. transmissam de elect. ca. degradatio de pœnis in 6.* quam etiam aduersus exemptos exercere Episcopus potest *cap. ad abolendam de hæreticis dixi lib. 2. quest. 45. nu. 98. & 99.*

Præterea si consuetudine aut priuilegio aliter introductum sit *Nauarr. conf. 1. n. 2. de Hæreticis* ita enim videmus quandoque suos ad tiremes condemnare posse *Nauarr. d. n. 2.*



## QVÆSTIO LXXXIX.

Soline Prælato an coniunctim etiam capitulo competat coercio.

**A**bbati seu prælato regulari sine capitulo competit *cap. Ioannes de regularibus cap. reprehensibilis ubi Franc. V. amesius & DD. de appellat.*  
At vero alterius speciei prælatis minime uti prolixius citatis in locis traditum est.

## QVÆSTIO XC.

Attentata pendente appellatione in causa exemptionis an reuocari debeant.

**N**on reuocari nisi semiplene de exemptione doceatur ex quo iure communi contra exemptionem præsumatur tradidit Pamormitanus à quo amplior huius quæstionis inuestigatio haberi poterit in *c. 1. nu. 7. de appellat.* & post eum eleganter Lancelottus. *De attentatus par. 2. ca. 4. Limitat. 1. n. 65. & seq. fol. 123.*

## QVÆSTIO XCI.

Recurrens ad conseruatore pendente appellatione interposita à sententia ordinarij an dicatur attentare.

## SVMMARIVM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Que tendunt in fauorem appellantis possunt attentari.</i>                                  | <i>remedia tendentia ad eundem effectum.</i>                        |
| 2. <i>Item que tendunt in faciliorem exitum appellationis.</i>                                   | 5. <i>Pinguius remedium est adire conseruatorem quam appellare.</i> |
| 3. <i>Quod fieri potest pendente causa principali potest fieri pendente causa appellationis.</i> | 6. <i>Probatio per priuilegiū est euidentissima.</i>                |
| 4. <i>Aditio conseruatoris &amp; appellatio sunt</i>   | 7. <i>Remedium aliud alio pinguius potest semper adiri.</i>         |
|  | 8. <i>Defensionibus pluribus uti est permis-<br/>sum.</i>           |

**D**ecisionem adfert Quintil. Mandos. in *praxi commissionum commissione attentatorum 14. glo. ult. quæst. 4. & tract. de inhib. quæst. 21.* dum tradit non obstante

obstante appellatione & inhibitione à rota obtenta aliud tribunal pro iure appellantis conseruando adiri posse citra vitium attentati id quod haud dubiè iuri & æquitati consonum est. Quippe quod licet in præiudicium appellationis nihil veniat attentandum *ut. ff. nil in nouari appel. pend.* Nihilominus tamen ea omnia quæ tendunt in fauorem & vtilitatem appellantis non obstante appellatione attentari & ad instantiam appellantis explicari possunt *Innocent. cap. quia propter de elect. Socin. conf. 45. col. 3. vol. 1. Marant. de ord. iud. par. 6. actu 2. in decis. 15. n. 181. Lancelott. de Attentatus par. 2. ca. 12. limitatione 4. n. 1. & seq. fol. 262.* nempe quod ea tendere dicantur in faciliorem exitum appellationis *Mandos. de inhib. quæst. 102. num. 7. Duennas reg. 4. limit. 17. Marant. d. actu 2. num. 185.* quæ appellanti prohiberi non debent alioquin enim appellatio concessa in fauorem conuerteretur in læsionem *c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.*

Insuper quodcunque pendente causa principali fieri potest illud etiam citra vitium attentati in causa appellationis expediri permillum est *Abb. cap. pastoralis nu. 3. de iure patr. Marant. d. actu 2. numer. 164.* ut proinde cum licuerit in prima instantia ad conseruatore recurrere idem etiam licere in sequentibus instantijs dicendum est idque quia grauamen est successiuum quo durante citra aliquam temporis circumscriptionem prouocare superioremque adire permillum est *Marant. d. actu 2. nu. 205.*

Paucis aditio conseruatoris & appellatio sunt remedia tendentia ad eundem effectum cuiusmodi iuxta receptam doctorum sententiam cumulari possunt *late Abb. cap. ex parte M. n. 9. de rescript. Peck. de iure sistendi cap. 4. n. 19.*

Imo pinguius & vtilius est conseruatore adire quam ad appellationis præsidium conuolare tū quod conseruatori multa priuilegiate concessa sunt quæ ex diplomate conseruatorio probationem euidentissimam faciente *Caroc. sing. 784. late Fel. in 6. repert. verb. probatio que fit per priuilegium,* colliguntur tum quod illius autoritas cæteros delegatos etiam à latere antecellat *dixi supra lib. 1. q. 39. nu. 17. & 23.* est autem 7 iuris expediri quando remedium aliud alio pinguius est vnus electionem alteri viam non præcludere *Abb. d. num. 9. & cap. cum ex literis num. 18. de rest. in integr. ca. cum dilecti num. 5. de empt. & vend. cap. significauit num. 6. de restib. sed* 8 licere pluribus remedijs aut defensionibus uti *cap. nullus pluribus de reg. iur. in 6. l. nemo ex his ff. eod. l. nemo prohibetur ff. de except.*



## QVÆSTIO XCII.

Exceptio exemptionis opposita in vim declinatoriæ an referuari possit, post litem contestatam.

**S**uper exceptione exemptionis in vim declinatoriæ opposita statim ante litem contestationem & negotij principalis ingressum velut super emergenti & præiudiciali quæstione Melchior Klinck cap. 1. n. 6. 7. 8 ubi Abb. n. 7. § DD. de ord. Cognit. pronuntiandum est, alioquin processus aut nullus est opinione quorundam aut qui præbeat appellandi causam Abb. d. cap. 1. nu. 7. Fel. cap. exhibita nu. 6. de iudic. c. subort. an s. de re iudicat. Idque vnica hac ratione quod iudex super exceptionibus declinatorijs seu præiudicialibus & negotio principali simul procedere non potest Melchior Klinck d. cap. exhibita nu. 18. & DD. iam citati quod si faciat expresse reiiciendo aut tacite per ingressum negotij principalis c. dilecto c. ex parte M. ubi Abb. nu. 2. & VVames. nu. 1. de appellat. Clem. cum a repulsione ubi glo. de appel. cap. interposita ubi Abb. eod. tit. in decretal. licite appellari poterit d. cap. 1. & Fel. ubi supra & d. ca. interposita & DD. iam citati.

## QVÆSTIO XCIII.

Chorales Ecclesiæ exemptæ in ius coram ordinario vocati à Canonico eiusdem Ecclesiæ an prætextu exemptionis declinare possint.

**D**e chori & chorauli ethymo, origine, antiquitate, & instituto nihil attinet hic dicere Polydorus Virgilius li. 6. de inuent. rerum ca. 2. alijque Historiarum & Latinitatis assertores hac de re videndi sunt. Itaque distinguendum est an exemptio choraulis competat æque principaliter & independenter an vero accessorie, & dependenter, ne actum agam videri poterunt quæ antea scripsimus lib. 1. qu. 17. n. 19. & seqq. Crambe enim bis cocta mors est. Id tantum hoc loci parergos dictum sit Chorales teruitio chori designatos habitum & tonsuram gerentes non modo fori privilegio gaudere sed & beneficio capituli si quis suadente d. bolo idque etiam si reuera ordine clericali non sint insigniti qua de re Hippolitus de Bonacossa tractatu de famulis quæst. 28. Duennat Reg. 99. ampl. 10.

QVÆ-

## QVÆSTIO XCIV.

Trahens exemptum coram ordinario an debeat cadere suo iure.

## S V M M A R I V M.

1. Vocans clericum coram laico cadit suo iure. cadit suo iure.
2. Vocans aliquem coram diuersis iudicibus
3. Pœna priuationis non est extendenda.

**O**ccasionem huius quæstionis præbuit analogia clericorum & exemptorum de qua hæctenus sæpe quæst. 45. num. 5. Vocans enim clericum coram iudice laico cadit suo iure cap. si diligenti ubi DD. de foro comp. Auth. statumimus C. de Episcop. & cler. Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 11. num. 2. Carocius sing. 272. vt & is secundum quosdam qui trahit aliquem coram diuersis iudicibus Dyn. sing. 119. Gaill. lib. 1. obs. obs. 32. n. 6. & 7. Fel. cap. ex tenore nu. 14. de rescript. late doctior Martia de iurisdic. Eccles. & secul. par. 4. cent. 2. casu 126. per tot. Vnde idem videbatur hoc in casu de cernendum cum æquiparatorum eadem sit ratio dispositumque in vno videatur etiam dispositum in alio v. supra lib. 4. quæst. 54. num. 4. vti in extensione pœnarum tradit Iason § quadrupli n. 6. inst. de act.

Verum amen contrarium respondendum est. Quippe priuare aliquem suo iure aut actione est pœna l. si quis maior C. de transact. Quam ad exemptionum materiã quæ restringenda est dixi li. 1. q. 4. extendere non debemus priuationis enim pœna à lege dependet quam si non imponit nec nos imponere deimus glo. c. fin. de iure patr. late Marcus Anton. peregrinus de fideicommissis art. 3. numer. 83. Erubescimus sine lege loqui § consideremus Auth. de triente & semisse l. illam in fin. C. de collat. & ita hac in facti specie Andreæ Barbatia tuit visum in add. ad Abb. c. significasti n. 19. in verb. dicit tamen glo. de foro comp.

## QVÆSTIO XCV.

Adhærentes terræ exemptæ an exempti censeantur.

**H**æc quæstio decisionem habet ex eis quæ alibi à nobis condita sunt li. 1. q. 30. dum diligitur an exemptio extendatur ad familiares exemptorum quibus per appendicem adijci poterunt quæ de adhærentibus ab Abbate notata sunt in cap. 1. nu. 30. ubi & postill. de postulat. Pralat.

D d d

QVÆ-



## QVÆSTIO XCVI.

Exemptio an concedi possit Ecclesiæ construendæ.

**N**on posse videtur quoniam privilegium concedi aut donari non potest rei quæ non est, *cap. Abbat. sane, de re iud. in 6.* Contra vero concedi posse ita tamen ut valeat, ut extunc non vero ut exnunc verior est opinio & doctorum distinctio *Abb. cap. ad audientiam 2. n. 4. & 5. de Eccles. adific.* Ita traditum est quod Ecclesiæ nondum constructæ sed construendæ legari possit *Abb. d. num. 5. & D. D. ibi laudat* & quod exemptio absentis & ignorantis etiam acquiratur, quæ de re distinctius alibi *supra lib. 1. q. 7. n. 7. lib. 2. q. 15. ib. 3. quæst. 6.*

## QVÆSTIO XCVII.

Salaria causarum agitatarum coram ordinario an ab exemptis coram eodem ordinario exigi possint.

**D**iversionem mouet Innocentij quarti constitutio *in cap. 1. §. nec etiam ubi glos. verb. in causis de foro compet. in 6.* Diuersa est enim petitio Salarij ab actione principali, unde videtur quod in petitione Salarij Actor forum Rei sequi debeat *l. Actor C. de probat.*

Quare consuluit Peckius *d. §. nec etiam* prudenter facturos aduocato procuratores notarios fidei clientis exteri, suspectam habentes si in loco iudicij pro solutione Salarij cautionibus vel alio modo aduersus hanc difficultatem sibi prospiciant Salaria enim, inquit, in Curia Archiepiscopali Mechliniensi promerita exigi non possunt in eadem Curia a subditis Suffraganei, aut alterius diocesis per vulgaram regulam quod Actor forum Rei sequatur quod ipsum ab Analogia & proportionem fori clericorum exemptorumque hac in exemptionis materia videtur respondendum *arg. supradictorum lib. 1. q. 4. n. 8.*

At vero decisionem huic repugnat quæ de causæ continentia & ex Concilio Tridentino, superius allata sunt. *lib. 2. q. 4. n. 106.* Posterioremque hanc censuram Leodiensis Curie praxis, quæ lucerna iuris, est *Robuffus l. vrbs in princip. ff. de verb. signif. & quotidianus iudicandi vsus, obseruauit.*

QVÆ

## QVÆSTIO XCVIII.

Captiuus an duci possit per loca exempta?

## SUMMARIUM.

1. Captiuus duci possit per loca exempta.
2. Suspectus de fuga exempto in loco capi possit.
3. Præpositus Ecclesiæ captiuum repetere possit.
4. Captiuus possit obijcere exceptionem spoliij.
5. Captiuus possit alia ex causa recommendari.

**P**rima quæstio pugnantibus habet sententias affirmatiuam enim est amplexus Ioannes Gallus insignis Gallie pragmaticus *qu. per arresta Francia 224.* dum censuit posse captiuum duci ad carceres per loca alterius iurisdictioni subiecta eamque confirmat Molineus *annotat. ad eandem questionem* tum quod ductio nihil noui addat tum quod ea sit meræ facultatis & vnicuique permilla *l. via ff. de via publ. l. per agrum C. de seruitut.* In eandem sententiam descendit Archidiaconus *cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* censens Ecclesiæ immunitatem ex eo non violari quod quis extra eam captus per eam ducatur violenterue extrahatur in confirmationem esse videtur quod censent quidam licere captiuum fugientem per alienum territorium persequi & sua autoritate propria comprehendere *Ang. l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib. 10. plenius Paris. de put. de syndacatu vers. si iudex processit nu. 2 & seqq. Occ. vol. 2 fol. 358. Barth. l. quod aut lex §. quod ff. de adult. ubi dicit in iurium spectandum.*

Verum opinio negatiua longè verior est atque communior quam post Boerium *decis. 100 col. 2.* sequitur Nauarrus *in Manuali cap. 25. num. 19. vers. tertio* & Ioannes de Vischis *tract. de immunit. Eccles. num. 52.* nisi auctoritate Concilij Triburienensis atque Toletani *in cap. si quis contumax & cap. d. ff. in iur. 17. q. 4.* indistinctè prohibentis ne quid nocuenti damni spoliij residentibus aut receptis in loco immuni inferatur quæ in re notandum Canonem Pontificium uti hoc dialecto quomodolibet quod est in iure frequens cum Pontifex aut legislator nullum casum vult excludi sed omnes generali sua constitutione comprehendendi *elegantè Boer. quæst. 56. numer. 2.*

Confirmo primo quia ductio captiui per locum exemptum incidit in eum casum à quo incipere non posset *per late not supra q. 65. eod. lib.* est autem indubitata iuris vtriusque teoria quod actus imperfectus incidens in eum casum à quo incipere non



poterat vitari cap. factum ubi Franc. & D.D. de Reg. iur. in 6. l. in ambiguis §. non est nouum ff. de reg. iur. l. ex pluribus §. c. si placet ff. de verb. oblig.

Confirmo secundo quia quando media sunt impertinentia aut prohibita non datur coniunctio extremorum arg. cap. per tuas de condit. appositis Ioannes Brunellus tract. de sponsalibus conclusio 2. num. 25. Vnde locus medius facer dicitur impedire seruitutem l. seruitutes §. fin. ff. de seruit. l. qui sella §. fin. ff. de seruitut. rustic. prad. & interruptio medijs præscriptionem l. si quis §. illud. ff. de præscript. 30. annorum quã doctrinam alijs exemplis quę hic breuitatis causa omitto idẽ Brunellus exornauit l. n. 25. Concludamus itaq; quod deductus per locum exemptum ex eodem inuitus auelli non possim. Dixi inuitus quoniam si sponte educeretur aut etiam subdolis verbis inuitatus volens egrederetur nulla immunitati iniuria inferretur Nauar. d. cap. 25. n. 21. in fin. & n. 22. post med.

Difficilis autem est probatu spontanea hæc egrediendi voluntas cum enim (inquit Vlpianus) l. filius familias §. inuitum ff. de procurat. Inuitũ accipere debemus nõ eum tantum qui contradicit verum eum quoque qui consensisse nõ probatur sitq; iuris explorati quod is qui personaliter aut realiter citatur inuitus citari capite præsumatur Lanfranc. ab Ariadno tract. de testib. n. 5. in fin. Bart. l. post legatũ §. his vero ff. de hu. quibus ut indignis arg. l. inter stipulantem §. sistibum ff. de verb. oblig. ubi iudiciũ reddi dicitur non inuitum præsumptio hæc asserentem spontaneam voluntatem duriore & grauiore spontaneæ voluntatis probatione afficit. et c. quia verisimile ubi Abb. de præsumpt. Marfil. sing. 451. l. si extraneus ubi Alber. fulg. l. aff. de codic. ob caus. Præses loco a verisimili & ita nuper in hac facti quæstione ex voto nostro sententia fuit promulgata auctoritate Ioannis Galli & Archidiaconi postposita ille enim sine ratione loquitur hic autem sine lege, erubescimus vero sine lege loqui §. cõsideremus Auth. de orient. & semisse l. illam in fin. C. de collat. Præses loco ab auctoritate.

2. Secunda quæstio ex eodem fonte suborta est in qua distinguendum putauit inter loca exempta quę sacra sunt sacrorum iure censentur, & merè profana, in loco prioris speciei suspectus de fuga nullatenus capi potest late Peckius de iure resistendi. 6. n. 4. & seq. emanauit enim hæc exemptio à Deo opt. Max. quam violare hoc prætextu non oportet viante Peckius d. c. 6. eleganter & pie per D. Ang. ad Bonifacium responsum est in c. miror 17. q. 4. Idẽ respondeo e. si locus sacer non sit, donatus tamẽ sit immunitate loci sacri quia priuilegium concessum ad instar alterius eodẽ planè iure censetur ac illud cui adæquatur late Aluarius in cõsul. Lusitania cõsul. 12. per tot. tom. 1. dixi supra l. 1. q. 17. n. 17. Quæ autẽ loca sunt Deo sacra & sacri loci immunitate donata supra notauimus d. l. 4. q. 65. & apud eundem Peckius d. c. 6. est enarratũ. At verò in ea specie locorũ exemptorum quę sacra non sunt sed penitus profana cõsultus etiam respondi cum distinctione an suspectus sit in procinctu seu proximo actu fugę ita vt iudicis venia haberi non possit, an verò suspicio seu actus fugę non

non immineat. Primo casu suspectus propria auctoritate in loco exempto capi potest, Angel. l. extat. ff. quod met. causa lo. Bapt. Caccialupus tract. de debitore suspecto q. 4. n. 12. & 16. & q. 7. n. 2. & 3. tum quia melius est in tempore occurrere quam post exitum rem diu quærere l. 1. C. quando liceat. unicuiq; se aut public. deuet. vindicare l. fin. C. ex quibus causis resist. in integ. non est necessaria tum quia periculũ est in mora quo casu recedi solet à cõmunibus iuris regulis l. de pupillo §. si quis riuos ff. de noui operis nunt. Gaill. l. 1. obs. 13. 16. & 92. & lib. 2. obs. 130. n. 7. Secundo vero casu vt iudicis venia seu potestatem in loco exempto habentis præcedat necesse est Angel. & Caccialupus l. cis. citatis.

Tertiæ quæstioni in qua petitur vtum habens potestatem in loco exempto capitiũ extra territorium æquiparantur dixi supra l. 2. q. 34. n. 2. & l. 4. q. 54. n. 2. Vnde sicut executio realis per capturam fieri non potest in alieno territorio sed requiri debet iudex loci l. cum vnus §. 16. qui ff. de bonis Auth. iudicis possid. l. à diuo pio §. 1. ff. de re iud. eleganter Barth. disputat. 6. incip. lapus n. 8. vers. solutio. Ita etiam & in loco exempto æquiparatorum enim idem est iudicium eademque iuris dispositio dixi dicta qu. 54. n. 4. Quo fit vt potestatem habens in loco exempto eiusmodi captiuũ repetere possit qui ppe quod captus in alieno territorio per rectorem illius territorij repeti possit Abb. c. inter alia n. 27. de immunit. Eccles. late Bart. l. si cui §. cum sacrilegium n. 4. ff. de accusat. Ang. in summa verb. immunitas n. 20. per c. miror 17. q. 4. sicuti supra tradidimus Patrem, Episc. Abb. Dominũ posse vëdicare filiũ, clericum, Monachũ, seruũ sup. l. 2. q. 8. n. 1. Et ita in fauorẽ Reuerẽdi Dñi Ludouici de Berlamõt præpositi Huensis vendicantis eundẽ Thomam le Boie fuit iudicatũ per Abb. S. Laurentij priuileg. conseruatorẽ assessorẽ D. Arnoldo Hocht l. v. doct. hoc an. 1607. in noueb.

Quartæ quæstioni in qua quæritur an iniuste captus obijcere possit capiẽti exceptionẽ spoliij propriæ libertatis respõdi posse Auth. mihi responsionis huius est Barth. dicta disput. 6. incip. lapus per tot. cui l. tẽ hanc quæstionẽ inuestigat libertas enim inæstimabilis res est l. libertas ff. de reg. iuris cuius tuendæ causa interdictũ de libero homine exhibẽdo proponitur videlicet ne liberi homines retineantur à quoquã nihil enim multũ (inquit Vlpian.) à specie seruientiũ differũt quibus non datur facultas recedendi quod & lex fauua prospexit cuius dispositionem hoc interdictũ nõ impedit, tex l. 1. 2. & 3. ff. de libero hum. exhib. Quare agẽti opponi poterit exceptio hæc spoliij quæ dilatoria est vteriorẽque iudicij progressum impedit secundum auream Doctrinam Roberti Marantæ in speculo auro par. 4. dist. 6. nu. 38. 42. 43. tamdiu donec spoliato omnia ad extremum vsque teruntium fuerint plene restituta, Menoch. de recup. poss. rem. 1. num. 329. Afflict. dec. f. 19. in fin. ex eodem fonte emanat quod traditum est iniuste excommunicatum excipere posse actore non audiendũ nisi ei restitatur cõmunio hominũ qua iniquẽ per excommunicat.



spoliatus est *Geminianus c. 1. §. fin. n. 6. in fin. de restit. spol. in 6. glo. c. cum inter de excepto.*  
 Quinta quaestio solutionem tradit idem Bartholus *d. disput. 6.* dicens quod iniuste vel nulliter captus non possit a quoquam recommendari sed pristinae libertati sit restituendus de qua materia vberè Farinaceus *in pract. crim. li. 1. tit. 4. qu. 27. n. 154. & seq. Salsus l. cum vnus n. 10. & seq. ff. de bon. autor. iud. poss. Bartholus d. disput. 6. §. in l. 2. §. 1. ff. de cust. reor. Peckius de iure fest. c. 49. & alij non pauci.*

### QVÆSTIO XCIX.

Castrum exemptum à iurisdictione ciuitatis an gaudere debeat statutis & priuilegijs ciuitatis eaque obseruare.

**V**idetur quod non quia eiusmodi castrum equiparatur ciuitati. *Imperium vbi Barth. ff. de iuris. om. iud.*

Verumtamen dicendum est contrarium ita enim respondit Alex. *conf. 151. col. 2. vol. 2.* quem secutus est Alciatus *in cap. quod Sedem numer. 92. de offic. ordin.* Idque n. si tale Castrum alteri vniretur *Barth. l. si conuenerit §. si nuda ff. de pignor. act. vbi supra.*

Quid autem si in castro essent particularia statuta, dicaturque quod deficientibus statutis Castrum recurratur ad ius commune an recurri debeat ad statuta ciuitatis videatur Alciatus *d. num. 92.*

### QVÆSTIO C.

Commissio tribuens ordinario iurisdictionem in exemptum an conualidet ante coram eodem ordinario gesta?

#### S V M M A R I V M.

1. Initium illegitimum non confirmatur.
2. Nullitati causam dans de nullitate non dicit.
3. Dispensatio superueniens non confirmat actum ante nulliter gestum.

**Q**uando adest defectus iurisdictionis iudicis si pendente lite iurisdictione superueniat ex causa de nouo emergente, ante gesta non confirmantur.

Qui initium iudicij non fuit legitimum *l. momentaneo C. qui legitimam pers. si audi in iudicio Barth. l. 1. n. 4. C. qui pro sua iurisdic. & l. 1. n. 4. C. vbi de crimine.* & vtrobiq; *C. est. ens. posset tamen obtineri commissio sanatoria nullitatis vti docet Ioannes Baptista Marchesanus Tract. de commissionibus par. 2. tit. de commiss. super nullita-*

nullitatis & earum sanatoria. numer. 29. 30. 31. 32.

Ante enim gesta quodammodo approbavit ad eò vt locus sit axiomatici qui nullitati causam præbuit contra eam allegare non potest *l. §. si omnes ff. de ventre inspic. Rol. à Valle conf. 52. nu. 12. vol. 4. Marchesanus vbi supra num. 32.* Nec est ab hac materia quaestio aliena vtum dispensatio superueniens confirmet actum ante nulliter gestum de quo Abbas *cap. innotuit. 22. n. 11. de elect. pralat.*

Ex eodem etiam fonte descendit. Num postulatio possit confirmari ex consensibus superuenientibus de quo idem Abbas *cap. bona memoria n. 18. & 27. de post. pralat.*

Et an paria sint ab initio legitime fieri vel ex postfacto legitime confirmari *late Peckius de testam. coniug. li. 3. c. 8.*

Denique an ius pendente iudicio superueniens iudicium ante confirmet. *late Gabriel com. opin. lib. 2. de iudicij consil. 2 & 3. Lancelot. de Attentatis par. 2. cap. 4. limit. 20. Bero. familiarium questionum 102. Milis in Repert. verb. ius superueniens post impetratum & DD. l. mandauero 17. ff. Mandati.*

### QVÆSTIO CI.

Ordinarius iniuste excommunicans exemptos an actione iniuriarum teneatur.

**T**eneri resoluit Capella Tholosana *quest. 397. glo. cap. sacra vbi Collectarius de sent. excom. Archid. cap. statumimus eod. in 6. glo. l. iniuriarum §. item labco ff. de iniurijs Guid. qu. 324. & 393. late Nauarrus Rep. c. cum contingat remed. 2. nu. 43.* Idque si dolus interuenerit. *glo. cap. illud n. quest. 3. & in cap. sollicitudinem vbi Host. de appell. Milis in repert. verb. iniuriarum actione Fel. d. c. sacro.* Imò etiam ad id quod interest oligari potest *glo. c. temerarium 11. quest. 3. l. illud ff. de iur. iur. Barth. l. iniuriarum §. idem labco ff. de iniurijs Aufserius ad Capell. Tholus d. q. 397.*

Insuper is etiam coram deo sese ligat & coram mundo sese dehonestat *cap. si habet sub fin. 24. quest. 3.* contingitque ei id de quo D. Hieronimus *cap. si quis non re-cto 24. quest. 3.* vt is qui foras mittitur intus sit & ille foris qui intus videtur retineri quippe quod censuris & Ecclesie clauibus abutens sacrilegij reatum incurrat *cap. non in perpetuum 24. quest. 3.*



## QVÆSTIO CII.

Exemptian ratione portionis congruæ coram ordinario possint conueniri.

**A**restographus Papon respondit posse *lib. 1. des arrestz. tit. 8. arresto 5.* qua de re supra aliquid notauimus *eod. lib. qu. 48.*

## QVÆSTIO CIII.

Residens in loco exempto an censeatur residere in diœcesi.

## S V M M A R I V M.

1. Locus in diœcesi, est de diœcesi.

2. Conc. Trid. ubi que ligat.

**Q**uæstionem hanc utrimque disputat Hieronymus Gonzales tract. De mensibus & Alternatiua Episcoporum *glo. 43. numer. 180. & seqq.* eamque affirmando concludit hac signanter ratione quod locus in diœcesi constitutus de diœcesi esse censeatur *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.*

Nec refert inquit, quod locus exemptus, & extra territorium aut diœcesim æquiparentur *cap. 2. ubi DD. de const. in 6.* Quia id similitudinarie & æquiparatiue tantum procedit quoad certos quosdam effectus, non autem verè *Fel. cap. graue n. 2. de offic. ord.* Hinc est quod permultis in casibus quos supra retulimus *li. 2. ca. 45.* Episcopus iurisdictionem exercent in exemptos Regulariterque ordinarius plus iuris habet in locum & personas exemptas suæ diœcesis quam in prorsus extraneas *c. 1. ubi Io. Monach. num. 4. & DD. de priuileg. in 6. Rota decis. 702. num. 4. par. 1.* Idque signanter ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 24. c. 9. sess. 7. c. 8. sess. 21. c. 3. de refor. & Rota noui ss. dec. 744. par. 1.* etiam si illud in Prouincijs inferioribus publicatum nõ fuisset quemadmodum Episcopo Leodiensi pridem respondit sacra

Congregatio. *Sacra Congregatio in declarationibus Conc. Trid. in fine fol. 145.* Qua de re supra latius tractatum est *lib. 1. quæst. 50. per tot.*

QVÆ-

## QVÆSTIO CIV.

Statuta & consuetudines diœcesis an etiam vigeant in locis exemptis.

**M**inimè *lase Roland. conf. 53. vol. 3. Ang. conf. 243. num. 2. Hieron. Gonzales de mensib. & alter. Episcop. glo. 43. nu. 185.* Hinc fuit responsum quod posterius testamentum in loco exempto conditum deroget priori condito in diœcesi secundum formam statutariam aut cõsuetudinem diœcesis *Rol. d. conf. 53. Ang. d. conf. 243. Fel. c. graue de offic. ord.*

## QVÆSTIO CV.

Subditi ordinario an gaudeant consuetudine exemptorum.

**N**eutiquam. Quia eiusmodi nõ sunt trahenda in consequentiam nec ad alia loca aut personas extendenda *l. si verò §. de viro ff. sol. matr. l. quod verò ff. de legib. DD. l. l. C. si Mulier sec. nupjerit Peck. de testam. Coniug. lib. 5. cap. 7. nu. 3. vers. ad parentes.*

## QVÆSTIO CVI.

An regula Cancellariæ de non tollendo ius quæsitum habeat locum in exemptione?

**R**egula Cancellariæ XVI. sic se habet: Item ne quis per varias quæ pro commissionibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, iustitia postponatur, idem Dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam seu concessionem pro commissionibus huiusmodi per Sanctitatem suam vel de eius mädato faciendam nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur Hactenus verba regulæ iam quæritur an dictæ regulæ sit locus in exemptione? esse locum nec tolli exemptionem per quamcumque Papæ signaturam, decidit Rota *in vna Cesar Augustana exemptionis de anno 1594. Iuni 13. coram Reuerendo Orano* ut videre est apud Illustrissimum Seraphinum *decis. 1082.* Dictio enim *quomodolibet* in Regula apposita, includit ius etiam quæsitum ex priuilegio *in xta decis. Mohed. 82. Farinac. decis. 711. nu. 1.* quod & notauit Ioannes à Chokier Frater meus, *in notis ad d. reg. in fin.* quod tamen fallit in gratijs quæ sui natura

E e e



natura sunt præiudiciales vt in exemptione à decimis, & ijs quæ fiunt ratione publicæ vtilitatis, Seraphinus *decis. 762. in fin. deniq;* fallit nisi Papa derogauerit dictæ Regule Seraphinus *d. decis. 1082. numer. 7.* Sed an censeatur derogasse per clausulam exacta scientia, vel de plenitudine potestatis? Licet permulti sentiant quos affert idem meus frater *in glo. verbi tollit ius quæstum.* derogatum censerit, verior tamen opinio Illustrissimi Seraphini, quam is quoque probat & laudat *d. decis. 1082. n. 9. nō* videri iuri tertij derogatum. Nam licet auctores contrariæ sententiæ velint clausulam de Plenitudine operari in præiudicium tertij, fallit tamen nec habet locum in terminis dictæ Regule in qua Papæ protestatio tollit consensum & voluntatem ab actu gerendo vbi ei non derogatur; & ita nulla potest alia formula introduci, per quam possit dici constare de mente Papæ, nisi regulæ faciat mentionem, & ita contra Gomes. Curt. iun. Casland. Gozad. Gabriel. & alios *dec. sum fuisse refert coram R. P. D. Blanchetto in vna Mediolanensi fructuum 24. Aprilis 1592.* in proprijs terminis dictæ clausulæ adde Cæs. de Grassis *decis. 1. de verb. signif.*

### QVÆSTIO CVII.

Quid si Exemptus citetur eodem temporis momento coram suo conseruatore & alio iudice coram quo comparere tenebitur.

**C**onseruatores cleri secundarij diocesis Leodiensis cognoscere tam actiue, quam passiuè in prima instantia de causis exemptorum supra tradidimus. *lib. 1. qu. 35.* hinc occurrit quæstio, coram quo comparere teneatur exemptus si vocetur in ius eodem temporis momento, coram alijs atque alijs iudicibus. videtur quod coram conseruatore teneatur comparere, cuius iurisdictionem si contemnat, contumaciam contrahet is enim maior est alijs omnibus, potest enim autoritate qua possit quosuis excommunicare. *dixi lib. 1. d. quæst. 35. & arg. cap. omnes principes cap. solito de Maiorit. & obe: vbi abb.* Mandatumque iudicis superioris impedit ne contumacia contrahatur ob noncomparationem coram iudice, inferioris gradus. *Guido quæst. 278. & 443.* vnde fit vt citatio papæ excuset quemlibet alio in loco comparere debentem *Guido d. quæstio 276,* Quid autem si quis eodem temporis momento vocetur à suo principe? Licet Principes subsint iurisdictioni Episcopali, nisi speciali priuilegio sint exempti, sintque hoc respectu inferiores *d. ca. solito, & d. ca. omnes Principes* attamen Innocentius *in cap. cum parati de appell.* censuit quod comparere debeat, potius coram Rege aut principe, quam coram Episcopo *Guid. loco citato.* Summa citatus ad duo Tribunalia iuste excusatur si ad maius compareat. *l. contra pupillum § fin. ff. de Re iud. vbi late Alex.* Sed si causa minoris tribunalis personalem requirat præsentiam, maioris vero tribunalis causa o-

biri

biri possit per procuratorem eo casu comparens coram minore excusatur, si coram maiore non comparuerit. *l. 3. §. item Diuus vbi glo. ff. de testib. DD. d. ca. cum parati de appell. & l. 1 §. his cum abulis ff. de offic. pratoris l. 2. ff. de custod. Reor.* dilatarì possit hæc quæstio, si vsus postularet ex multis quæ subtiliter adfert, Ludouicus Romanus *conf. 47.* in materia vasalli duorum dominorum vtri potius parere teneatur, quo in loco notanda, adfert de iure potentioti præuentione, præoccupatione, Gratificatione in iure æquali, simili que farinæ non pauca.

### QVÆSTIO CVIII.

Persona miserabilis an ab exempto vocari in ius possit coram suo iudice.

#### SUMMARIUM.

1. Quidam exempti vocant suos debitoris, coram suis deutoribus.
2. Priuilegia non derogant clausis in corpore iuris.
3. Miserabiles persone habent proprios iudices.
4. Quibus non possunt renuntiare.
5. Neque prorogare.
6. Causa miserabilium summaria.
7. Quæ & quales persone sint miserabiles.
8. Quid si diuites sint.

**D**ebitando occasionem præbet quod hæctenus recensuerimus quandã speciem exemptorum esse cui facultas est vocandi suos debitores in ius coram proprijs eorum iudicibus ita vt actor non rei forum, sed reus actoris excepti forum sortiatur. An & ita priuilegiati poterunt personas miserabiles euocare extra eorum prouinciam, aut coram alijs iudicibus quam iis speciali iure eiusmodi personis miserabilibus sunt designati.

Minime licet enim priuilegia exemptionum soleant esse amplissima & habere clausulas prægnantissima, derogantes quibuscumque priuilegijs repugnantibus.

Non tamen extendi possunt eiusmodi priuilegia vt derogent priuilegijs clausis in corpore iuris *Castrens. & DD. l. 2. §. omnes ff. de iudic. Barb. & DD. Auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oporteat Rom. conf. 498. col. 4. Fel. c. 1. col. 9. de rescript. & in c. Nonnulli col. 12 & 26. eod. tit. & ita fuisse à sacro Rotæ auditorio decisum in causa Magni Magistris Maltensis qui ad suum iudicem euocare volebat personam miserabilem refert Marcellus Crescentius *decis. 16. de priuilegijs.**

Habent enim personæ miserabiles speciales iudices à iure sibi designatos *l. vinea, C. quando imper. inter pupill. Abbas cap. significantib. col. 2. in fin. de officio deleg. & in calix. ex suscepto col. 3. de foro compet.* quibus priuilegia extra corpus iuris clau-



sa non modo derogare non censentur uti ante probatum est sed ne quidem eiusmodi personarum miserabiles valentes prudentesque eiusmodi privilegio renuntiare non possunt *Fel. c. si deligenti. n. 16. de foro compet. Thesau. ped. de c. 177. Gaill. li. 1. obser. 1. n. 40.* privilegium enim illud non est miserabilium personarum sed superioris cuius iurisdictioni subiectæ sunt *Bened. c. Raynutius verb. quicum alius matrimonium n. 23. par. 3. de testam. & ideo si persona miserabilis alienum forum proroget nihil agit, sed potest semper ad suum forum recurrere uti iudicatum refert Ioannes Neuisanus in *Silua nuptiali li. 6. n. 33. Afflictus in constit. statuimus q. 13. Gaill. d. n. 40.* privilegii enim quæ aliquibus ob pietatem conceduntur non ob meritum renuntiare non potest *Oldend. de iure singulari tit. de privilegiis pers. mis.* etiam si assertioni huic reclamare videatur *Iacobus Anthonius Marca de iurisdic. inter Ecclesiast. & secularem exercenda par. 2. ca. 21. n. 9.* Magnus enim est eorum qui vitæ sunt segnioris uti loquitur *Alciatus li. 4. n. 63. de verb. sig. ex l. cum his ff. de Transact. in iure fauor & quidem tantus ut rescriptum aduersus eos ob contemptum non expressa miseræ qualitate qua tenentur non sublestat *Innoc. c. significantibus de offic. deleg. Card. cons. 128. Col. 3. in sine Fel. in d. 6. significantibus in verb. allegato & in repert. verb. Miserabilis persona* propterea Regula per quam actor forum rei sequitur *c. si Clericus laic. de foro compet.* limitatur in persona miserabili quia ipsa trahit reum ad suum forum, late *Anton. de Amatis decis. 105.* causæ etiam eiusmodi personarum tractari debent summarie *Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 9. n. 77.* denique eorum favore multa speciali iure constituta esse passim traditum est. *Marant. d. dist. 9.* Pro coronide. Quandoquidem hic incidit quæstio miserabilium personarum iuuat non nihil excurrere & summam describere categoriam eiusmodi personarum.**

Antho-  
nius de Ama-  
tis indecisionib. Rotæ  
Marchæ dec. 105. refert  
inter miserabiles  
personas.

Furiosos	} corpore	} cap. 1. in fine de postulan.
Infirmos		
		} capite q. parte 2.
Infantes	} Barth. l. 1. §. fuit questum	} ff. ad Trebellianum Ioannes de Anania
Expositos		
Languidos	} Barth. d. l. 1. §. fuit questum.	} capitulo 1. num. 24. de infant. exposit.
Viduas		
Pupillos		
Prodigos		
Senes	} Ioannes de Anania cap. nulli num. 19. de	} iudeis.
Decrepitos		
Mercatores cum sunt in mercimoniis	} Anania d. n. 19.	
Peregrinos	} Anania d. n. 19. Neuisanus d. lib. 6. n. 29.	
Conuersos	} Anania cap. iudei n. 8. de iudeis.	

Exhaustos morbo *Azo in summa Cod. quando imperator.*  
Clericos  
& generaliter omnes qui naturali commiseratione ob  
fortunæ iniuriam digni sunt.

Eiusmodi enim personæ in merore vitam traducunt teste *Quidio lib. 1. de Ponto.*

*Ipsæ ego fortuna telis confixus iniquis*

*Pectore concipio nil nisi triste meo.*

*Iacobus vero Anthonius Marthæ tractatu de iurisdictione inter Ecclesiasticam & secularem exercenda cap. 21.* Extentior est subeademque Cathegoria recenset.

}	Cæcos.
	Leprosos.
	Seruientes Ecclesijs.
	Mercatores gabellis grauat os.
	Aduenas.
	Personas quaslibet Ecclesiasticas.
	Virgines.
Mcæretices.	

Sunt enim hæc omnes personæ vitæ segnioris & commiseratione dignissimæ. Illud autem negligendum non est an & eæ personæ pro miserabilibus habendæ sint si diuites sint. Sunt qui censuerunt habendas non esse. *Spec. de instrument. edit. §. nunc aliqua vers. 73. Petr. de Vbald. de Canon. Episc. c. 10.* Sed contrarium est verius uti late probat *Ioan. Neuisanus. In Silua Nuptiali li. 6. n. 34 & 35. And. Gail li. 1. obser. 1. n. 40.* Quamuis enim eiusmodi persona sit diues est tamen sub protectione Ecclesiæ *Neuisanus ubi supra n. 35.* Quantum enim ad effectum competentis iudicis omnis vidua indistincte dicitur miserabilis quia per se non potest stare in iudicio estque forensium negotiorum expers. Quæ de re *Gelasius Pontifex in c. licet, & cap. defensionis dist. 87.* sic rescripsit *defensionis propria desolatis auxilio & qui suis actib. adesse pro atatis infirmitate non possunt exoratum Pontificem decet subuenire. Quia pupillis & viduis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Item licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus in quantum possumus nos denegare plus tamen viduarum & orphanorum causas & impensius ducimus exequendas. Quas tueri a nobis vel ab omnibus diuina manifestat assertio.* Denique in *c. 1. dist. 87.* Viduis & Orphanis Ecclesiæ praesidium implorantibus Episcopi debent adesse & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent. Porro his in locis Pontifex non distinguit inter diuites & pauperes. Ergo nec nos distinguere debemus. *l. de pretio ff. de Publiciana in rem actione.*

Et ubi Papa non distinguit nec nos distinguere debemus *Rota dec. 9. de concess. prabenda in antiquis per Capitulum consuluisti 2. quest. 5. cap. solitis de maioritate &*



obedientia. Neufanus tamen omnia hæc in iudicium arbitrio collocavit d. li. 6. n. 36. vti & Felinus c. significantibus n. 6. de officio delegati.

## QVÆSTIO CIX.

Ordinarius vtrum cognoscere possit de delicto subditi sui commissio in loco exempto.

## SVMMA RIVM.

1. Exemptio alia immediata alia mediata. citare.
2. Ordinarius inquirat de delicto subditi in loco exempto commissio. 11. Sententia non habent vires extra territorium.
3. Exceptio iuris terij non admittitur. 12. Differentia inter imperium merum & iurisdictionem.
4. Locus exemptus & extra territorium non procedunt a pari. 13. Categoria mæri imperij civilis fori & canonici.
5. Neque forensis & exempti. 14. Prælati loci exempti subditum ordinarij punit repertum in loco sue iurisdictionis.
6. Locus in diocesi & de diocesi an sit idem. 15. Locus exemptus largo modo constituit territorium.
7. Exemptio & subiectio qualiter acquiratur. 16. Habens simplicem cognitionem non habet coercionem decisionem neque executionem.
8. Nulla est exemptio ab omni superiore.
9. Inferiores Episcopo non habent territorium.
10. Prælati non potest subditum ordinarij

QVÆSTIO hæc vtrum ordinarius cognoscere possit de delicto sui subditi in loco exempto commissio celebris est & obuia illius enim inuestigandæ ac discutiendæ occasionem superius perfunctorie attigimus lib. 2. quæst. 45. nu. 114.

Accidit homicidium nuper in claustris S. Petri loco exempto ciuitatis Leodiensis vnde non leuis orta est altercatio vtri cognitio competeret, an Præposito S. Petri qui isti Ecclesiæ, & claustris præest, an vero ordinario homicidæ.

Cuius decisionem, ne illotis, quod aiunt manibus attingamus, præludij loco animaduertendum est, quæ plures esse exemptionum species de quibus quantum opus fuit ante tractauimus li. 1. q. 2 inter quas quo ad hanc quam tractamus materiam hæc potissima est alias esse immediatas alias mediatas Illas, dico immediatas exemptiones per quas nullus agnoscitur ordinarius quam summus Pontifex immediata enim ideo est quia ab omni ordinario eximit, & exemptum subijcit immediate sum-

mo Pontifici. Has vero mediatas quæ eximunt quidem ab ordinario sed exemptum alteri cuidam Prælato subiiciunt de vtraque ante factis pro re quoque nata tractatum est d. li. 1. q. 2.

Quo præmissis dicendum est.

Primo Ordinarium posse inquirere & cognoscere de delicto sui subditi commissio in loco exempto Pontifici immediate subiecto.

Rationem adfert Petrus de Ancharano in repert. c. postulasti nu. 45. vers. si enim aliud de foro compet. Philippusque Francus id testatur etiam in cap. 2. §. statuto nu. 10. de constit. in 6. in hæc verba. Si enim aliud diceremus, remanerent crimina impunita, si delinquentes non haberent ibi alium ordinariū quam Papam ratione difficultatis conueniendi item quia interest ordinarij vt malis hominibus, suadicecesis purgetur propter delicta autem commissia in loco exempto turbatur quies diocesis. Ita ille.

Confirmatur hæc conclusio euidenti hac ratione. Exceptio delicti commissi in loco exempto, est de iure tertij. Francus d. nu. 10. vers. & hoc idem placet Baldo late Ancharanus d. n. 45. quam subditus aduersus intentionem ordinarij de iure communi fundatam obijcere non potest, arg. l. loci corpus §. competis ff. si ser. vend. c. capitulum sancti c. mandatum de rescriptis Petrus de Anchar. d. nu. 44. in fin. & ita etiam concludit Petrus de Ancharano, in d. §. statuto de const. in 6. & in rep. c. postulasti nu. 44. de foro competenti in decretalibus fol. 26 col. 3.

Neque huic conclusioni obstat quod locus exemptus & locus extra territorium æquiparentur Io. Andr. cap. 2. de constit. in 6. Fel. cap. graue nu. 2. de offic. ord. scripti supra li. 2. qu. 19 n. 4. Petr. de Anchar. d. c. postulasti n. 42. Item quod forenses & exempti a pari procedant, c. grauem vbi Abb. & Fel. de offic. ord. §. scripti supra li. 2. qu. 34 n. 2. ordinarijque subditum suum extra territorium delinquentem opinione diuersorum punire non possit Fel. ca. a nobis de sent. excō. Card. C. pastor. §. deniq. de re iud. v. s. li. 2. qu. Tū quia anceps & perplexa est quæstio nū ordinarius de delicto subditi in alieno territorio commissio cognoscere possit, vti plena disput. ostēdit Prosper. Farinae. in pract. crimin. li. 1. q. 7. & nos etiā supra succinctim, eandem attigimus li. 2. qu. 45 n. 114.

Tum quod æquiparatio loci extra territorium & loci exempti non subsistat, nec de vno ad alium apta concludensque semper argumentatio trahi possit id quod plena manu consuluit Federicus de Senis conf. 11. & post eum declarauit Philippus Francus d. §. statuto n. 10 & Petrus de Ancharano d. cap. postulasti, nu. 44. de foro compet. & etiam nos idem supra confirmauimus lib. 4. quæstione 103 per tot.

Tum quod argumentum a paritate rationis ab extraneis ad exemptos non procedat quoties dari potest instantia hoc est adferri ratio, cur in casu occurrente, similitudo paritas aut proportio subsistere non possit, cap. cum Martha vbi Abbas de celebrat. missarum Præses in locis legalibus loco à simili vers. quarto non procedit.



Porro certum est hac in hypothefi dari instantiã exemptoſq; prout & loca exempta longe magis ſubiici, & recognoſcere ordinarium quam forenſes aut loca extra territorium ſita loca enim exempta licet non dicantur eſſe de diœceſi attamen quin in diœceſi ſint ſita nemo eſt qui ambigat. *d. c. graue ubi DD. de offic. ordin. & Felin. in pr. Abbas ca. Abbatem de reſcriptis*, imo etiam loca exempta poſt poſita differentia particularum in & de opinione non paucorum dici poſſunt eſſe de diœceſi *Felin. d. cap. graue in pr. Imola cap. Abbatem de reſcriptis & Clem. 2. col. 1. de priuilegiis*. Quo fit vt ſupra curſum & velut per ſtatyram ex diuerſis Doctõrum vtriuſque ſcholæ Hypomnematibus decerperimus centum & ſexdecim Hypotheſes, in quibus ordinarij in exemptos, locaque exempta iurisdictionem ſibi poſſint vendicare, *li. 2. q. 45*. Longe certe magis in ſuum ſubditum in loco exempto delinquentem, Noxa enim caput ſequi ſolet *l. licet C. an ſeruus ex delicto*, & vt Marcus Cato teſtatur nequiter factum ſemper durat, & reum vbicumque comitatur. Et quidem hæc ſuccinctum quo ad prius huius quæſtionis membrum quæ fuſius deducere, & confirmare ab analogia eorum quæ à *Conarrutia Var. reſol. ca. 20. lib. 2. nu. 18*. Iulio Claro *qu. 38. nu. 18*. Molineo *ad conſ. par. §. 11. nu. 65*. Iacobo de Bellouifu *in rep. ca. Romana §. conſtet. nu. 118. de foro compet. in 6*. adducuntur potuiſſemus, niſi cum Cicerone *Rethor. 1. longitudine ſcripturæ legentium mentem inuoluere timuiſſemus*.

Secunda huius quæſtionis ſectio quæ conſiſtit in ea ſpecie quæ ab ordinaria quidem iurisdictione exempta eſt, ſed alium ordinarium aut quaſi ordinarium recognoſcit quam Papam ſibi immediatum ſuas etiam habet animaduerſiones. Et enim ſiue eiufmodi exempti prælatum aliquem recognoſcant ſiue capitulum, ſiue quem alium priuatum (vti Abbas diſtinguit, *ca. cum contingat nu. 5. 21. de foro compet.*) qui priuilegio conſuetudine aut præſcriptione, vr ante diximus *lib. 1. qu. 3. iurisdictione* acquiſiuerit, dubitationem mouet an eiufmodi perſonarum exemptarum aut locorum exemptorum iudex cognoſcere poſſit de delictis per ſubditos ordinarij in loco exempto commiſſis.

Reſpondendum eſt negatiue.

Primo. Quia ſicuti nulla dari poteſt exemptio ab omni ſuperiora ne dentur *Acephali* id eſt ſine capite aut Rectore vt ſunt locuſtæ dixi ſupra *lib. 1. qu. 3. nu. 16. in fine*, ita nõ poteſt dari ſubiectio, quæ duos ſuperiores in ſolidum recognoſcat. *Abbas d. cap. cum contingat. n. 18*. nec etiam conſuetudine poſſet introduci, vt in eadem ciuitate vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita quaſi miſtici corporis monſtrum, *Hoſtienſ. d. c. cum contingat & ibidem Abbas n. 18. Card. Clem. fin. §. vt illud n. 4. poſt med. de re iudic. quod fieret, ſi exemptorum locorum iudex, & loci perſonæ vt ordinarius cognoſcere poſſent de delicto per ſubditum ſuum in loco exempto commiſſo* *Card. d. §. vt illud num. 4.*

Secundo. Loca exempta ſunt diœceſi aut vt minus in diœceſi vti ante diximus ſubi

fieri autem non poteſt quod inferior prælatus ab Epifcopo habeat territorium in ea ciuitate vel diœceſi qua Epifcopus *Philipp. Francus cap. 2. §. ſtatuto num. 3. in fine de conſtit. in 6. Rebuff. l. pupillus, §. territorium ff. de verb. ſig. Abb. c. cum ab Eccleſiarum num. 10. in fine de offic. ord. late Cardinalis Clem. paſtoralis §. vt illud n. 4. de Re iudicat* territorium enim quod à terrendo dicitur *l. pupillus §. territorium ubi Alciatus ff. de verb. ſig.* Epifcopus habet in tota ſua diœceſi non vero alias prælatus ipſo interior *Abb. d. cap. cum contingat. n. 18.*

Tertio ſubditus ordinarij qui in loco exempto deliquit egreſſus locum exemptum, ſi à iudice loci exempti condemnaretur indieta cauſa condemnaretur licet enim ordinarius citare poſſit ſuum ſubditum extra territorium exiſtentem, vt ſe iuri coram ſe in territorio ſiſtat *Petr. de Ancharano in repet. d. c. cum contingat. n. 41. de foro compet. late Cardinalis d. Clem. paſtoralis §. vt illud n. 6. vide Ferrarien. in praxi tit. Forma inquisitionis n. 30. vti diſtinguit*. Attamen iudici loci exempti non licet citare nolentem ſubditum ordinarij. Extra enim illius diſtrictum impune ei non pareret *l. ſi. ff. de iurisdic. omnium iudicum*, nam & ſi quis iurisdictionem ad certum territorium reſtrictam extendere vellet extra illud territorium laterem laxaret, & tale imperium contemni poſſet *VVeſembeckius in paratitulis ff. tit. ſi quis in ius vocatus non venit. n. 1. Philippus Fran. d. c. ſtatuto n. 4. de conſtit. in 6.* Cum ne quidem ſententia legitime dicta extra territorium ius dicentis extendi poſſit *Abbas ca. poſtulaſti nu. 9. de foro compet.*

Quarto clericus qui in monaſterio alicuius Abbatis deliquit non ſubiicitur ratione criminis Abbatis, *Abb. d. c. cum ab Eccleſiarum n. 10. in fine*, ergo neque ſi ſubditus ordinarij in loco exempto delinquat id que ab Analogia de qua nos hæcenus *lib. 1. quæſt. 45. num. 5. & 7 c. poſtulaſti n. 9. de foro compet.*

Et quidem huius ſecundæ ſectionis dicta cum mica ſalis intelligenda ſunt & declaranda non procedere niſi loci exempti Prælatus ſeu iudex vel alius quiſpiam priuilegio, præſcriptione aut conſuetudine imperium merum vel mixtum aut iurisdictionem competentem acquiſiuerit *Abb. d. c. cum contingat n. 15. & ſcripſi lib. 1. quæſt. 3. & 6.*

Dixi primo priuilegio præſcriptione aut conſuetudine eo ſenſu quæ ante præmiſimus *d. q. 6. n. 12*. Hiſce enim modis iurisdictionem acquiri indubitatum eſt, *d. q. 6. Abb. d. c. quod ſedem*. Subnexui ſecundo de imperio mero mixto aut iurisdictione. Quia longe intereſt à mero imperio mixtum, & iurisdictione, vti examiſſim explicauit Ioannes Longouallius in Pariſiorum ſenatu cauſarum Patronum *Repet. l. imperium ff. de iurisd. om. iudic. Barth. & DD. l. imperium ff. de iurisd. om. iudic. ac ſuccinctius Panormitanus in. c. quod ſedem nu. 5. de offic. ordin. & cum eo aggregatiſſimi Canonici Doctores*. Et quidem licet hi dialecti meri mixtque imperij à civili iure ſeu potius Doctõrum iſtius ſcholæ hypomnematibus proceſſerint deriuarunt tamen



canonistę eodē dialectos etiam ad ea quę sunt sui fori, Abbas d. c. quod sedem n. s. vers. de iure vero Canonico uti ex Cathēgoria quę hic adijcitur videre est.

Merum imperium fori ciuiliſ secundum Barth. l. imperium ff. de iurisd. om. iud. diuiditur in

- Maximum, Quod competit Principi ut est condere legē
- Maius { Est animaduersio in fac inoffosos v.g. per vltimum supplicium, aut membri abscissionem aut mortem iulem, & similes pœnas.
- Magnum Est amissio libertatis per exsilium aut deportat.
- Paruum Relegare vel corpus acriter afficere.
- Minus, Modica coertio.
- Minimum Lenis castigatio.

Merum imperium fori Canonici diuiditur secundum Abbatem cap. quod sedem de offic. ordinarij in

- Maximum { Penes Papam cui ius est condendę legis cap. i. & cap. fin. de constit.
- Maius { Degradatio & traditio brachio sæculari æquiparatur vltimo supplicio Innocent. cap. qualiter & quando de accusat. late Ioannes de Lignano tract. de censur. Eccl. in princ. num. 5. & 6. Occ. vol. 16. fol. 27.
- Magnum { In deportatione cap. i. de calum. Detrusione in perpetuum carcerem quod ius canonicum permittit ciuile vero prohibet. Abbas cap. nominus n. 3. in fin. de verb. sig. & Apost. ad eundem Abbatem d. cap. quod sedem in verb. in Metal. lum Abb. cap. tunc de pœnis Ioannes de Ligna. ubi supra. Quid de damnatione ad triremes vide Nauarrum. De regul. Com. 3. nu. 52.
- Paruum { In relegatione & in infl. ctione verberum esp. accedens d. st. 50. c. 1. de calum. cap. in Archiepiscopatu de Raptoribus. In excommunicatione quę relegationi comparatur Fel. cap. 1. nu. 6. in fine de officio delegati.
- Minus { In modica delicti coertione ca. ex literis de offic. deleg.
- Minimum { In impositione multę quod & delegatus potest. de causis vbr. Abb. n. 3. & 12. de officio deleg. & in c. prater ea eodem titulo.

Prosequi examissim ea quę sunt imperij mixti & iurisdictionis res esset prolixior & ab hoc nostro instituto aliena v. Bar. d. l. imperium vbi citat DD. C. sig. Lingoual.

Itaque vt ad institutum præfens reuertar. si loci exempti Prælatus privilegio aut præscrip-

præscriptione quę fuerit merum imperium in loco exempto dubiū non erit quin delicto eo in loco commisso cognoscere, & etiā delinquentem punire possit Abb. d. c. cum contingat n. 15. Ioan. Gaufridus seu Collect. ibidem vers. sed quid si, Sed ita demum si in delinquentem manus iniecerit, nam si delinquens ibi nō inueniatur iurisdictionē in personam delinquentis nō habebit Abb. d. c. cum contingat n. 6. vers. si autem ibi non inueniatur c. fin. de foro comp. cap. Pastoralis de re iudicata.

Continuo quia locus exemptus largo modo, & improprie constituit territorium de 15 per se Gemin. c. 2. n. 19. de const. in 6. Rot. nouissima doc. 117. p. 2. Roland. cons. 33. p. 3. adeo quidē vt qui eiusmodi loco præest foraneos in eo delinquētes punire possit Collec. Io. Andr. Host. d. c. cum contingat. Quid autē si prælato loci exempti simplex notio aut iurisdicō cōpetat. Certe punire delinquentē non poterit, Abb. d. c. cum contingat. n. 15. quia ab hac iurisdictionis specie ad aliā quę maioris est pōderis inferri nō potest Fel. d. c. quod sedem n. 3. & 4. nam nec commissa causā cognitione executio cōmissa esse censetur Apost. ad Fel. c. sane n. 2. de offic. de leg. Gail. li. 1. obser. 1. n. 52. Abb. c. cum ab Eccle. n. 4. de offi. ord. imo neque decisio Abb. c. dilecto n. 1. de offic. Archid. & dic. c. cum ab Eccle. n. 4. nec ideo eiusmodi iurisdictioni ei vana erit aut inutilis, iurisdicō enim quę cōpetit sine coertione Abb. d. n. 15. pro executione aut iusticię complemento recursum habere potest ad ordinarium delinquentis Abb. d. n. 15. per iuris subsidium vel vt alij dicunt mutui compassus, vna enim iurisdicō debet per aliam adiuuari, quā de re suo loco tractauimus & etiam de imploratione ordinarij, vel etiam cum opus est brachij sæcularis non pauca traduntur a felino ca. significasti, de offic. ord. Abb. c. postulasti de foro comp.

Q V A E S T I O CX.

Subditus delinquens in loco exempto an puniri a suo ordinario possit secundum eius statuta.

S V M M A R I V M.

1. Subditi de delicto extra territorium commisso non tenentur.
2. Excommunicationis sententia non ligat subditum extra territorium existentem.
3. Ciuis extra ciuitatem delinquens punitur pœna statuti.
4. Ecclesia non est de territorio iudicis laici.
5. Laicus in ecclesia delinquens punitur a iudice laico.
6. Sententia particularis excommunicationis ferr. potest in absentem.
7. Homicidium in loco exempto commissum punitur pœna statutaria.

**D**E homicidio in loco exempto commisso per ciuem Leodiensem an is teneatur pœna statuta ciuitatis Leod. quę dicitur transmarina.



Et hæc quæstio pugnantēs habet sententias vti videre est apud Philippum Fracum in cap. 2. statuto, num. 14. de constit. in 6. & latius apud Petrum de Ancharano. cap. postulasi numer. 26. 44. & sequen. de foro compet. Barth. Baldum & alios doctores in l. 1. C. de summa trinitate.

1 Pro parte negante adfertur primo quod subditi de delictis extra territorium commissis non tenentur coram suo ordinario respondere cap. ut animarum §. 1. de constit. in 6. Anchar. d. cap. postulasi numer. 26. dispositio enim statutaria extra territorium statuentium non extenditur DD. d. l. 1.

Secundo statutum disponens super augmento vel diminutione pœnæ quo ad delictum de iure communi prohibitum videtur tantum disponere super qualitate, quæ facilius mutatur quam substantia delicti l. in delictis §. si decreta ff. de noxalibus. Sed cum disponit de subiectio delicti hoc est vt sit delictum, id quod iure communi pro delicto non habetur, videtur disponere de substantia delicti, quod extra territorium non porrigitur Petr. de Anchar. d. n. 26.

2 Tertio sententia excommunicationis non ligat subditum extra diœcesim delinquentem tex. cap. 2. §. statuto de constit. in 6. Ioan. Andr. & DD. ibid. extra enim territorium ius dicenti impune non paretur d. c. 2. §. extra.

At vero pro affirmante sententia stant etiam vt aiunt amentatæ rationes.

3 Prima ciuis extra ciuitatem seu territorium delinquens punitur pœna statuti, l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. l. mercatores C. de commerciis.

Secunda loca exempta dicuntur esse in diœcesi, imo de diœcesi vt præcedente quæstione diximus proinde subditus in loco exempto delinquens statuti ordinarij sui ligare debet Anchar. d. c. postulasi n. 44. æquiparatio enim loci exempti & extranei hoc in casu non procedit: Tertio Ecclesia non est de territorio iudici laici Frac. d. §. statuto n. 14. & tamen laicus in Ecclesia delinquens punitur per iudicē sæcularē l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Clericis Franc. d. c. l. n. 14. Auth. si quis C. de adulter. Barthol. d. l. 1. num. 47. vers. præterea si aliquis.

4 Quarto sententia excommunicat. particularis ferri potest contra absentē in alieno territorio existentē Fran. d. c. statuto n. 12. c. cū sit de appel. vbi DD. c. a nobis de sent. excom. longe magis aduersus subditum in loco exempto existentem sunt enim loca exempta in diœcesi constituta c. graue vbi DD. de offic. ord.

Quid autem in hoc opinionum conflictu dicendum sit dilucide distinxit Bartholus d. l. 1. n. 48. C. de summa trini.

Ex cuius teoria decidi poterit quæstio quæ vsu venire potest in homicidio commissio per subditū ordinarij in loco exempto, nū vltra pœnā ordinariam legis Cornelij de Sicarijs teneatur ad extra ordinariā illam, & statutariam quæ est in ciuitate Leodiensi, & banna illius Leucali videlicet voiagium transmarinum corporaliter peragendum ita quod si homicida reperiatur in ciuitate Leodiensi vel banna

illius

illius leucali & ibi apprehendatur, antequam legitimam probationem de Innocentia, & inculcata tutela docuerit debeat mori seu capitari, etiam si post capturam paratus esset docere de defensione in culpata tutela. De qua statutaria pœna cognoscit regimentum ciuitatis quod constat ex consulibus, sexaginta quatuor iuratis, & quatuordecim scabinis coram quibus homicida sese purgare debet. De ordinaria vero pœna, ordinarius homicidæ vt sunt Scabini inter laicos, officialis vero inter clericos.

Certe dicendum est homicidium hoc in calu teneri ad prædictam pœnam extra ordinariam videlicet voiagiū transmarinum ratio est quia statutū disponit de homicidio commissio in ciuitate Franciscia, & Banna leucali porro hætenus sepe probatū est hoc lib. 9. 103. loca exempta sita in diœcesi vel quod per inde est in ciuitate Franciscia & Banna leucali dictio enim illa in solet esse inclusua Alciat. l. si quis dixerit ff. de verb. sig. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glo. 11. n. 74. Proinde non refragatur argumentū à loco exempto ad locum extra territorium illi enim hætenus aliquoties respondimus d. 9. 103. Similiter quoque nec argumentum à persona ad locum de quo Præses in locis loca à persona ad locum. Non enim sequitur exemptus committens homicidium in diœcesi non punitur pœna hac extraordinaria ergo neque subditus committens homicidium in loco exempto obstat enim diuersitas rationis quo casu argumentatio hæc non subsistit vt hæc & alia si opere prætiū esset fufius ex doct. iuris possent comprobari late Alciat. & DD. l. viuum ff. si certum petatur.

## Q V A E S T I O C X I .

Iudices exemptorum quales habeant censuras animaduersiones executionea

### S V M M A R I V M .

- |   |  |
|---|--|
| 1. Iurisdiclio non presumitur.  | Canonica.  |
| 2. Qualiter probatur tam ordinaria quam delegata.   | 8. Iurisdictioni competunt quadam censure.   |
| 3. Decanus & capitulum iurisdictionem pratendens ordinariam in collegijs eam probare debet. | 9. An autem ius pœna vel multa indicienda.   |
| 4. Delegata iurisdiclio etiam probanda.   | 10. Vno commissio omnia comissa censentur sine quibus commissio expediri non potest. |
| 5. Censura varie vsurpantur, & quid sint.   | 11. Iurisdiclio competens sine censuris non ideo est inutilis.                       |
| 6. Pœna alie corporales alie spirituales.   | 12. Iudices inferiores non habent ius in carcerandi.                                 |
| 7. Censura differunt ab animaduersione, districtione seueritate, disciplina pœna            | 13. Incarceratio est meri imperij.   |

Fff 3

14. Nijf



14. Nisi tamen prescriptione vel aliter acquisierint.  
 15. Episcopi, Legati, Papa & alij ordinarij habent merum imperium.  
 16. Item conseruatores.  
 17. An possint sibi creare apparitores armigeros.  
 18. Maiores iudices an possint militari manu sententias suas exequi.  
 19. Possunt auxilium saculare vel alterius inuocare.  
 20. Inferiores non possunt inuocare Brachia saculare nisi prius requisito auxilio ordin.  
 22. Maiores iudices an possint mittere in possessionem.  
 23. Inferiores iudices non habent ius sisten-

**I**N foro frequens est & perquam obuia hæc quæstio quam ne illotis vt aiunt pedibus ingrediar. Præmittendum 1. iurisdictionem non præsumi sed probandam esse late Masc. de probationib. vol. 2. concl. 946. 947. 948. & 1054. iudex enim nullus præsumi potest Bald. l. 2. col. 12. vers. sed hic obijciatur C. de seruit. & aqua, quia iurisd. est qualitas seu accidens, quod naturaliter nõ inest, ideoque necesse est vt probetur glo. & DD. c. si forte de elect. in 6. Abb. c. postquam, n. 7. de elect. Vantius de nullit. sent. tit. de nullit. sent. ex def. iurisd. ord. n. 12. Extenditur vt iurisdic. etiam ordinaria veniat probanda Mascard. d. concl. 946. eaque probatio multipliciter fieri potest. In primis per scripturam seu literas patentes Van. d. n. 12. Bald. l. prohibitum C. de iure fisci li. 11. add. supra li. 1. q. 7. quæ tamen necessariæ non sunt quando quis se pro ordinario gerit, & pro tali reputetur, tunc enim literis opus nõ est Mascard. d. concl. 946. n. 14. & 15. Vant. tit. quibus mod. sent. nulla repar. n. 21. nam & cum iurisdic. iudicis est patēs & notoria non est aliter probanda Vant. d. loco Bald. l. si qua per calumniam col. ult. vers. deinde quæro legatus C. de Episc. & clericis. Signanter lite contestata aut iudicio prorogato, qui enim personam tanquam talem approbavit non potest postea, nisi legitimis probationibus, quibus ea propter prægrauatur eadem improbare Masc. d. concl. 946. n. 19. Vant. de nullit. ex def. iurisd. ord. n. 23. & qualiter sent. possint reparari n. 26. Rursum probatur per concessionem ab habente potestatem, Masc. d. concl. 1054. n. 1. & 7. l. 1. vbi DD. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. Præterea consuetudine, prescriptione & cum contingat vbi DD. de foro comp. & c. auditis de prescrip. Masc. d. loco, n. 14. quæ probari etiam potest per testes singulares, Masc. late d. concl. 948. non tamen si in actibus eiusdem speciei iurisdictionis non conueniant vt coniungi

- di seu arrestandi.  
 Episcopi non possunt saisire bona que territorium respiciunt.  
 24. Delegati inferiorum sententias suas nõ exequuntur.  
 26. Simplicem habens cognitionem non potest decidere neque exequi.  
 27. Ordinarij possunt statuere & sancire sub pœnis pecuniarijs.  
 28. Decani de consuetudine habent iurisd.  
 29. Capitula quam habeant iurisdictionem  
 30. Abbates qualem habeant iurisdictionem  
 31. Quid si Abbas sit negligens.  
 32. Abbates non habent territorium.  
 Non puniunt subditum ordinarij in monasterio delinquentem.

fungi possunt Mascard. d. conc. 948. numer. 3. & seqq. & concl. 1054. numer. 18. & 20. Fel. licet causam nor. 7. de probat. late Balbus de prescrip. 2. part. 1. partis. principalis q. 2. n. 37. quod iterum limitatur, nisi alius in quasi possessione iurisdictionis existat. Balb. d. q. 2. n. 27. Mascard. d. q. 1054. n. 21. Denique iurisdic. probatur per concessionem officij cui iurisdic. ordinaria est annexa Mascard. d. concl. 1054. n. 9. vt est officialis, aut vicarius Episcopi in spiritualibus dixi li. 1. q. 1. n. 9. & 16. Duces Marchiones Comites in temporalibus Mascard. d. concl. 1054. n. 9. Similibus modis probari potest iurisdic. quasi ordinaria quam Prælati exemptorum solent sibi in exemptos vindicare de qua ante hac quædam tradidimus lib. 4. q. 20. Proinde Decani, aut Capitula si iurisdictionem quasi ordinariam præendant in collegas seu singulos de capit. in casibus à iure cõmuni non concessis de quibus supra dixi li. 2. c. 47. est quod legitimo modo id comprobent. Sic & in alijs particularibus iurisdictionem aliquam prætendentibus respondendum est quamuis quæstio sit, num priuato possit iurisdic. competere, cuius solutio compendij gratia petenda est ab Abbate d. c. cum contingat. Postremo & iurisdic. delegata probanda est Innoc. cap. venerabili n. 5. de censibus Fel. c. cum in iure de off. del. quare si à delegato petatur vt de mandata sibi iurisdictione doceat eoque postposito ad vltiora procedat totum id quod ab eo geritur est ipso iure nullum, Innoc. & Fel. d. loco Bald. l. ea quidem col. 4. n. 14. C. de accusat. & in l. 1. in fin. C. qui & aduersus quos Fel. d. c. cum in iure num. 10. in fine.

Longe magis si alicui negetur, iurisdictionem delegatam competere Innoc. Bald. Fel. ibidem Mascard. d. Concl. 946. n. 7. quod in ordinaria iurisdictione secus est. Sola enim negatio ordinariam iurisdictionem dubiam non facit, antequam exceptio legitime sit probata Rot. dec. 6. de excep. in nouis Mascard. d. concl. 946. n. 7. & 15. & ita conciliandus Baldus c. 1. §. vlt. in fin. sinter dum. & Vall. de inuest. li. 3. oriat. & Berta-chinus de Episc. 7. part. li. 4. q. 8. dicentium gesta per vicarium non valere nisi de eius mandato constet vti in delegato.

Præmittendum 2. Antiquitus Censuræ nomen varie fuisse vsurpatum, vti examusim describit Ioan. de Lignano tract. de censu Eccl. in pri. n. 24. & seqq. quo ad huius quæstionis materiam censura defimitur à verbo cenfeo quod est iudico statuo decerno l. censere ff. de verb. sig. vbi Alciat. l. senatus censuræ ff. de pet. hered. Proinde censure Ecclesiastica quia nomen complexum est, neque d. finiri neque etimologifari potest, sed describi tantum vti inquit Aristoteles li. 2. Topicorum non tanta tamē polilogia qua Nauarrus in Manuali c. 37. n. 1. Sed magis genericæ & concise vt sit ad instar censoriæ virgulæ Romanorum de qua late Boan. de Rep. li. 6. c. 1. & alijs ciuilibus doctrinæ scriptores item Erasmus in Chibadibus, quædam animaduersio seu correctio Ecclesiastica potissimum consistens in duplici specie pœnarum corporaliũ, & Spiritualium Io. de Lignano dicto loco nu. 6. & 7. Corporales pœna ad instar pœnarum iuriscialis corpus affligunt, quod enim v. g. apud ciuilibus sciẽtiæ professores erat



erat damnatio in metallum id apud Canonistas est damnatio ad perpetuos carceres *c. pen. §. 1. de hereticis* in seruitem redacti *cap. eos, dist. 32.* traditio seculari curiæ *cap. statumimus 15. q. 1. venditio c. quidam clerici dist. 87.* Relegationi vero, succellit detrusio in monasterium *c. Episcop. autem dist. 50. c. Rom. d. 18.* alijsque pœnis ciuilibus, aliæ Canonice pœnæ per analogiam successerunt, uti ex scemate antescripto qu. plenius videre est. quas etiam Io. de Lignano describit succinctius, spirituales vero pœnæ spiritum, animamque magis concernunt *Abb. c. Nuntius, n. 1. de decimis* ex quarum specie sunt censuræ quæ triplices esse recensentur *c. quæren. ubi Abb. de verborum signif. c. cum Clerici ubi Abb. n. 4. de pactis* scilicet excommunicatio suspensio interdictum. Præmittendum 3. censuras specialius loquendo differre, ab animaduersione Ecclesiastica distinctione Canonica seueritate disciplina pœna Canonica etenim censura proprie loquendo respicit spirituales pœnas *Abb. d. cap. Nuntius* ut sunt, excommunicatio suspensio interdictum *d. cap. quærenti* At vero nomine animaduersionis, seueritatis distinctionis Ecclesiasticæ venit alia pœna extrinseca secundum delicti qualitatem *Abb. d. cap. cum clerici nume. 4. de pactis, & in d. c. Nuntius, n. 2. de decimis* licet quandoque inter se simbolisent & distinctio Ecclesiastica pro censuris excommunicationis, suspensionis, interdictisque versus peritur *Abb. c. pro illorum n. 2. in fine de præbendis & in cap. 1. nu. 14. de iure iurando* Appellatione vero Ecclesiasticæ disciplinæ venit sententia censuræ ut est excommunicatio suspensio interdictum *Abb. c. 1. nu. 1. vers. nota 2. de pactis.*

8 Denique appellatione pœnæ Canonice venit pœna depositionis cum nota infamiae *Abb. cap. 2. nu. fin. in fine, ne prælati vices suas.* Hisce ita præmissis prima sit Conclusio Iurisdictiones quantum vis odiosæ ut sunt extra ordinariæ prout legatorum *de quibus antea lib. 1. qu. 4. & li. 2. qu. 2. n. 20. & 21.* certas quasdam habent censuras *Abb. c. licet nu. 3. de pœnis.* seueritates seu animaduersiones Ecclesiasticas quibus refractarios suæ iurisdictioni possunt coercere *Abb. & Fel. c. præterea de offic. delegati.* elegantique Longouallius modostuendæ suæ iurisdictionis enucleat *Rep. l. Imperiū par. 3. §. venio admixti fol. 37. ff. de iurisd. om. iud.* Dixi autem seueritates vel animaduersiones Canonicas quia animaduersio siue seueritas alterius est speciei quàm censura, censura enim comprehendit tantum uti genus subalternū excommunicationem interdictum, & suspensionem *ex. cap. quærenti de verb. sig. Abb. de cap. præterea num. 2. in fine.* At vero animaduersio Canonica seu seueritas Ecclesiastica uti generalior comprehendit præter censuras ius multandi puniendique extraordinarie *Abb. d. numer. 2.*

9 Ideoque sit ut qui iurisdictionem habet possit non tantum diras illas censurarū pro re nata fulminare sed & contumaces punire & seueritatem Canonice exercere multando extra ordinarieque puniendo *Abbas c. de causis, n. 3. & 12. & ibid. Fel. n. 9. de officio deleg. Longouallius d. l. imperiū par. 3. §. superest fol. 50. vers. adde de offic. deleg. D. D. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

Dixi

Dixi ut qui Iurisdictionem habet etenim ut censuræ exerceri ab aliquo possint requiritur ut exercens Iurisdictionem habeat, seu ut sit Iudex *c. præterea verb. Iudex de appell. ubi Anch. n. 1. & c. penult. de sent. excom.* deinde ut sit Ecclesiastica iurisdictioni *c. bene quidem dist. 96.* denique potestas exercendi censuras *c. si. de excess. Pralat. c. præfenti de sent. excom. in 6. Anch. d. n. 1. Nau. in Man. c. 27. n. 1.* Vnica itaque sit conclusio, huius primæ ratio quod vno commisso omnia commissa censeantur sine quibus commissio exerceri non potest *l. fin. ff. de Iurisd. om. iud. late Longouall. Rep. l. Imperiū ff. de iurisd. om. iud.* quæ theoriam *Fel. d. c. præterea n. 4. de offic. del. subtiliter variatq; ampliat & restringit.* Conclusio autem hæc prima cum mica salis intelligenda est nisi concessione præscriptione, priuilegio vel aliter eiusmodi censuræ vel coerciones iurisdictioni legitima sint ademptæ vel aliter cumq; Iurisdictioni coarctata, *Abb. d. c. cum contingat n. 15. in fin. Apost. ad Fel. c. sane n. 2. verb. execut. de offic. deleg. Abb. c. dilecton. 1. de offic. Archid.* Iurisdictioni enim potest alicui etiam sine coercionem competere *Abb. d. n. 15.*

Neque ideo vana erit aut infructuosa talis modi iurisdictioni, quod innuere videtur II legislator *d. l. fin. pro* coercionem enim recursus haberi poterit ad ordinarium. *Abb. d. c. cū contingat n. 15. in fi.* Quid porro dicendum sit si iurisdictioni demandata sit cum distinctione canonica, aut disciplina Canonica uti pœna canonica, hætenus in principio huius quæstionis dictum est. Dubitare autem quispiam poterit vsque ad quam summam sit modus multæ statuendus. Distingui solet inter inferiores iudices & maiores, maiores dico, eos qui ordinarij sunt veluti, Episcopi aut Legati, Papæ, vel Principis, *Abb. c. quod sedem n. 7. in fin. de off. ord.* minores vero seu inferiores qui sunt subdelegati, seu delegati, delegati *Abb. d. c. de causis n. 13.* Itaq; inferiores illi in modo multæ excedere non possunt, sex aureos *Abb. d. c. de causis n. 13.* maiores vero possunt excedere & arbitrari multam secundum quantitatem, seu causæ qualitatem, *Abb. d. n. 13.* ita tamen ne se auaritiæ æruscationisque suspectos reddant *c. licet 1. n. 2. 49. de pœnis.* Proinde iudices in indicenda multæ stateram illam diuinam Innoc. IV. Pontif. in *c. 1. de sent. & re iudic. in 6.* assumant & æquo libramine perpendant qualitatem personarum, causæ naturam, & culpæ *l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui not. infam. c. notandum. 2. q. 3. & eleg. Petr. de Anch. c. de causis vers. 5. nota de off. deleg.* ne in Scopulos illos disputationū sese & litigatores iniiciant. Nū excessus in modo multæ totā multam vitiet *Apost. ad Abb. d. c. de causis n. 12.* cuius decisio vix posset sine cadmea quæ aiunt victoria reportari.

Secunda Concl. Iudices inferiores in quorum categoria sunt delegati non habent I 2 incarcerationi potestatem. *late Farinaceus in pract. crim. l. 1. tit. 4. q. 27. n. 6. & 7. Castr. l. cū proponas C. de bonis autor. iud. possid. Boer. dec. 215.* incarcerationi enim est meri Imperiū quæ iudicibus inferioribus aut delegatis solam iurisdictionem habentibus non con. erit I 3 *glo. l. consentaneum & ibi Bald. col. 3. vers. quæro nunquid deleg. C. quomodo & quando iudex & late Farina. d. n. 7. VVesemb. in paral. ff. tit. si quis ius dicenti non obtemper. n. 2.* Quod declarandum est primo nisi captura fiat non ut de causa cognoscatur, sed ut captus ad

Ggg

Iudi-



Iudicem competentem remittatur, nam eo fine minoribus magistratibus captura cō-  
 peteret. *Farina. d. qu. 27. n. 5.* Declarandum tunc quando carceratio fit ad pœnam  
 tunc enim est meri Imperij. Secus quando ad custodiam, nam tunc etiam pedaneis iu-  
 dicibus est permissa *Bald. d. l. Imp. col. 3. ff. de iurisd. om. iud. Bert. tr. de Episcopo l. 4. p. 3. n. 3.*  
 Declarandum 3. nisi inferiores illi iudices privilegio consuetudine, aut præscriptione  
 14 eiusmodi ius acquisierint uti hac & quaestione præcedente dictum est, & fusius vide-  
 re est apud Francisc. Balb. tract. de præser. in 1. p. 5. partis 9. 11. & Abb. d. c. cum contingat.  
*n. 15. de foro comp. & in c. 2. n. 4. ne prælati iudices suas Mascard. de prob. vol. 2. concl. 1054. nu.*  
*14. Cardin. Clem. fin. §. ut illud n. 4. in fin. de sent. & re iud.* Declarandum quoque 4. nisi  
 eiusmodi facultas ab habente potestatem eis sit delegata vel subdelegata. Licet enim  
 civili iure quæ mererant Imperij delegari non poterant *DD. l. imperium ff. de iurisd.*  
*om. iudic.* Iure tamen Canonico quin delegari possint dubium non est *Fel. c. quod sedem*  
*de off. ord. ubi & DD. isto enim iure quicquid est cognoscibile est delegabile Fel. d. c. si-*  
*gnif. in pr. de off. deleg. quicquid de reservatis Principi senserit Felin. in c. quod sedem n. 2.*  
*de off. ord. esset id enim principibus qui sunt exleges legem dicere late Longouall. d. l.*  
*imperium par. 3. vers. 4. erit restrictio fol. 34.* Signanter etiam cum à principe, aut eo qui  
 principis vice fungitur delegantur. *Abb. d. c. quod sedem n. 7. vers. princeps autem DD.*  
 15 *l. Imperium ff. de iurisd. om. iudic. Masc. d. concl. 1054. n. 4.* Tertia conclus. Episcopi Legati  
 Papæ & alii ordinariam iurisdictionem habentes, habent merum Imperium & pro-  
 inde censuras & ius incarcerandi *Abb. d. c. quod sedem n. 7. vers. in Eccles. Abb. ca. cum*  
*ab Ecclesiarum, n. 4. de off. ord. Card. d. clem. fin. §. ut illud nu. 4.* Idem dicendum de Con-  
 16 servatoribus, sunt enim de maioribus iudicibus, & à Papa, seu Principibus iurisd. ha-  
 bentibus delegati, & iurisd. vniuersalē & quasi ordinariā habentes, *Nau. cons. de off. de-*  
*leg. Abb. d. c. de causis n. 13. de off. deleg. & d. c. quod sedem n. 7. & late notauit supra l. 1. qu. 39.*  
 Quæ tamen Conclus. Io. Longouallio *Rep. l. Imperium par. 4. §. sequitur. 3. fol. 85. de iur-*  
*isd. om. iud.* indistincte non placuit. Is enim non aliter concedit Episcopis & alijs Ec-  
 clesiasticis optimatibus ius clericos suos præhendendi seu incarcerandi, quam si eos  
 pro tribunalibus suis & in ipso iudiciorum loco deprehenderint, Cum inquit ij terri-  
 17 torium non habeant. Sed incidenter quærit quispiam quomodo eiusce speciei iudices  
 iurisdic. suam factam tectam conseruabunt, cum apparitores seu homines armatos  
 non habeant nec Episcopi habere possint prout nec alij iudices qui gladium tempo-  
 ralemue iurisd. non habent uti contra *Bald. in l. nam salutem §. fui ff. de off. præfect. vigi-*  
*lum* censuit *Abb. ca. cum non ab homine n. 8. de iudicis & Felin. c. signific. n. 4. de foro com.*  
 18 Respondetur primo, quod virtute suæ delegationis aut iurisdictionis poterunt sibi  
 Officiales seu apparitores addiscere quorum manu & opera iurisdictionem suam pos-  
 sint exercere & Censuras suas & alias seueritates Ecclesiasticas executioni deman-  
 dare *Abb. d. c. præterea n. 4. Gaill. l. 1. obs. 35. n. 9.* Aut certe poterit familiam ordinarij hoc  
 19 est illius apparitores impetrare *Castr. l. 2. n. 5. ff. de iurisd. om. iud.* Respondetur 2. Maio-

res

res iudices hoc est qui merum habent imperium posse manu forti id est manu militari  
 mandata decretaue sua executioni demandare, si vera est opinio Ioan. Gaufredi seu  
 Collectarij *d. c. significasti n. 1. de off. deleg.* qua de re eodem loco plenius per *Felin. d. cap.*  
*significasti nu. 3.* aut certe poterunt inuocato auxilio brachij sæcularis. *Collect. c. 1. nu. 8. de*  
 20 *off. deleg. & c. cum non ab homine n. 4. de iudicis Abb. & Fel. d. c. significasti, late Andr.*  
*Gaill. lib. 1. obs. 105.* idque etiam si specialiter id eis Commissum non sit uti voluit idem  
 Collectarius *d. c. 1. n. 8. ubi Apost.* quod tamen à *Felin. in d. c. significasti nu. 2. vers. 4.* in  
 21 disputationem reuocatur. At vero inferiores illi iudices non possunt brachiū sæculare  
 inuocare nisi prius requisito auxilio Episcopi *Collect. d. c. 1. n. 8. & d. c. cum non ab homine.*  
 Auxilium enim Ecclesiæ prius debet deficere quam auxiliū seculare possit implorari  
*Collect. ibid. c. sane 7. q. 1. c. 2. de except. in 6. c. cum ab Ecclesiarum ubi Innoc. de offic. ord. in*  
*Archid. c. Administratores 23. qu. 4.* Respondetur 3. Maiores iudices habentes merū  
 22 Imperium posse mittere in corporalem possessionem *liubere ff. de iurisd. om. iud. l. nec*  
*quicquam §. ubi decretum ff. de off. proconsulis. Innoc. c. tua ut lite non contestata Collect. d. c.*  
*significasti.* Minores vero iudices decernere possessionem minorem scilicet eam quæ  
 fit custodia causa cum aliqua causæ cognitione *l. g. §. 1. & 2 l. si finita ff. de damno infecto*  
*liubere cauere §. 1. ff. de iurisd. om. iud. ita Innoc. d. c. tua.* Non tamen si ij Ecclesiastici sint  
 poterunt mittere in possessionem bonorum laicorum, sed equirere debebunt iudicem  
 23 laicum, ut immittat *Fel. d. c. significasti nu. 4.* Ecclesiastici enim iudices bona im-  
 mobilia quæ territorium respiciunt saisire non possunt inquit *Rebuffus l. pupillus §.*  
*territorium ff. de verb. signif. quod an in delegatis Papæ procedat sunt affirmantes Spe-*  
*cul. de 2. decreto §. Resat. n. 2. Castrens. l. 2. nu. 5. ff. de iurisd. om. iud. & Negantes sententiæ*  
*v. Collect. & Fel. d. c. significasti.* Quarta Conclusio inferiores iudices ut etiam sunt de-  
 24 legati non habent ius procedendi per arresta bonorum *Castr. l. qui iurisdic. nu. 6. ff. de*  
*iurisd. om. iud. Farin. in pract. crim. l. 1. tit. 4. q. 27. n. 6. & 7.* Cum enim ij executionem nō  
 habeant ut dicitur statum etiam missionem non habent, *Castr. d. l. 2. n. 6. & Barb. n. 2.*  
 neque ius procedendi per arresta & bonorum adiudicationes, quæ territorium non  
 vero personam respiciunt *Card. Clem. fin. §. ut illud n. 4. de Reuocata.* Nam destructo  
 consequenti in quo stat ratio antecedentis destruitur antecedens, & cum prohibetur  
 certum quid videretur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud *Præses loco*  
*à destructione consequenti, ad destruct. antecedentis,* accedit quod arresta & abiudicatio-  
 nes plurimum cum missionibus in possessionem bonorum simbolisent, *Mol. in con-*  
*suetud. Paris. tit. 2. gl. 1. verb. arrest. Peck. de iur. sist. c. 1. n. 5.* æquiparatorum autem eadem  
 solet esse ratio, atque iuris dispositio *Præses loco ab æquiparatis* Confirmatur 1. quia ne-  
 24 quidem Episcopi temporalem iurisdic. non habentes saisire possunt vel sequestrare  
 bona quæ territorium respiciunt *Rebuff. l. Pupillus §. territorium ff. de verb. significati-  
 onibus & idem Rebuff. in glo. concordatorum tit. de nom. Reg. §. 1. verb. morib. v. Card. d. Clem.*  
*1. §. ut illud nu. 4.* Confirmatur 2. quia delegati illi inferiorum à principe suas senten-

Ggg 2

tias



tias exequi non possunt opin. Ioan. Andr. & Anth. de Imola c. si quis contra Cleris. de foro compet. item Andr. Gail lib. 1. obs. 1. n. 52. Abb. c. ab Eccles. n. 4. in fin. de off. ord. quamvis non opinione Fel. d. c. signif. nec Longoualli d. l. Imper. p. 3. §. superest. vers. 5. fol. 51. vbi late & sequatium. Ergo neque alij qui parem aut maiorem iurisdic. non habent, parium enim eadem est ratio. natura atque potentia *Præs. in locis loco a pari*, & a pari causa inquit Aristot. l. 3. *Physices*. relatus à Nau. in man. c. 3. n. 14. vers. ex quo, in pari subiecto par producit effectus, vtrum vero id procedat etiam in pignore prætorio hoc est quod in contumaciam, contempte iurisdictionis decernitur videri poterit apud And. Gaill. de Arrest. c. 11. n. 6. & 7. Proinde iurisdictionis hæc materia, cum sit anomala semper metienda est à iure & tenore præiudicij consuetudinis præscriptionis *Abb. d. c. cum contingat* §. c. 2. n. 4. ne Prælati vices suas, Gaill. d. l. 1. obseru. 35. n. 9. & seq. prout & in delegatis ab eorum commissione quemadmodum ante hæc ex *Abb. c. dilecto n. 1. de offic. Archid. Felin. c. sate n. 2. vbi Apost. verb. executio de off. deleg.* & aliis probauimus, materia enim hæc est anomala quæ certa & indefinita regula circumscribi non potest.

26 Quinta Concl. iurisdic. quæ intra Cancellos circumscripta est non modo non exempt. non habet *Apost. ad Fel. d. c. sane n. 2. Gaill. d. obseru. 1. n. 52. Abb. d. c. cum ab. m. 4.* sed nequidem decisionem *Abb. d. c. dilecto n. 1.* proinde semper hæc in materia velut ad scopum vis & iurisdictionis attributæ potestas semper est intuenda *Abb. d. cap. cum ab. numer. 4.*

27 Sexta Conclusio Episcopalem iurisdic. aut quasi Episcopalem habentes cum habeant metum Imperium vti dicitur est supra, possunt statuere sub pecuniariis pœnis *Bald. Rubr. de const. col. 2. ver. quero an Episcopi*. Imo pœnam iuris in aliam pecuniariam pœnam conuertere *gloss. cap. licet. de pœnis Don. cap. quoniam dist. 18. Fel. cap. irrefragabili* §. Cæterum nu. 7. de offic. ordinar. Nam in pœnis iuris soli Episcopi dispensant *gloss. d. cap. licet, & Felin. d. n. 7.* Imo & alij inferiores, antequam sententiam protulerint iuxta *Abb. d. cap. licet num. 6.* Sed & quandoque post sententiam cum res ita exigit vt inopia condemnati *Abb. d. num. 6.* non vero inferiores in enim regula canonum vincuntur *Fel. d. nu. 7.* Cui autem applicanda sit eiusmodi pecuniaria pœna an Episcopo condemnati an vero in piam causam vel ei cui iniuria illata est non est huiusce indaginis *v. Abbatem c. presbiteri nu. 3. & d. cap. licet per fol. vbi. Apost. de pœnis.*

Adieci autem initio huius Conclusionis iurisdictionem quasi Episcopalem. Quia hæc iurisdictioni Episcopali quadratenus, æquiparatur *gloss. Clem. 1. verb. proprii de Reb. Eccles. non alien.* & v. supra lib. 4. qu. 20. nom. & dicitio hæc quasi solet esse expressiua veritatis *l. si vero §. item quicquid ff. sol. Mat. l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. Albert. de Pergamo de præposit. nu. 92.*

28 Septima Concl. Decani in multis Ecclesiis de consuetudine habent iurisdictionem quasi ordinariam, nam sacris interdunt, *cap. dilecto de appellat. vbi excommunicant. cap. dilecto de sententia*, adeo quidem vt glossographus censuerit Decani iurisdictionem ordi-

ordinariam esse Episc. tamen inferiorem, *glo. c. cum ab Eccles. de offic. ord. Card. Clem. 1. §. ne igitur n. 4. de celeb. missar. & ideo dignitatem habere c. super specula ne clerici vel Monachi Alcia. l. non plures vers. decani C. de sacr. Eccles. l. 1. & 2. vbi DD. C. de Decanis l. 12* atque curam animarum *c. dudum 2. de præbendis*. Decani porro in omnibus fære Europæ Ecclesijs censeantur qui præfunt Ecclesijs Canonorum in Choro confessu suffragijsque ferendis vti animaduertit Hostiens. *ca. dilecti de appell. atque eximie doctrinæ e Societate Iesu Pater Azorius De iustitia & iure par. 2. c. 17. li. 3.* & nos quoque supra hæc de re quædam tradidimus *lib. 2. q. 47.* Itaque possunt Decani censuras exercere in collegas *Innoc. d. c. cum ab Eccles. Card. d. §. ne igitur*. Item excommunicatos ob iniunctionem manuum in se inuicem absoluere *Card. d. n. 4.* an autem dispensare possint, & in quibus causis, vide *Card. Sabarell. d. n. 4. & 5.* Dixi autem in principio de consuetudine quia secus de iure *colle. d. c. cum ab Eccles. & c. Arch. Couis de off. Archid. iurisq;* scripti ratio aut dispositio iurisdictiones tot. ordinarias non cognoscit *c. cum Episc. de off. ord. in 6.* vel certe Decani censuras habent quia per electionem capituli iurisdictionem acquirunt in capit. & per sequentem confirmationem Episc. excommunicandi facultatem *colle. d. c. cum ab Eccles. n. pri.* Octaua conclusio capitula etiam certis quibusdam 29 casibus censuras exercere potest, *dixi sup. l. 2 q. 47.* quod nõ dubie procedit non modo cū iurisd. habent, sed si vt potest maius imperium præscripserit *Abb. ca. cum contingat n. 12. Apost. de foro compet.* Nona conclusio Abbates & alij Prælati regulares iurisdictionem habent & censuras tum in ciuilibus quam in criminalibus contra eorū Monachos *Abb. c. cum ab Eccles. n. 10. §. 1. num. 4. de celebr. missarum* qua de re late videatur Nauarrus *tract. de Regularibus & Compendiose Abb. iam laudatus*. Quid poro si Abb. 31 negligens sit in iustitiæ administratione an recurri poterit ad ordinarium vide ea quæ hæctenus tradidimus *li. 4. q. 30. & Abbatem d. nu. 10.* Quid item si subditus ordinarij delictum committat in monasterio traditum est supra & succinctim *Abb. c. cum ab Eccles. n. 10. de off. ord.* respondit Abbatem territorium non habere & proinde subditum 32 puniri ab ordinario posse vide late *Cardinalem Clem. pæstorialis §. vt illud num. 4. & 5. de sententia & Re indicatu.*

## Q V Æ S T I O CXII.

Prælati exemptorum an habeant fiscum.

### S V M M A R I V M.

1. Prælatorum appellatione qui veniant.
2. Fisci Ethymologia.
3. Episcopum an habeat fiscum.
4. Quid de Prælatis habentibus iurisdictionem quasi episcopalem.
5. Causa fiscalis que sint.
6. Procuratores fiscales quales esse debeant.
7. Fiscus habet speciales indices.
8. Item Notarios.
9. Præterea aduocatos.
10. Sententia lata non interueniente consilio aduocati fisci non valet.



11. An iudex teneatur sequi consilium aduocati Fisci.

12. Consilium satis est petere sequi uero non uesesse.

**P**remitto 1. p̄latorum appellatione venire non tantum Episcopos vel superiores sed etiam inferiores iurisdictionem habentes *Abb. ca. cum ab Eccles. n. 1. cum Apost. de off. ordin.* Præmitto 2. Fisci Etymon diuersimode vsurpari, uti videre est apud Guilielmū Gudeū in annot. ad pandect. tit. de off. questoris & in l. sed addu s. illud ff. locati *And. Gail. li. p. obseruat. 20. Ambros. Calip. in suo dictionario* hic sumo genericè pro ærario & Gasophilacio cuius dominator & arbiter est primas de quo ff. & C. de iure fisci & l. bene à Zenone §. sancimus C. de quad. præscript. utilis autem est hæc quæstio, nam ab ea pendent, & aliæ scilicet num pecuniariæ pœnæ sibi fisco suo vel Ecclesiæ, aut pauperibus sint erogandæ præterea num ab intestato decedentis bona ei vel alteri succedant. Deinde an habeat bona secum contrahentis tacite obligata & prope infinita alia fisci priuilegia eiuscemodi quæstionis.

3. Paucis, sunt qui censuerunt ne quidem Episcopum habere fiscum *Bald. Rubr. C. de priuilegijs fisci in fine & in authen. bona Damnatorum C. de bonis dam. late Angel. Auth. ut multi iudices §. ut autem Io. Andr. cap. Irrefragabili §. cæterum & c. dilect. de offic. ordin. Barth. l. 1. n. 12. C. de bonis vac. lib. 10.* alioquin inquit Baldus iam laudatus iudex quis esset in propria causa dum aliquid Cameræ suæ, hoc est fisco suo adiudicabit.

Verum opinio contraria receptior est *glo. cap. quia uerb. præter in fin. de concess. præb. ubi Butr. Imola & Abb. Fel. d. c. irrefragabili §. cæterum n. 11. late Card. Clem. Nolentes §. 1. quæst. 3. de hæreticis Oldra conf. 302. col. 2. Rot. dec. 4. de test. in antiquis, Albert. de Rosate in dictionario uerb. fiscus*, & ita etiam de generali consuetudine testatum reliquit Franciscus Pauinus Rector auditor post Consilia Oldradi 34. uers. circa quartum.

Longe magis id concedendum est cum Episcopi ultra iurisdictionem spiritualem habent etiam gladium temporalem, uti copiosius confirmat Io. Andr. d. c. dilect. Id ipsum responderi potest in alijs prælatis quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus per rationes & Autoritates quas ante scripta quæstione notauimus. Non in alijs iurisdictionem inferiorem habentibus *Fel. d. §. cæterum n. 11. de off. ord. & ideo eiusmodi inferiores*, (ut cum Angelo d. Auth. ut multi iudicem §. ut autem concluda) pecuniarias pœnas imburfare non possunt, sed in Ecclesiæ vel pauperum usum conuertere debent, nec intestato decedentium bona eis deuoluuntur neque alia fisci priuilegia sibi queunt vsurpare. Idque nisi priuilegio, consuetudine eis aliter cautum sit uti hæctenus sæpe indigitauimus. Quæ omnia nisi breuitati & intra carceeres huius instituti nos continere studere non possent ex iis quæ de Spolijs clericorum à Nauarro cōmentata sunt, copiose dilatari. Ab hoc fisco deriuantur causæ fiscales hoc est rem fisci concernentes, quas qui curant ij procuratores fisci nuncupantur, *Franciscus Lucanus tract. de fisco & eius priuilegijs par. 1. n. 6. Vestrius in praxi Rom. lib. 2. cap. 9. ubi & Grauatius Guilielmus Io. Ronille de iustitia & iure. li. 3. c. 6. n. 3. vol. ecc. 1. qui refert differentiam inter procuratorem*

Casa.

*Cæsaris, & Fisci Gaill. d. obs. 20. quales & quidem ut fidi sint expedit valde etiã reipublicæ Abb. c. sicut n. 2. de accusat. in c. ex parte de concess. præb. Paulus Lancelot. instit. Canoniarū li. 1. tit. de collat. §. temp. in glo. uerb. noticia & dixi in scholijs ad const. Conc. later. scholio 55. ij enim aqua ardeliones, uelut inquit Adrian. Iunius Cent. 2. adag. 4. sicut cybaretæ canes aut Coricæi omnia odorant scrutantur, inuestigant tranquillitatēq; publicæ Irenaobarū Curioso more seruant & delicta principibus referunt l. munerum ff. de Munerib. & honor l. curiosi C. de curiosis & statutarijs lib. 12. dumque morum reformationi inuigilant fiscum etiam ipsum adaugent l. in heredem ff. de calum. l. pap. §. meminisse ff. de inoff. testamen. Franc. Lucanus denu 6. & iure quodam regio locupletant, Bald. l. 1. C. de hered. uel act. uendita Mathew de Afflictis de iure prothim. §. 4. num. 23. in fin. & §. 5. n. 11. Quo in munere ut ij sese magis strenuos præbeant, deputati fuerunt à scripto iure ad huiuscemodi causas iudices etiam speciales C. ubi causa fiscales l. 1. & 2. & l. 1. C. de iurisdic. om. iud. Franc. Lucanus ubi supra n. 86. præterea actuarij siue Notarij specialiter sunt designati qui acta scribant sub pœna etiam nullitatis si alius quispiam eis manum adhibeat l. in fraudem §. quoties ff. de iure Fisci Franc. Lucan. d. loco n. 87*

Denique Aduocati etiam fisci tit. C. de Aduocatis fisci quorum industria Concilio & tuitione Fiscales causæ ad optatū finem perducantur quod ut eo cōmodius eueniat, nemo est alius qui causis Fiscalibus auxiliatricem, patrocinantemque manum possit admouere, *Ostau. Vestrius in praxi Rom. lib. 2. cap. 8. & 9. ijque licet in Fiscalibus causis iudicandi auctoritatem non habeant Vestrius d. c. 8. n. 2. voti tamen, consilijque sui interponendi habent facultatem, Vestrius d. n. 2. & proinde sententia non interueniente Consilio fisci, aut sine eo vel eo absente lata nullitati subiacere censetur, nec facere transitum in rem iudicatam li. 1. ubi glo. C. de sent. aduersus fiscum latis li. 10. rex. l. si fiscus ff. de iure fisci glo. & DD. l. uelamento de postulando Martinus Laudensis tract. de fisco, 9. 39. & 46. l. sui C. de Aduocato fisci.* Sed an iudex teneatur in iudicando sequi consilium aduocati fisci, uidetur quod sic, uidemus enim eum iudicandi munere fungidum interesse potest una cum actuario examini testium, uti tradit Tiraquellus Ambrosinus de modo form. process. informat. li. 1. ca. 2. n. 16. *follex. in pract. Crimi. in pr. nu. 30. 39. licet in hoc tamen non assentitur Bermondus Chouenonius. De publicis concubinarijs §. cum processu n. 4. fol. 24.* Deinde frustraneum erit Aduocati fisci Consilium si ad illud iudex non obligetur, quia frustratorius est actus qui nõ consequitur suum finē *l. uerbis ff. de vulg. & pup.* Præterea nihil absurdi, si Aduocati fiscus propria in causa censeatur iudex id enim iure non raro permittitur uti prolixè ostendit Philippus Franc. c. 1. de pœnis in 6. & consuetudine etiam introduci potest *Gaill. li. 1. obser. 18. uerum contraria sententia benignior est & rationi magis consona Vestrius in pract. Rom. lib. 2. ca. 8. n. 2. iudex enim tenetur tantum expectare consilium Aduocati fisci, non uero illud sequi iuxta uulgatam usitatamque iuris teoriã, satis esse consilium sibi adscissere, sequi uero illud necesse non esse, cap. cum in veteri. ubi Abbas de Electione, & in cap. ad*

Apostol.



Apostol. numer. 12. de Regularib. capit. cum olim ubi Abbas de arbitris Ioseph. Sese de in-  
 hibit. & executione prouilegiata capit. 2. §. 2. numer. 23. fol. 86. Barthol. l. 1. §. si plures ff.  
 de exerc. & Abbas ca. cum olim de arbitris. Benignius inquam est, & gloriosius Principi  
 si dicamus fisci Aduocatam Consilij quidem ius habere, suffragij autem, aut con-  
 iudicandi ius non habere. Id enim nisi ita fit nunquam vel quod perinde est ra-  
 ro l. nam ad ea ff. de legib. vincetur fiscus suæ opinionis tenax nunquam forensem,  
 (quod aiunt) herbam cedit. quod inglorium erit Principi uti eleganter expressit Pli-  
 nius Nepos in panegyrico. Quæ tua est (affatur Imperatorem) gloria, sæpius vinci-  
 tur fiscus cuius mala causa nunquam est nisi sub principe bono, Ioan. Pyrrhitract. de  
 Magistratibus Romanis par. 2. Rubr. de questorijs Magistratibus n. 1. & 5. vol. Oce. 12. f. 22  
 Quæ quidem potuissim si licuisset Cancellos egredi quos ego ipse mihi hac in mate-  
 ria circundedi, pleniore manu ex teorijs Nauarri encyclopedia scientiarum extollendi  
 tract. de spolijs clericorum & alijs dictorum hypomnematis dilatare sed breuitas quæ  
 legibus est amica glo. l. 1. ff. quod metus causa l. ampliore §. in refutatorijs C.  
 de appellat. late Neuisanus in Silua nuptiali in pr. nu. 16. poli-  
 logiæ est anteferenda.

F I N I S.



UNIVERSITARIA  
 DE  
 NAVARRA







